alimenta, sed Scanderbegũ præcipue, cũ indoles ipsa, tum ætas (uix dũ enim nó/ nũ attigerat annũ) Tyrãno conciliabat. Prçceptores (ut aptior est ea ad discendũ çtas) uarii generis nõ negati. Breui itaq; tẽporis spatio promptũ ad omnia igeniũ linguã, lrasq; Turcaicas, Arabicas, Græcas, Italicas, Illyricas didicit. Crescentibus uero paulatim cũ çtate uiribus adolescentẽ illa unica incessit libido, nullum sané genus bellicæ uirtutis intentatũ transire, ac nunc gladio, nunc arcu, iaculoq; tum eques, tũ pedes, incredibilia propé oia promptissimi corporis experimenta edere, audere aliqd semp maius ãnis. Et prius q̃ uis ipsa mẽbrorũ ferociã æquaret animi, ac nondũ pares bellicis sudoribus spiritus uiderentur, amor fuit uario certaminũ genere, æquales quotidie prouocãdo crebris spectaculis fauorẽ sibi apud omniũ animos principisq; pręcipue ipsius cõciliare, & semp aliqd ferre laudis, ac iã inde uiã ad futurũ decus, & alimenta ad famã præstruere. Mox ingentibus lacertis cõ/ firmata iã ætate ardua quçq; fortissimi uiri munia obire, pati famẽ, sitim, algorẽ, çstus, uigilias, qbus ex rebus assidua exercitatione optimũ profecto se ad omnem militiã breui præstitit. Quare nõ passus Amurathes diutius priuatũ eum apud se uersari, Sanzachi insignibus primũ decorauit. Gradus aũt is est dignitatis, apud Turcas secundus post Bassas, maior tamẽ minorq; auctoritas inest officio prout latius ei ius liberalitas ipsa principis tribuit, Scanderbeg igitur tunc qnq; equitũ milibus prępositus fuit. Cæteri quoq; fratres iisdẽ ornati dignitatibus, atq; ad ua/ ria munia, & bellorum necessitates in diuersas partes missi satis nominis quotidie promerebantur. Cæterũ is nõ multo post uix dũ octauũ & decimũ egressus annũ in asiã iussu Tyrãni pfectus, ac cæterorũ signa lætissimis secutus initiis ibi prima belli auspicia sumpsit, & hostili cruore auidã iãpridẽ tinxit dexterã. Tum ibi cõ/ flatis aliis (ut fieri solet) & aliis bellis pluribus expeditionib⁹ cũ copiis suis semp interfuit, & uictor cũ sociis ad Ottomanũ reuersus est, qbus in expeditionib⁹ opa semp eius uirtus fortunaq; præcipue tum priuatim, tum publice laudata, Omne uictoriæ decus, omnis euentus belli ad eũ asseueranter relatus, de duce exercitus quasi nõ facta mentione soli ei triũphũ ac uicti gloriã hostis militaris fauor, cla/ morq; adiudicauit. Nondũ inuaserat Tyrãnũ æmula uirtutis inuidia, & licet tum ingeniũ, tũ fortuna hominis obnoxia ei esset malo, cõciliabat tamẽ fauorẽ potius apud omniũ animos sibi rudis, atq; simplex, & sicut cupida ita non auara gloriæ adolescẽtia. Honoratus itaq; uerbis, donisq; egregie est ab Amurathe. Paulũ çtis datũ homini (& ut nunq̃ Turcis bella desunt) nunciati sunt noui motus ex Asia, electus ad id certo decreto, & sine uariatione Scanderbeg, delataq; ad eum totius exercitus sũma, ac imperatoriis fascibus ob res priore bello bene gestas decora/ tus. Ad quod delatus bellũ fusis pari celeritate fortunaq; hostibus priorẽ gloriam omnẽ facile superauit. Nã præter ingentia militũ testimonia alia quoq; certiora longe eius gloriæ & fortunæ monumenta ad Ottomanũ attulit, captiuorũ magnũ numerũ, cçsorũ hostiũ spolia, ac signa militaria cõplura, çteraq; bellica instrumẽta usq; ad ab usum, exercitus præterea ita integer, ac pené illesus reductus est, ut uicti quidẽ apparerent, in uictoribus autem nulla concertationis uestigia cernerentur.

Atq; quo primum dignitatis gradu Scanderbeg cũ fratribus ab amurathe insignit⁹ est.

Atq; egregia, ac pręclara facinora, quã Scanderbeg cũ in annis pubertatib⁹ aggressis est facere.

Scanderbeg sępe ab Amurathe in asiã cũ exercitu miser uictor semp ad eũ reuersus est.

Admirata magis fermé prudentia eius est ab Amurathe, q̃ rex tam fœlix succe/ sus. Quum is nó solius laus, sed cum fortuna quoq; cõmunis esset. Prudentię uero atq̃. consilii fructũ solũ sibi ingeniũ uendicaret. Proinde auctis stipendiis copiisq̃. missus denuo ad ea ipsa loca ac relegatus quasi est, donec quosdã populos, urbesq̃. subegisset Tyrãno. Sed nũq̃ uel fefellit, uel distulit fortuna ullũ desideriũ iuuenis. Expeditis ex animi sentẽtia omnibus, atq; impio Ottomano latius etiã q̃ iniũctũ fuerat ampliato, famã iam sibi ingentẽ apud exteras etiã gentes peperit Reuerso Adrianapolim, quum foris sublatus esset hostis domi nõ defuit. Venerat nanq; ex Scythia quidã ferox magis & insanus, q̃ fortis bellator, qui familiã omnẽ Tyrãni prouocabat, si quis ferro secũ uellet decernere. Genus uero certaminis id ꝓposue/ rat, ut in angusto loco nudi ambo relicti singulis tm̃ gladiis fortunã experirent. Cæperat tam stolidũ cõsiliũ barbarus, uel q; prodigus uitæ & sanguinis sui esset, uel ea fortasse inani spe, q; nullũ tam ancipitẽ impendentis periculi sortẽ petitur credebat. Indeq̃. & laudẽ eã se & præmia sine certamine latur sperabat. Nã ꝓpo/ suerat nõ indigna quoq; munera uictori Amurathes: ut illor saltẽ spe excitaretur aliqs, quum nudæ tantũ gloriæ fructus segnius alliciat homines. Omnes tamẽ tã funestũ decus, prẽmiaq̃. eodẽ tenore aspernabantur. Sed surgens stupentibus sin/ gulis plenus animi Epirensis. Non incruentus inqt Scytha hæc prẽmia laudemq̃. domũ feres, aut honoratior me occiso, & iis q̃q; spoliis onustior ibis. Agedũ igit, accipe tãdiu quẽsitũ hostẽ. Licet accõmodatius feris bestiis hoc certaminis genus sperni à fortibus uiris saluo pudore & possit & debeat. Verũtamen liceat semel & mihi hoc corpus cõtemnere. Quippe quum par mẽbror & sanguinis seruãdi ra/ tio tibi esse debuerit, sed nihil uilius est homini quærenti laudẽ, donabo proinde hoc & ipse cruoris hodie Amurathi sociisq̃. Scytha nihil territus ferocioribus ad/ huc uerbis iniicere pauorẽ ei conabatur puer appellans. Adhuc enim in annis pu/ bertatis erat, neq; dum hispida prorsus lanugo grata ora exasperauerat. Tum de/ ducti ad Tyrãnũ ingenti clamore uulgi sunt, & assignatus, ut petierat barbarus, certamini locus. Deposita ocius ambo ueste, ultimisq̃. tunicis, nudi prosilientes in mediũ nouo genere spectaculi omniũ oculos hausere. Et q̃uis fiduciã ĩgentẽ uultu, uerbisq̃. ostenderet castriotus, ingens tamẽ cura mixto dolore spectantiũ animos incessit. Et simul ętas, simul pulchritudo ipsa corporis, ac decor mẽbror subiectus oculis multũ & pietatis, & fauoris excitauerant. Statura celsa, proceraq̃., brachia in homine pulchriora nõ uisa, collũ robustũ obstippumq̃., ut laudatur ĩ Athletis, humeror mira latitudo, color candidus, latenti uelut purpura suffusus. Aspectus oculor nõ toruus, nõ uanus, sed gratissimus. Adiuuabant hęc multũ cæteras uir/ tutes, atq; animi bona augere uidebantur. Intrepidi acceptis breuibus gladiis, nõ enim longiores loci angustia patiebatur. Ingressi locũ ac ibi dimissi sunt maximo populi silentio. Non cõsilio ullo ibi, nõ multũ aio, sed ĩpigra quadã, & ueloci dex/ tera agẽdũ erat. Erecti ad ictus ambo, Scytha prior incubuit in hostẽ, & punctim intenso ferro ilia eius petiit. Scãderbegus toto maxime corpore inflexos, ac uelut in arcũ deductus, & leua simul apprehendens barbari dexterã ictum inhibuit, &

Singulare Castrioti certamẽ cũ Scytha q̃dã corã Ottomano principe, & uictoriã Scãderbegi.

Descriptio habitus, ac totũ corpis Scãderbegi forma.

adacto cęsim gladio guttur illi cũ singulis arteriis impigre abscidit. Balbutienti adhuc lingua ille collapsus humi locũ fermé totũ corporis mole cõpleuit, Sublatus repente ab his, q̃ spectaculo aderant, & accurrẽtes regii iuuenẽ illæsum inuiolatũq. lęti ad Amurathẽ ꝓducunt. Caput cęsi hostis cruentis ipse manibus Tyrãno alacer obtulit. Præmia inuitus accepit. quum nõ argenti, auri ue cã, sed domestici decoris tuendi, & reprimẽdæ barbaricæ arrogãtię susceptũ sibi id oneris diceret. Magis itaq. ea modestia acuebat in se studia. Et quod apud sui generis homines plus nimio enitescens uirtus parturiebat inuidiæ, liberalitas naturæ & dexteritas ipsa ingenii amouebat. Haud pigebit referre & illud, quod nihilo minori laude dignũ iisdẽ animis, armisq. edidit, nã profectus cũ Amurathe in Bythiniã magis solatii, q̃ belli causa, Quum in bursa ciuitate essent, quę nunc est asiatici impii caput, duo ex Perside uiri, tũ ex more gentis insigni uestimẽtorũ habitu, tum egregia figura corporis ad Tyrãnũ aduolarũt. Iaia & Zampsa eorũ nomina erant, stipẽdiũ ab eo petiere, impudentia magis quadã, q̃ fiducia uirtutis, agentes alter alterius causam & facta extollentes sua, ac mutuis se iuuantes testimoniis. Postremo Zampsa minor natu, ne appositis tantũmodo inquit ad hoc ipsum uerbis, magne rex stipẽdia tua petituri uenisse uideamur, & in ea incertitudine rerũ inanis aliqua arrogantia in nobis, & sordida temeritas arguatur. En daturi ultro tibi sumus experimentũ cupidorũ saltẽ ne dicã magnorũ animorũ. Quotquot hẽs fortissimos uiros inuitamus, ut ferro iudicent nos dignos, indignos ue, qui tuis uiuamus auspiciis. Equũ tantũ gladiũ, lanceã, scutumq. ac reliquũ corpus omnibus armorũ præsidiis nudatũ ostentantes, ita se dimicaturos dixere. Amurathes (ut facilis erat) allocutus benigne homines promisit, nihil eis apud se defuturũ. Deinde circũspectans hinc inde expectabat, si quis eam prouocationem acciperet. Sed ubi uelut obmutuisse oẽs uidit, & tacitã præberi à suis cõfessionẽ ignauię, ignominiã ratus suã, si ita inulta ea Persarũ insolentia abiret. Conuersus ad Scanderbegũ nõ ignorans quæ eius ferocia atq; ingẽtes spiritus erant, licet pręcipuã periculi sortẽ omnino tamẽ petituru ratus. Quid expectas macte uirtute ait fili. Tua hæc laus. Hęc te manent præmia. Age insignẽ adolescentiã hanc & inuictã dexterã hodierno q̃q; spectaculo redde, nihil moratus Castriotus deosculatur ex more principis pedes equũ & arma poposcit, eductusq. maximo plausu uulgi in patentẽ campũ, q̃ destinatus certamini erat, hostes ad se uocatos intrepide interrogauit, quẽ ordinẽ uellent seruare in dimicando. Statutũ est, ut Iaia prior expiretur fortunã, qui uictor finẽ certamini faceret, uictũ uero socius in quẽcunq; casum sequeretur cõditionẽ. Non recusauit Scãderbegus, licet circunfusi regii iniquũ dicerent, ut idẽ si uicisset fessus & saucius fortasse recenti atq; integro subiiceretur. Sũmota post modũ ex loco turba pręco signũ dedit, cõcurrunt cõcitatis equis uiri, Persa infixa scuto hostili cuspide magna ui incumbens, ut ex equo illũ deiiceret, hastã perfregit. Epirensem capiti tãtũmodo hominis intentũ ictus omnis fefellit. Itaq. uterq. elusi gladiis tũ demũ congressuri hinc inde abibant. Sed impatiẽs animi Zampsa nõ expectato socii euentu infensa cuspide Castrioto occurrit. Ille non ignaua uerborũ cõten-

Victoria Castrioti ex singulari certamine.

tione eo periculi tẽpore perfidiã hostis accusandã ratus, impigre ad nouos se ictus accingens iugulũ uenientis scrutatus lancea trãsfixit. Vix eo humi collapso aduolans Iaia, horrenda uoce compellans hostẽ stricto gladio fermé oppressit. Victor gyrato ocyus equo ad eũ cõuersus nudato & ipse ferro impetũ uenientis excepit. Et dum triplicatis hinc inde ictibus alter alterius cruorẽ haurire cõtendit. Scanderbegus dexterũ uiri humerꝰ, qua collo iungitur eodem tenore ictus ea ui cecidit diuisitq; ut duplex, quasi domini cadauer ea die infœlix traxerit equus. Sic duo fortissimi uiri sub unius manu maximo spectantium gaudio cecidere. Sed & si eo fato erepti forent. Amurathis certe indignationẽ nõ effugissent, qui tam pfide/& proditorꝰ more militẽ suũ circunuenissent. Ductus ad Regem Castriotus est, sicut duplici ouans uictoria, ita duplici capite onustus. Iã priores res omnes bello gestę, Iam recens Scythæ memoria prę noua gloria euanuerat. Rex/purpurati/ac socii deinceps omnes uariis donis cumulatissime honestarunt/uindicem atq; auctorem publici decoris eũ appellantes. Nimio plus fortasse in hęc facta hominis incubui, sed hęc potissima mihi bellatorꝰ laus ac tota prorsus ipsorꝰ esse uidetur. Nã quę in bello gerimus cõia sunt cũ aliis. hæc Castriotus peculiaria sibi pepit manu. Malui proinde/si ita necesse sit/ut redũdans potius/q̃ ingrata nostra notetur oratio, maxime/q; in aliis huiusce/generis, quæ ab eodẽ gesta ueniunt nõ procul dicenda mihi moderatiore prorsus stilo sum usurus. Haud cedit his piculi prę sentia/uel magnitudine ipsa rei illud, quod in expugnatione Nicomedię/Prusię/Otreaéq; nõ ignobilis Asiatici oppidi spectante Amurathe patrauit. Primus nánq; murꝰ cõscendit/signa uictricia fixit/urbẽ fermé solus ĩtrauit/ac cę pit. Missus postmodũ ĩ Europã sępius cõtra christianos nunc gręcos/nunc hungaros prudentis magis/q̃ audacis/impatoris nomẽ tulit. Nam quũ eã bellandi necessitatẽ iniunctã sibi uideret, quã neq; præter suspitionẽ recusare/neq; exequi sine maximo dolore poterat, ante oia deũ orabat/ut id laudis genus à se auerteret, neq; in eo sanguine hauriendo atroci sibi esse liceret. In cute enim tm̃ modo & exteriori habitu macumetanas ineptias/Intus christiana prę cepta tenacissime seruabat, Tamẽ quãdo sic exigente fato aduersus eos progrediebatur, quę rebat assidue qua ratione & illos minus læderet/& exercitũ sibi traditũ incolumẽ seruaret. Ita igitur tum in omni cura castrorꝰ/tum in ipso ingressu pugnę cuncta exequebatur/& modũ quendã cauti ducis/ac optimi impatoris seruabat, ut neq; christiano esset infensus, & modestia illa eius/cunctatióq; discipline prudentia éq; militari/q̃ fraudi cuipiã/seu imperitię/uel timori propior uideretur. Gerebat nánq; se ita semper/ut neq; superari ipse quoad posset pateretur, & christianis salutis opportunitatẽ omnibus modis oñderet. Vel si aliter nõ posset uiuos caperet, tolerabiliorẽ seruitutẽ eorꝰ ratus/q̃ necem. Ita suos tum in castris/tum in ipso belli ardore hortabatur, ut nunc pudorem singulis/nunc metũ uideretur incutere. Ita deinceps crudescente prælio maximo ingenio rei suæ atq; exercitus statũ in quandã deducebat difficultatẽ/ut maiori postea laudi sibi apud Amurathem cõseruatus exercitus foret/q̃ aliis multiplices atq; insignes uictoriæ. Exin nullius maior uel gratia uel auctoritas feré apud regem erat. Militũ animis

Scanderbeg uariis pluribúsq; donis atq; muneribus ab Amurathe/purpuratísq; suis accumulat.

Excusatio auctoris.

Atq; alia quoq; gesta/& fortia Castrioti facta tã in Asia/q̃ Europa spectãte etiã ipso Maumethe.

nemo acceptior. Idē mitis/facilis/clemens. laudē nō ex cōi ad se trahens/sed in medio cōferens. Pecuniaq; q̄tū colligebat, tm̄ erogabat. Efficacissimā ad cōciliandas amicitias merito existimans, & aptissimū ad uulgi ingenia liganda uinculū. Non inuitatus ultro quisq; signa eius sequebatur/& illius gratia. uel in apertū tendebat discrimen. Sed nō tardata diu fortuna uenenū deprompsit suū. Moritur interea in Epiro Ioānes pater. Auditū id à Scanderbego, Qui q̄uis (ut par erat) acerbissime lugubre nuntiū pcepisset, non tamen aptis lachrymis/aut manifesto dolore ocultū animi sensum indicauit. Quū Amurathē uere patrē & principē appellaret. Tyrānus uelut successor regni nihil moratus ualidissimū pręsidiū ad Croiā & alia oppida occupanda misit. Sicq; facile arrepta locorq; omniū incruēta fuit possessio, Quū neq; exhaustę populorq; uires idoneę ad tuēdā libertatē essent/neq; negare possent Ottomano ius in rebus Ioānis, filios eius oēs apud se habēti, quos idcirco (ut arbitror) accepat/ut uacans demū sine hęrede sceptrū ad eum deuolueretur. Voisauę, quę uiro supstes cū Mamiza filia domi sola ex eius infœlicis regni reliquiis restabat, In Aemathia agri nescio qd ad alimenta & sustētationē anilis spiritus assignatū iussu Tyrāni. Hanc ante aduentū filii in Epirq; senio confectā obiisse qdā narrāt relicta filia, Quę fratri reduci atq; Victori eodē uirginitatis tenore inupta seruata ab eodem postea uiro tradita & restituta omni pristinę dignitati est. Dissimulauit hęc oia ferox Iuuenis pari aio atq; dolorē ex morte patris dissimulauerat. Amurathes satis coniectans molestissimū id ei & fratribus apud se degentibus uisurq;/ut pote qui debitū sibi imperiū nō iniquis uotis tacite expectarēt, pfidiā suā secutus fratres primū Scāderbegi (ut fama est) oculte structis insidiis ueneno absumptos sustulit de medio. Deinde ad Scāderbegū cōuersus multa uersabat aio, quo modo & eo uiro, quo tanq̄ Alcide ad ardua quaéq; & difficilima obeūda utebatur, imperiū suū non exueret, & eo se onere atq; suspitione leuaret. Quare illū ad se uocatū fertur longo sermone/& pluribus uerbis ad idipsum appositis solatus/tū ob patris mortē/tū miserabiliorē fratrū fortunā. Obtulisseq; regnū auitū, uel ditius longe imperiū in Asia, q̄do sui iuris esse uellet, rogasse tamen ut nondū se relinqueret in ea pręsertim mole bellorq;. Parata maxima quaéq; ei apud se fore, quę uel gloriā/uel fortunā condiant humanā. Cognita fraude Iuuenis nō minori consilio uultúq; uerbis accōmodato sic Amurathi respondisse dicitur. Viuunt in te fratres mihi/uiuit Ioānes pater supreme regū/ac indulgētissime Amurathes. Neq; dū ita mihi apud te esse licebit, ullum uel patrię desideriū uel regnandi libido animū incesset meū. Itaq; licet cogas hodie me ad hęc munera uel uerius onera accipiēda. Libēter accipio ingentē animi tui munificentiā/amplector gratissimi principis liberalitatē. Sub huius tū umbra capitis uiuere nunc certa stat sententia. Vix tum forte mutaturus consiliū, quū emerita bello atq; inutilis senecta inuictū ab hac cupiditate reuocabit animū. Aptior ad militiæ subeunda onera, q̄ ad impii pondus sustinendū, hęc est ętas aptior gladio/q̄ sceptro dextera. Quā obrem da hostem nobis Amurathes/ut lętiores uirtute nostra partū, q̄ te dante regnū accipiamus. Lætus audiuit eū tyrānus/& tum etiā atq; etiā augens promissa, spe ingentiore credulus

Obitus pris Scāderbegi/ occupatio regni ei⁹ a Tyrāno sublatis ueneno cæteris fratribus, supstite tantūmō Scanderbego.

onerare ſtuduit. Cæpit iam inde latēter morbū/atq. erumpens paulatim malū ſentire Epirenſis, & licet omnia ſūma ratione diſſimularet/diligenter tñ uitę ſuæ cuſtos eſt factus. Et quo magis timebat regē, eo plus conciliare ſibi multitudinē atq; militū aios ſtudebat. Semp tñ aliquo bello occupatus, alimēta quottidie ad famā, ſed nō minora ad inuidiā addebat. Nā nō potuit ita elaborata ingenii modeſtia & quottidianis obſequiis pfidiæ humanæ uias occludere: ut hoſtes ſibi tandē uirtus ipſa nō pareret. Nāq; exciti purpuratoq; nōnulli, quum tantā indolē creſcentis indies peregrinæ uirtutis ęquo aio ferre nō poſſent. Vbi promptiorē aliquantulū ad credendū uidere Amurathem, ocultis ſermonibus apud eū aſſidue criminabātur hominē, affirmantes ex nimia largitione in multitudinem/& ambitione popularis fauoris potentiā illū ſibi aſtruere, ſuſpectúmq; dicentes in aula merito id ingenii ſpecimen eſſe debere, facile cuncta pſuaſa Tyrāno. prçſertim/q; de largitione uera oia dicebantur, & ſenectus ipſa ſuapte natura timida cætera ſtudioſe in peius interpręcabatur/ut nō de Epiro tm̄, ſed ipſa ſūma impii tacitus qdā ſuboriretur timor, menſq. forſitā ipſa propriis ſceleribus obruta, & regni male quęſiti ſollicitus amor cuncta iter ipſos ctiā domeſticos penates infida/atq. ifeſta reputabat. Quare aucta ea ſuſpitione odiſſe ex oculto cępit/& intētior inuigilare/ſi quo efficere poſſet mō/ut eū latenter de medio tolleret. Nō quo deeſſet ſcelerato cōſilio licētia/& poteſtas oia patrādi, ſed nec cauſa hominis pdendi/nec ulla ſubeſſet ratio. Verebatur apta ui immeritū opprimere, quum tam acceptū uideret oibus, ne & pluriū alioq; aios abſe alienaret/& eo peſſimo exēplo ipoſteq; externę uirtuti ſuū clauderet regnū, qua maxime ſemp Ottomanū creuerat impiū. Sed p id tempus orta alia maiora negotia foris eas domeſticas ſuſpitiones exhauſere. Decretū nāq; bellū eſt i Georgiū Mÿſię principē, Deſpotē Seruię uulgo appellāt. Nō inuitus Tyrānus id onus ad Scanderbegū detulit/uel q; nullius opa fœliciore in rebus ſuis utebatur/uel uidens adeo militiæ cupidum/& promptū ad pericula, ſperabat aliquo hoſtili caſu, quos plurimos afferūt bella plané caſuq;. Facto itaq. delectu Caſtriotus in mÿſios profectus eſt, pręter morē ſuū iniquior tū aliquātulū Chriſtianis fuit, ne ſi tergiuerſando oblata uictoriæ occaſione in eū hoſtē uſus nō fuiſſet, fomenta ad ſuſpitionē præberet Amurathi. Inclinato iampridē ad oia credēda illius aio, quē maxime cōciliare ſibi ſtudebat/donec pulchra aliq̄ opportunitas effugii affuliſſet ſibi. Itaq. ſæpius Deſpotem bello fudit/& uictor Adrianopolim eſt reuerſus. Rurſúſq; quū idē Deſpotes recupatis uiribus cornua erigere cæpiſſet/denuo exercitu aucto miſſus aduerſus eundem Caſtriotus/ſuperatū prælio fugatúmq; pluribus caſtellis exuit/ac militē multa hoſtili gaza diuitem reduxit. Sedato foris tumultu ſenex in auctorē ipſum uictoriæ/ociiq. eodem ſcelerati propoſiti tenore cōuerſus eſt. Hinc audio ingentibus pręmiis propoſitis multa ſingularia p id tps certamina edixiſſe, quum ſatis ſciret Scanderbegū nihil unq̄ detrectaturq;/ut ita periculis eū exponeret oibus. Sed hæc cōſilia ſicut impia/ita uana/irritaq. apparuerunt/Nā quū plures tū ex domeſticis/tū externaq; gentiū uiri fortiſſimi ad eā præmioq; & gloriæ ſpem accenſi indies cōfluerent/cōſurgeréntq;. Hic ſemp maximo aio nec minore

Caſtriotus ab æmulis/ & purpuratis quibuſdā tyrāni de regni affectōe apud Ottomanū in ſuſpitionē adducitur.

Tyrānus cœpit odiſſe Scāderbegū quē perdere ex oculto occaſionē quęrit.

Scanderbeg pluries ab Amurathe in myſiā cū exercitu aduerſus Georgiū/ſiue Deſpotē miſſus uictor inde Adrianopolim ſemper reuerſus eſt.

Atē. aliud Tyrāni cōſiliū/& inſidiaq; genus pro morte Caſtrioti.

fortuna singulis/sese obtulit/& uelut fatalis qdã uictor suprema oium admiratiõe/ atq; fauore/& premia/& laudes solus reportauit. Vni tamẽ Ottomano tanta uiri uirtus, quę uel hostis sęuos/atq; supbos animos fregisset, nunq; aliqd poterat clementiæ inurere/quin magis quottidie crescente suspitione eius animus iritabatur/ excandesceba q. pseuerantius ad quęrendũ aliud tacitæ ultionis genus. Sed cur tã credulus ipse inanes has ultiones Amurathis & stolida cõsilia Scanderbegiq. ecõtra prouidentiã uane sequor, & nõ ad deũ potius unico uerbo seruati salutẽ hominis refero? Hic profecto mentẽ ademit Tyrãno. Hic bellorũ impedimẽta/& nouos ex Mysia motus. Hic demũ hungarorũ arma excitauit, ne deuotũ Christianæ dignitati caput tã fœde extingueretur, ut prisca aliquãdo libertas illa resurgeret in Epiro. Nã si nulla fuisset hic diuini numinis ratio Cõpos certe suæ sentẽtiæ Ottomanus extitisset. An deerant mille alii necis modi, qbus præter minimã seditionis suspitionẽ eũ potuisset circũuenire? ubi uenena/ubi insidiæ/ubi cõficte criminationes regũ arma erãt? Castriotus his insidiis paulatim detectis/quũ difficile uideret, si diutius mansisset apud Tyrãnũ tot laqueos deuitare, decreuit tandẽ paterni regni uirtute aliqua/& ingenio uendicãdi cõsiliũ expedire (Id quod olim nõ immemor libertatis animus cõcoquebat) tacite occasionẽ quęrens, ut Amurathe relicto in optatã tã diu patriã se recipe posset, ubi ingenti studio/ac omniũ uotis expectabatur. Sed nulli unq; mortaliũ ea cõsilia sua patefecit/non uerbo/non indicio ullo tacitũ eius desideriũ à quopiã est deprehensum, licet & plures ibi essent maxime Epirotici generis, qbus ppter familiarissimã uitæ consuetudinẽ non iniuria fidere potuisset. & post Ioãnis patris mortẽ exciti tũ fama eius/tum cupiditate amissæ libertatis recupandę aliqui ad ipsum diuersis tpibus ab optimatibus Epiri mitterentur, offerentes facultatẽ/occasionẽmq; adiuuantibus populis extorquẽdi paternũ imperiũ ab Amurathe. Conscius tamẽ ipse humanæ leuitatis/& magnitudinẽ periculi ppendens prudẽter dissimulabat. Præsertim/q; facilẽ cętera rerũ possessionẽ ratus, de Croia recupanda cuius pręcipua erat sollicitudo anceps animi erat. In ea enim ualidissimũ pręsidiũ imposuerat Tyrãnus/ut neq. armis/aut ui ulla, sed pręclara aliqua arte, ingenioq. uendicari posset. Est enim Croia Epirensis imperii caput, in excelsa & prępupta montis crepidine sita, inuia undiq. & inaccessa pene, adeóq; insigni naturę ope munita/ut pręter famẽ reliquũ omnẽ hostilẽ furorẽ facile possit cõtemnere. Quare Scanderbegus/si quãdo tentaretur, laudabat omniũ uoluntatẽ/& nõ abolitã ex pectoribus gentis memoriã libertatis. Sed magnas uires Amurathis dicebat/neq. durũ imperiũ. nõ esse excitãdos stolide motus ad quos nõ sufficiant uires/neq. curandũ de tã momentanea possessione libertatis, ut post modũ non in eandẽ seruitutẽ, quę satis tolerabilis erat, detruderẽtur, sed in grauiora longe uincula cõpingerentur/& uictimarũ more ab indignato ex ea rebellione Tyrãno postea iugulẽtur. & inter cętera cõsolans semp eos q̃tũ gratia ipse posset, & auctoritate apud Amurathẽ annixurũ se pollicebatur/ut quo rei natura pateret. Lene id eis iugũ atq. moderatissimũ illius impium efficeretur. Ita prudentissime/ & illis/& sibi usqquaq; consulebat/expectabátq; quottidie / ac struebat tacite sibi

Scanderbeg detectis tãdẽ Tyrãni insidiis quærit oculte, quo illius effugiat manũ, paternũq; sibi uendicet ipium.

Descriptio urbis Croię.

occasionē ad erumpendū, nō alio certe similitudinis modo, q̄ si quispiā conclusus seditionē in urbe & consternationē rerꝝ omniū tacitis uotis exposcat/ ut conuersis eo in casu ad id incendium extinguendū ciuibus ipse difractis uinculis pariter & cupitā tādiu libertatē uendicet/& duras prætoris secures effugiat. Neq; tamē diu fortuna desiderium eius frustrata est. Despotes nanq; Mysię de quo retro diximus interea partim rebellātibus suis ab Amurathe/partim uicinorꝝ armis/& opa amicorꝝ adiutus, nunc eiectis/nūc cęsis qbusdā turcarꝝ pręsidiis pristinū statū recuperauerat. Ottomanus itaq; acriter in eū accensus nō amplius rem p alios/uel duces/ uel exercitus gerendā ratus, ipse delectu ingenti habito ad opprimendū Georgiū/ & exuendū regno cōtendit. Et ęque facile/ut concepat) ex animi sententia peregit omnia. Nā impar Tyrāni uiribus Despotes primo fermē impetu pręsidiis oibus nudatus cōfugiens ad Hungaros relicto impio illi incruentus cessit. Scanderbegi consilio, opāq; in ea expeditione potissimū usum fuisse Amurathē dicunt. Quoniā pluribus antea bellis ibi fœliciter gestis/locorꝝ & regionis pitior erat, sed nulla tū usq̄ uoti sui explendi occasio homini affulsit. In propinquo tamē aderat/quia uix Adrianopolim reuersus Amurathes dimiserat exercitū/quod alii motus increbrescere ab Hungaris/& alia uis piculi instare cępit, Quum Despotis fortuna Iuliano Cardinale sancti Angeli agente, quem ad id ipsum Eugenius Pontifex miserat. Vladislaum regē ad arma excitasset, ut eū in regnū Mysiæ reponerent. Tyrānus eo audito instauratis impigre copiis. lxxx. hominū milia cōfecit, & non expectans eorꝝ aduētū in Mysiā Bassam Romanię & Scanderbegū cū. xx. milibus in Hungariā maxima celeritate uenientibus occursuros pręmisit. Ipse de more cū reliquo robore exercitus/& impedimentis est secutus. Christianę quóq; copię tū numero/ tū militū/ducúmq; uirtute insignes erant. xxxv. armatorꝝ milia hūniades pręterca ille, Iancus uulgo dictus ingentis nois bellator, cuius uel solo uictos sępius turcas audiuimus. Repressérat tamē illud ferociā hoīum/q; deficiente pane, quū frumēto cocto uescerentur milites, maior pars illorꝝ ægritudine subita fuerat oppressa causato ex eo genere cibarii imodico quodā uentris pfluuio. Aduolans igit̄ ocyus Bassa nō longe à Moraua flumine castrametatus est. Impatiens eius rei hūniades spectatores primū oculte ad cōtemplanda singula/& perscrutanda de Amurathis aduentu misit. Vbi de numero copiarꝝ/& Tyrāni consiliis certū iudiciū tulit, ut. x. milibus ex toto exercitu suo utilibus ad arma electis, relicto ī castris rege Moraua superato maximo impetu cōtra barbarꝝ processit. Ille animi dubius primo retrocessit aliq̄tulū, mox paucitate cōtempta, expectato hūniade pugnā iniit. Scanderbegus cōtemplatus tēpus, quo initū iampridē cōsiliū desideriúmq; ex animi sententia exolueret summo studio cladē turcis procurabat. Et primū cum legionibus ipse suis paulatim hosti cędere/atq; terga dare cępit. Deinceps aliis eo exēplo metū incutere/ac fugā quādā suadere. Bassa quóq; cōcepto inde timore/uel q; pręter morē tam peritū militiæ uirꝝ ad fugā magis/q̄ ad pugnā paratū uideret/uel proditum se ab eo crederet segnius intulit pedē/Ex quo hungari crescente (ut fit) ex alieno metu audacia haud magna cum re/ac incruēti fermē hostē fuderūt/profli-

Despotes uē dicat sibi regnum a Tyrānide Amurathis/a quo iterꝝ expellit

Vladislaꝰ pānonū rex ex hortationibꝰ Eugenii pontificis maximis copiis cōtendit ad restituē. Despotē ī regnum cui Amurathes ualido exercitu occurrit.

Victoria hūniadis/qui & Iāpcus dictꝰ Vladislai p̄fecti aduersus Bassā Romāię p̄fectū Amurathis Iuxta flumē Morauæ/numerus cętero rū captiuorūmq; exercitus Bassę.

garúntq;. Turcę relictis ipedimētis pallati ſine ordine/ſine ſignis nullo ducū/nullo ſocior̃ reſpectu fuga qua ſola poterant, ſe ſaluabant. Hūniades uictoriam ſecutus finē cædi nō fecit/donec quippiā ſupfuit reliquiar̃, Strages ubiq;, & oia pauoris/ ac tumultus plena erant, præſertim in dirreptione ipſa caſtror̃. Vnus ex Satrapis Tyrāni magnæ uir auctoritatis uiuus captus/cæteror̃ quattuor milia/Baſſa uix cū paucis euaſit. Tum Scanderbegus/qui ſedulus obibat oia, cōicata ante re cum amicis, Inter quos & Ameſa nepos fuit egregię indolis adoleſcens/quē Reposius poſtea Caragusius dictus à Turcis ante inſidias Ottomani uxore ducta ſuſcepat/ Vbi inclinatā Turcar̃ fortunā/& ſtratas ſuor̃ acies uidit, aſſecutus ſcribā Auricu lariū Baſſę, quē ad id ſumma ratione obſeruabat apprehenſum hoſtili aio cōiecit in uincula/ab eóq; confeſtim mortis timore nihil qcq̄ recuſante, fallaces litteras ad Croię magiſtratum extorſit, quibus iubebatur nomine Amurathis Scanderbego nouo præfecto deſignato prefecturā/& urbis curā omnē tradere/Aliáq; multa ſcri bendo addita, quæ probabili quadā ratione rem fulcirent/ & ad credendū magis inuitarent. Litteris exaratis ſcriba repente cū cæteris comitibus fugæ obtruncat, quo diutius ea res lateret Amurathē. Neq; in eos tantū ſeuitum, ſed quotquot tū in Caſtrioti ditionē uenere oēs necati. Ita ille exercitus pené ad internecionē ceſus eſt. Nā qui militarē furorē ſubterfugere in incolar̃ poſtea manus incerta fuga de lapſi eodē fato ſunt abſūpti, Milites plures Epirotici generis, q̄ in eo prelio fuere, ubi id factū Scanderbegi audierunt, ut pallantes ex fuga hac illac oberrabant/tū hoſtis fugiendi cauſa/tum patriæ præcipue deſiderio tacti circa eū ſe collegerūt/ factúmq; ſubito eſt trecentor̃ nō ignobile agmē. Hunniades uictor cū ſuis ingen tibus ſpoliis onuſtus ad ſocios ſe recepit. Non omittam hoc loco/ q̄ multi dicunt/ Scanderbegum ea conſilia cōicaſſe cū hungaris, Hunniadémq; prius de ſingulis latenter p nūcios ab eo inſtructū/atq; accerſitū maximo ſtudio cū copiis. Quicqd extiterit ut pro cōperto nō habeo, ita haud quaq̄ magnope affirmare cōtendo. Id autē crediderim oia ſumma ratione acta, quum alioquin rei euentus non iniquus ſæpenumero cōſilior̃ iudex huic ſuffragetur ſententiæ. Cæter̃ in prēſentia relicta pauliſper hungaria/dū tanti fama mali/& eius cladis nuncius graditur ad Amura them, in Epir̃ reuertamur. Expleta igitur hinc inde ira/& exolutis uotis omnibus Caſtriotus uictor non ignobili & ipſe præda ornato magis/q̄ onerato milite cum agmine ſuor̃ inde maximis itineribus diſcedens ſeptimo die Dibrā ſupiorē pue/ nit. Locus autē is eſt infinibus Tribalor̃. lxx. milibus paſſuū diſtans à Croia, cele/ bris multū apud Epirotas, eo q̄ fortiſſimos uiros gignat. Fide præterea/& multis rebus egregie geſtis pro Ioannis patris impio, dū is ab Ottomano uexarē, Scā/ derbego nō ignobilis gratiſſimúſq; erat. Vrbem aliā uel Caſtellū nō habet præter Sfetigradū in limitibus ipſis ad Macedoniæ ora, Sed tū p ualles/ tum p montes nullis ſeptos muris circunfuſi incolæ ſolo munimēto naturali locor̃ ab iniuriis ho/ ſtiū ſeſe tutantur. Primo itáq; hic cōſtitit Caſtriotus/neq; ulterius procedere illi ui/ ſum eſt, donec quędā quæ in rem ſuā erant ordinaſſet. Accerſitis igitur ad ſe maxi mo ſilentio optimatibus quibuſdā loci (nā noctē quóq; ad aduentū ſuū obſerua/

Atf. qua ar/ te/cōſilio/& celeritate epi renſis in ex/ torquēdo im periū ſuū é Tyrannide Amurathis/ Sibiq; uendi cādo uſus ē/ Cędē turcha rū, & fugam Scāderbegi é Caſtris bar barorum in Epirum.

Deſcriptio Dibrę ſupe/ rioris.

uerat/ut exactius cęlaret oia)aptis suis cõsiliis hominibus singula ex animi sentẽ/tia pegit.Nemo autẽ(ut perhibent) tũc reptus fuit,qui uel timore Ottomani/uel tam audacis facti diffidentiç/uel ita(ut fit)proprio suadente ingenio depostulatis eius aliquid demeret,Quum potius & tam diu alitũ desideriũ/& ingens uiri fama per tot annos percepta(quod maximũ erat)præcipuũ libertatis studiũ,eum mirę immodũ singulorę animis cõciliauerat.Circũfusi igitur omnes in ipsum cõtentiõe quadã/nunc festiui & gestientes/nunc manãtibus ex nimio gaudio per ora lachrymis,hi manus,hi faciẽ,capũtqȝ,hi pedes/ac totũ deinceps corpus longis amplexi/bus deosculabantur,gratulantes iam inde fortunæ, gaudentes imperio,nominiqȝ Epirotico/ac res extẽdentes suas simũlqȝ ei corpora/filios/aias/& si quid melius in aia latet tradentes deuouentes.Prouisum id primo/ut disponerentur maxima diligentia custodiæ,ne interim aliquis ueniret à Tyranno nuncius ad detegendã eam fraudẽ præfecto Croię,Deinde statutũ de delectu habendo/ut quum ab eo accepissent signũ omnes q̃ maximis possent uiribus consurgerent ad arma.Ex trecentis equitibus/quos secũ duxerat paucis retentis cũ quibus Croiã iret ad tradẽdas præfecto litteras/& accipiendũ magistratũ,reliquos oẽs cum totidẽ fermẽ dibrensibus peritis regionis præmisit oculissime ad latitãdũ per syluas/& saltus uicinos Croiæ,donec ipse urbis possessionẽ occupasset/Tunc latenter introducturus eos intra mœnia ad Turcarȝ præsidiũ opprimendũ.Hæc oia per eã noctẽ pbelle procurata,nã in exitu Autumni erat/quum satis protensæ sunt noctes,mane nõdum clara luce ipse desiderii impatiens/& cui maxima uis periculi in minima morula uidebatur.Accepto equite/impedimentisqȝ,sequentibus nõ nullis Dibranis Croiã maxima festinatione perrexit/Et quum approximaret loco/ut ea re fidẽ maiorẽ facto adderet inter equitandũ Amesam cũ duobus uelut seruulis se pręire ad urbẽ iussit,qui singula nunciaret præfecto/dicerẽtqȝ se cum impedimẽtis/& reliqua familia in propinquo esse.Iuuenis(ut sagacissimi erat ingenii,& sermonis,oris,uestimentorũmqȝ habitu uere turca apparebat)ubi primũ urbẽ ingressus adiit pręfectũ/Salutatione de more facta,tum ad Scanderbegi mentionem appositissimis uerbis descendit se scribã eius fingens/& multa modestia subiiciens,illũ iamiã cũ comitatu suo affore.Credita sunt ut narrata oia,pmittentibus ita diis.Et iã expedire se barbarus/iam sarcinulas cõponere cępit suas/priusq̃ litteras uidisset/& Tyrãni uolũtatẽ nosset. Tum supueniente Scanderbego illis resolutis/inspectisqȝ,adhibita abunde fides/& mox impio cessum. Ingẽti lęticia omniũ exceptus in urbẽ est.Tum pręsidiũ ipsum hostiũ/tum ueteres ciues & ois fermẽ ętas obuiã (ut fieri solet) processit.Ingens fama uiri quę ubiqȝ ferebatur,tunc expectatiorẽ singulorę animis honorabiliorẽmqȝ reddebat.Adamabant Turcæ populare ingenium uiri. Quare lętus quisqȝ imperiũ eius accepit. Croienses uisa principis suĩ prole/ueluti ex profundis emersi sordibus iam inde spiritũ & sanguinẽ recepere, Tacitis subinde uotis oculta Scãderbegi cõsilia reputantes/Atq. aliquis ex senioribus seruato usq. ad eã diẽ antiquo desiderio indolem infantis omnẽ educationis seriẽ/ac primordia ipsa nascendi/& sollicita parentũ uaticinia memoria repetebat. Nullus tũ

Aduẽt' Scãderbegi ad pfectũ urbis Croię/& Vafra successio eius in pfecturã & urbis custodiã.

audebat animũ ſuũ aperire duci/& tam iuſta arma cape, niſi ultro ipſum auctorẽ aduendicandã libertatẽ proſilientẽ uidiſſet. Scanderbegus cũ pauciſſimis reper/ tractata/ut quum opus eſſet iuuentutẽ excitaret ad arma, aliud quippiam mouere prohibuit, donec præſidiũ illud armatorꝫ accepiſſet in urbẽ. Eo autem noctu clam accerſito/& accepto, obſeratis portis uici oẽs/ac tutiora urbis loca ipleta armatis. Ignaris adhuc turcis/uel timore diſſimulantibus augente pauorem nocte. Tum à Caſtrioto ſignũ ad cædem datũ. Primo procurſu militũ, ſtationes uigilum petitæ. Qui per muros contextis (ut fit) caſis, oportuni iniuriæ iacebant. Cæſi itaq. facile oẽs/& iiſdẽ locis mox alii ex noſtris ſuffecti. Eodẽ tenore impetus in domos priua tas factus præeunte agmine Croienſiũ Scanderbegóq;/tũ militis/tũ ducis officiũ egregie obeunte. E fractis clauſtris multi in lectulis oppreſſi/ ac iugulati ſunt. Sed ubi is rumor alius ex alio ad reliquos puaſit exciti magno numero ad arma pro ut furor noxq. cócedebat, prodeuntes in forꝫ cõflare aliq̃ agminis formã conabantur/ ut uel laudabilius caderent/uel inhibito pauliſper hoſte prorumpentes ad portam fuga ſe ſaluarent. Occluſis tamẽ uiis oibus/re utraq; fruſtra tentata/paſſim iumen/ torꝫ more mactabantur. Tum quãdo neq. fugę ſpes ulla/nec ſpecioſę mortis occa/ ſio aderat, ad cõpreſſos tã diu gemitus/& inuiſas fortibus uiris lachrymas cõuerſi, cõpellare nomine Scanderbegũ/orare/obteſtari, ut iam finẽ cædi faceret, neq; ulte rius fœlicis. auſpicia regni ſanguine humano pollueret/mallétq; uiuos ſaltẽ ſerua/ tos ſeruili fortuna ſpeciẽ triumphi ſui augere/q̃ fœdare oia cadaueribus occiſorꝫ, & tam lętũ diem ea inclementia dehoneſtare/ac innoxio illorꝫ ſanguine imperiũ ſibi licet iuſtiſſimũ uẽdicare. Nihil ſe tale meritos/nõ infenſos ciuibus/nõ iniurios ulli extitiſſe. Cõmiſſam ſibi urbẽ ab Amurathe uelut amicos nõ hoſtes incoluiſſe, neq; nunc obſtaturos repetentibus libertatẽ. Iam ferrum & arma deponere ſe/atq; ſupplices uictori tendere dexteras. Ingens cõſternatio rerꝫ/clamor/gemitus/quere lę/minę/lachrymę confuſæ ubíq; reſonabant. Quantũ potuit in illo furore ſuorꝫ/ & ardore cędis Caſtriotus/nunc uerbis ipſe reuocans milites/nunc ſigno dato de/ precãtiũ rationẽ habuit, & in ortũ diei rem diſtulit, ſperans occluſos undíq;/& tot oneratos malis hoĩes, tũ blanditiis/tum minis allici fortẽ ad chriſtianã fidẽ poſſe. Tamen ordinato ſumma ratione milite/& aſſignatis ſuis quibúſq; locis obſeruare iuſſit, ne aliquid per fraudẽ moliretur hoſtis. Ipſe cũ Ameſa/& alia multitudine ſe/ quente extẽplo ad portã perrexit, & inde eũ cũ Dibrenſibus nõnullis. Dibrã miſit, ut nunciarent/participibus cõſilii/recuperationẽ urbis, & cætera, quæ acta erant, moneréntq; oẽs capeſſere arma, ac ſollicitare/ſocios/& populos uicinos/ad libertatem uindicandã, atq. in eo tumultu rerꝫ & improuiſo pauore opprimerent hoſtiũ/ prę ſidia, prę ſertim/dum Amurathes partim ignarus rerꝫ, partim Hungarico bello occupatus eſſet, Se nanq. expurgata urbe turcis/ac pacato ciuiũ ſtatu/cũ iſtructis Copiis/ & q̃maximo poſſet robore uirorꝫ/illico aduolaturꝫ. Conuerſus deinde orto iam ſole ad reliqua/in urbe peragenda uoce præconis/præmoneri iuſſit, ut q baptizari & chriſtianã fidem/ profiteri uellent, abiectis armis ad ſe irent, Vim nullã eis fieri/paſſurꝫ, ſed ad munus ipſum uitę/ alia quoq. officia/cumulatiſſime additurꝫ/

Qui id negligerēt/ in hostiū numero/censerētur,& omne in eos uis/supplitii/cuius permissuꝫ. Nō multū tam horrida uox obstinata pectora/& perdita ingenia mo/uit, Pauci sana cōsilia accepere, ita uetusta pręcepta auorum teneris infixa animis coaluerant,& ossibus/ ipsis fixa inhęserant. Maluere infęlicia corpora sontes po/tius sequi animas/q̄ cū superū/tum hominū præstanti perfrui clementia. Dimissis itaq; iam precibus, Turcę, quum nimis durę uiderentur cōditiones nostris propo/sitę/ad inanem prorūpentes fugā. differebant magis suppliciū q̄ fugiebāt/Nanq. dispositi per oēs urbis aditus armatoꝫ ordines facile pauidas opprimebant/licet multi uelut in rabiē uersi/quum oppetendę iam mortis species ante oculos obuer/saretur stricto ferro, uiā sibi quibusdā locis per medios hostes aperirent/tamē non oēs manus effugere poterāt/uel decursantes hac illac/sicut cauea occlusę aues sin/gula urbis compita oberrabant & nō inuēta effugii uia/aut à superueniente hoste opprimebantur/aut suis ipsimet gladiis cōcidebant/Accipio nanq; aliquot/mani/bus suis periisse/alii per phana & delubra per uagantes/latitantēsq; ab auido san/guinis milite extrahebantur/& uelut uictimę/pro libertate immolabātur/libertas in omniū erat/ore/libertatis dulce nomē undiq; resonabat/multi illoꝫ domos ad/huc timore/nō egressi & ibi se cōtinentes/ea ipsa loca sanguine suo replebant/nisi qui in intimis recessibus/& penetralibus latitantes/Sagacitatē militū paulisp fe/fellere/Ad Scanderbegū quoq. satis magnus cōfugerat/numerus/nō quod tā fu/nesti spectaculi timore propositū/mutassent homines/Sed ad progandos/quoad/usq. liceret infęlicis uitæ/terminos/Nā quum sędato eo furore/& sublata in urbe belli materia Castriotus ad baptizandos intendisset animū/Maior pars ad preces & obtestationes uersa rogare, ne inuitos cogeret ad eā rem, simulare se posse prę/senti eo mortis pauore christianos futuros/sed nunq̄ ueteres/suoꝫ sanctiones obli uioni tradere posse/nihil recusaturos si ad suppliciū spectent/Nihil tamē ad aīum transmissuros/Volentibus ea tradi nō coactis debere/obsecrare tamē per iniunctā eius dexterā per satis iam ultos patris/& fratrū manes/ut se nuncios saltē eius cla/dis/& tantæ rei gestæ dimittat ad Amurathē/deposita iam cū armis ira/Scander/begus/licet indignā aliqua miseratione sceleratā/censeret gentē/cōspectans tamen inermes & supplices tendētes/dexteras/facile uita pariter & libertate donauit/sed paucis (ut audio) uti eo munere licuit/Nam urbē egressi in libidinē alioꝫ & aui/das uulgi manus incidere/Nouis christianis (nā aliquot fuere) ad ingentes gratu/lationes/affatim de omnibus prouisum stipendia/domus uictus & reliquū famula tus ex publico decreta/Tamen custodiri iussi/donec nouę caracter religionis recē/tibus animis coaluisse cognosceretur/pręcipuēq; in ea nouitate reꝫ ne aliqd frau/dis molirent/Qui postea ex uariis latebris emersere alii/prout in mitiora incidere ingenia/seruati in uinculis/quum ingentē pecuniā pro uita pepigissent/Alii occisi extemplo. His perfectis & renouatis oībus ac ordinatis in urbe uexillisq̄ Tyrāni ac signis sicubi sunt inuēta laceratis incensis & abolita pęnitus eius memoria atq. uestigiis deletis primores quosdā urbis Castriotus per uicina loca Croiensis nomi nis ad nunciāda oia & excitādos ad arma q̄ plurimos impigre expediuit/sed nullo

Castriot⁹ op presso Croię pręsidio Tyranni urbēq; recepta christianos principes de iis certiores facit/ cosq. ad arma excitat

opus uel nuncio uel hortatore erat/Armati feré oēs inuenti/ducem tantūmodo & auctorem aliquē certis animis expectantes/Quare confectæ cōfestim nō ignobiles copiæ/tum longius progressi alios sollicitare pgebant/Præsidia turcaꝝ quę inuēta fuerunt/omnia ad internetionē cęsa. Vbi hincinde satis auctę/uisę sunt/uires. itum sine mora ad urbem/Nihil tardatus Castriotus/motis signis maximis itineribus Dibrā contendit insignis armatoꝝ numerus ibi circa Amesam/inuentus ac quieta omnia/nā pręsidia hostiū quę fuerant/iampridem sublata/Pręfectus quóq; uetus Croiæ & familia omnis/ad unū occisi ac dirrepta impedimenta. Primū omnium Scanderbegus anteq̄ ad uendicādū sibi reliquū imperium pergeret/duo amplius fortissimoꝝ hominū milia ibi in finibus non longe a Sfetigrado oppido & Mo/creo monte/locauit tum ad occludendos exitus hostibus/qui in prouincia erant/tū ad obsidendos aditus/si qui ab Amurathe interea mitterentur/Nā inde magis cō/modū/& tritū/iter in Epiꝝ/ex Macedonia/Thraciáq; erat, ipse cū reliquis copiis in Dibram inferiorē descendit/Obtulit ibi inter cęteros fortuna Mosem golentū petri generis/atq. animi nobilitate insignem uiꝝ/Quo pręcipue comite oīs tū uir/tutis/tum laboris Scāderbegus in cunctis magnis atq. difficillimis rebus est usus/ Tum alia loca & oppida circunadiacentia permeauit/Quę quum neq. muris cir/cundata essent/neq; magnis hostiū pręsidiis munita/facilē profecto aggressum & aditū prębebant/& iam omnis fermé ętas cæteroꝝ uelut omissa cura armis tātū/modo acceptis eū sequebatur/ac uindicē libertatis/cōclamabat/libertas in omniū ore/pectoréq; resonabat. Dum hæc agerentur/multi (ut audio) pluribus ex locis collecti in unū Turcę facto agmine occurrunt nostris tentaturi fortunā/sed nihilo difficilior eoꝝ/q̄ alioꝝ uictoria/Tum cęteri uidentes inania iam cōsilia per uim ei resistendi/dedentes se/armáq; ante eum proiicientes malebant fidē/q̄ dexterā ex/periri/Ille tum ne in inermes/ac subdentes iugo colla scæuiendo crudelitatis sibi nomen ascisceret/Tum ut animos suoꝝ ea humanitate/ac ingenii dexteritate cō/ciliaret/omnes militibus delegabat/ac totū ius clementię suppliciiq; ad eos trāsfe/rebat inanes preces/inanes uociferationes apud eiuscemodi ingenia erant/surdæ ad omnia militū aures/Nemóq; seruatus pręter paucos à quibus aliquid magnū pro redemptione sperari poterat/Scanderbegus neq. approbabat palam/neq. eā damnabat crudelitatē/Tacite tamen id ipsum cupiebat/& ita agebat oīa, ut peni/tus nomē turcaꝝ/In prouincia deleretur/Cęteꝝ quia ubiq. ipse adesse nō poterat/ Ratio uero suscepti negocii celeritatē exigebat/Diuisis copiis nōnullos ex princi/pibus iuuentutis cū uariis agminibus/hinc inde ad cæterā expediēda ac excitan/dos socios/& ad pręoccupandos hostes/pręmisit/Amesa cū ducentis feré uiris (qa non satis idoneū præsidiū ibi neq. pręsidii caput relictū uidebat) Croiā ire iussus/ ipse nunc hac/nunc illac pererrans/ac perlustrans omnia aliquot dies in recuperā/dis reliquis locis/ac conciliandis pręsentia sua populoꝝ animis cōsumpsit/unū re/stabat/sed præcipui laboris/ac difficultatis opus/oppugnatio reliquaꝝ urbium. In quibus potissimū stabat recuperati impii momentū/tamen quū pręualidis Tyrāni pręsidiis oīa tenerent/maioribus uiribus aggrediunda ea res/& non sine consulta/

Cædes turcarū & pręsidii Tyrāni qd'p loca & agrū inuentū est.

Scanderbeg Dibrā cōtende/quo i loco Amesa ne/pos cū isigni armatoꝝ numero erat.

Cędes pfecti qui in Croia fuit cū oī fa/milia sua & dirreptio impedimētoꝝ.

pfectio Scāderbegi ad reliqua sibi i puincia uē/dicāda & creatio noui ducis toti⁹ exercitus.

tione aliqua agenda uisa/Quare impetratũ/ut omnes qui diffusi passim/& ad ua/ria ministeria missi ab eo fuerant auctis quãmaxime possent copiis/ q̃primũ inte/grũ forte Croiã conuenirent,ipse quoq̃ cũ suis urbẽ petiit/ibi eos expectaturus/ Non multũ inter eius & illorꝝ aduentũ intercessit morę/Sed & fama ipsa rei plu/res alios exciuerat/Aduolarũt enim ad eũ/plęriq̃. nobilissimi duces prę̃sertim eius affines cum præclara militũ manu/inter cæteros Musachius Angelinę ita uulgo dictus/ex Angelina sorore nepos/Goicus/ac Georgius stresii fratres ambo ex Iella/ item sorore.Ginus musachius Vlaice maritus/nã Ioãnes pater priusq̃ uita cessisset filias omnis diuersis principibus/ac optimatibus prouinciæ in matrimoniũ collo/ cauerat/prę̃ter Mamizã/Quę recuperatũ á Scanderbego post imperiũ/ac pacatũ prouincię statũ Musachio thopię nupsit/A stephano quoq̃ cernouichio q̃ Marã uxorẽ & ex ea liberos habebat gratulationes cũ parte & militũ/& pecuniarꝝ non defuerunt/Colluuio/prę̃terea uulgi confluxerat & in oĩs horas confluebat/ut.xii. iam milia hominũ numerus armatorꝝ excederet/erectus maxime eo suorꝝ fauore Castriotus in procinctu habitis omnibus/& ad proficiscendũ paratus,priusq̃ mo/ ueret signa,simul de ratione agendorꝝ consultans & milites adhortans suos in hãc maxime sentẽtiã exorsus fertur/Neq̃. nouũ neq̃ inopinatũ quippiã hic uideo du/ ces ac milites fortissimi/quod nõ iampridẽ animus meus prę̃sagierit/& sibi promi serit/quum & ueterẽ gentis nobilitatẽ/& publica uestra/ac priuata in Ioãnẽ patrẽ officia mecũ sedulus repeterẽ.De me enim(uerbo absit adrastia)nullo unq̃ uitæ tempore dubitaui/quum hanc mentẽ/hanc pietatẽ in patriã seruarẽ/hos gererem pro libertate spiritus/eadẽ uestra quoq̃. desideria/paria mecũ uota erant/ut sę̃pius (id quod libenter memini/& nunc audacter refero)degentẽ apud Tyrãnũ omni/ bus studiis atq̃. officiis/ad hoc muneris inuitastis/oblitus fortasse tum patrię/obli tus mei decoris/& immemor prorsus libertatis uisus sum uobis/quum nulla satis certa spe/nullo præclarę cogitationis indicio mæstissimos domũ remitterẽ/cõsule/ bam certe mihi uobisq̃ eo silẽtio ciues/ea simulata animi remissione/quippe quũ & eius generis res/essent/quæ prius fieri/q̃ dici debebãt,& uos freno/potius/ q̃ cal caribus indigere uideremini.Cę̃laui,fateor,Consilia mea uos/subticui tãdiu uolũ/ tatis rationẽ omnẽ/Non q̃ uel fides uestra mihi suspecta/uel animi non satis noti essent/quum priores ipsi in ea rerꝝ alea cogitatus uestros prę̃monstrassetis/sed de/ terrebat mortaliũ fragilitas/& inconstantia humana,quæ quum ad oia præceps feratur ad libertatẽ rapitur magis/q̃ ducitur/Nihil pensi/nihil ordinati habet/Et si minimũ occasionis ad eã non modo uendicandã/sed tentandã arriserit/Nõ mille (ut aiunt)enses/mille pericula/nõ manifesta mors & apertũ fortunarꝝ uitaęq̃ di/ scrimen à proposito auertere potest/Verꝝ ubi frustra tentata re inanes conatus de/ texeris/aut funestissimũ suppliciũ/aut deterior longe seruitus manet/omnisq̃/in posterꝝ abscinditur spes/ac lapsa semel occasio in perpetuũ euanescit/semel tenta tur ea res/q̃ si perperam cesserit/ imperpetuũ facultas amittitur/Proinde(uerum ingenue fatebor)uix mihi ipse satis tutus eius consilii particeps uidebar/timebam ne lingua tãtę impatiens rei/ne parietes ipsi domus me proderẽt/testis est Amesa

Numerꝰ militũ Scãderbegi, noia sociorꝝ, Ducũ, & Pricipũ, q̃ cũ exercitu, & copiis i auxiliũ Castriotiuenerũt ad res posthac gerendas, & oionẽ Scanderbegi ad eos.

nepos præcipuus postea adiutor consilii/& comes laboris/& alii perpauci,quorũ opera & fideli/& impigra in exequẽda ea re sum usus/Quod quũ eadẽ mihi cum illis uitæ intercederet consuetudo.idẽ uictus/idẽ proprie animus esset/nemo tamẽ me patriæ memorẽ/nisi in hungarico bello deprehendit/Nemo christiani & liberi hominis uocẽ/nisi tum cum impune potuit audiuit/Poteratis aliũ uos Epirenses (non enim deerant præclara ingenia in hac prouincia)auctorẽ libertatis/& ampliatorẽ/rerꝫ uestrarꝫ atq; animorꝫ inuenire/maluistis tamen(ita forsan uolentibus diis)libertatẽ hanc licet seram à me expectare/q̃ uel per alios quærere/uel ipsi met uobis cõficere.Non est pertesum tam egregios spiritus in libertate educatos/animos barbaricis subiectos sordibus tam diu tenere,ut me hunc aliquando uideritis.sed quorsum istud liberatoris nomen patientia uestra usurpo mihi? Nõ attuli libertatẽ huc,inueni,uix solum uestrũ tetigerã/uix nomen meũ audieratis/cum aduolastis/occurristis quadã contentione omnes/uelut patres uestros/fratres filios à mortuis remeasse / uelut deos oẽs accessisse audissetis/Prꝫoccupastis illico/obruistis ea magnitudine officiorꝫ/ea animorꝫ alacritate,ut tm̃ seruitutis uidear uobiscũ contraxisse mihi/quantũ acquisiuisse/apud uos libertatis/non imperiũ ipse uobis/nõ urbem hanc dedi/uos tradidistis/mihi armatos inueni/nõ arma tradidi. Libertatẽ in pectore/in fronte/in ensibus/in hastis/ubiq; gestantes cõperi/& tãq̃ optimi tutores à patre relicti seruatũ mihi ad hunc usq; diem sceptrũ pari fide/atq; diligentia restituistis/& ĩ maiorꝫ meorꝫ possessionẽ labore/atq; idustria uestra incruẽtum deluxistis/Nunc in cæterorꝫ(diis iuuantibus)ducite/Maiorem uel maximã iam partẽ operis absoluimus/Croia recuperata/agro omni subacto/Dibris & reliquis deinceps populis nobis adiũctis/ac hostiũ nomine ex cãpis sublato/oppida supersunt.Si ad incõmoda illorꝫ specto/uidens omnibus à nobis obsessis/prꝫoccupatis,nuda tm̃ mꝫnia inclusis relicta/bono sum aio,si ad locorꝫ difficultatẽ/& prꝫsidia intus à Tyrãno posita/maximo uel ingenio aliquo/uel pertinacia utendũ uidetur.Sed melius hæc præsentes in ipso hostis cõspectu/& ferrũ ardenti dextera tenentes/q̃ nunc absentes/& suspensis animis/cõsultantes iudicabimus. Mouenda itaq; impigre signa/& induendi/ubiq; uincentiũ animi/adiuuabit conatus nostros fortuna/quæ hucusq; in singulis nos egregie est & comitata & secuta,Petrella tm̃ prima omniũ petenda nobis/nõ q̃ aliis situs difficultate/uel munimento naturꝫ id oppidum cædat/sed ex eo q̃ uicinior est huic urbi/maiorẽ famã/& timorẽ Croicẽsis fortunæ/eo nos credo inuenturos/multa spectacula tum uirtutis uestræ/tum calamitatis suæ in oculis habuere/mouere poterunt hæc non parum fortasse,& in quo nõ mouebũt/ptinacia certe nostra supplebit/ unũ illud fixũ omnibus/obstinatũq; esse debet/nisi ea expugnata sit urbs/& uoti cõpotes simus,domũ nõ reuerti/expiundũ est oẽ artis/laboris/patiẽtiꝫ/ferri/auri/argẽtiq;genus/ut inde prima huius uictoriꝫ auspicia sũmant/si p uim capẽ eã ãnuẽt/dii/nullus relinquẽdus obstinatis apud nos miserationis locus/sed uel insolentissime utendum uictoria,ut cæterorꝫ frãgamus aios. Si dedẽtibus oppidanis potiri ea incruentis nobis licuerit/magna modestia tũ priuatim tũ publice/agẽdũ erit,ad inuitãdos alios ad deditionẽ aios.

Hac oratione cognita maxime modestia Scanderbegi, & laudata est ab exercitu/ neq; de cõsilio eius quicquã mutatũ/aut grauate acceptũ/Moses cũ tribus equitũ milibus uelut antesignanis primũ ad urbẽ missus. Castriotus cũ reliqs copiis iuxta secutus, Nõnulli dicunt eũ machinas quasdã Croiæ inuentas/secũ duxisse ad oppidanos deterrendos/alii sine tormẽtis & tentata/ & expedita omnia. Ego si cõcedendũ est/quod oẽs clamant) perintegrũ ferẽ mẽsem totũ ab eo imperiũ recuperatũ, egre assentiar, ea deducta fuisse impedimenta, præsertim quum hiberno tpe cõcreta gelu, & glacie oia uix expeditis equis, uirisq. iter tutũ prẽberent. Deductis sub muros copiis Epirẽsis, partitis ordinibus, urbẽ impigre qua melius potuit, ratione cinxit. In tyrãna maiore sic dicta, propter aliã minorem, quæ prope Croiam iacet, quia aptior ad Castrametandũ locus erat, maior pars militũ exposita idem obsidens & obsessus cogitabat. Prior tamen Castriotus alloquendi benignitate & munificentia promissoꝝ animos hostiũ prẽuenit, electoq. uno fidelis, & exptẽ opẽ uiro, quẽ ex ungarici belli reliquiis secũ in Epiꝝ illũ ad oppidanos misit. Deditionis præmio, præter uitã bonãq; priuata, si mutata cum impio fide manere apud se uellent) stipendia abunde oblata. Si ad Tyrãnũ mallent reuerti pecuniæ singulis, & non uilia munera præfecto promissa. Pronos iampridẽ ad deditionẽ, hoies uafer miles appositis ad id ipsum uerbis facile quocunq. uoluit impulit. Nõ à Scanderbego primũ exorsus, sed à malis. & Amurathis occupationibus ex hungarica clade, ac cõspiratione christianoꝝ in Turcas, tum ad ipsa mandata ducis prẽclara quadã fiducia uenit, subiiciens crebro audiẽtiũ, animis Croiensis prẽsidii fortunã, ac cæteroꝝ calamitatẽ, qui passim p oẽs prouinciæ angulos lupis canibusq. relicti iacebant, ea oia partim ab aliis audita, partim uisa credita facile sunt, acceptæq. cõditiones dũmodo saluis rebus suis abire liceret, cessuros urbe, de aliis præmiis non curatũ. Missi itaq. à prẽfecto, qui rem cũ Scãderbego agerent, & iureiurãdo sancirent, firmatis omnibus, & barbari egressi sine mora sunt, & præsidiũ nouum acceptũ in oppidũ. Cẽteꝝ nõ imemor cõsilii sui Castriotus, honoratos uerbis hostes, pecuniis quoq. equis, & cibariis adiuuit. Deinde Mosem, & nonnullos equites cũ eis misit usq; ad imperii fines, ne alicubi uel insidiis, uel aperta ui à suis uiolarentur. sicuti plẽrisq. in aliis, ita hic quoq. nõ minus admirãda ducis nostri, fortuna, q̃ uel uirtus, uel prudentia occurrit mihi. Et sicut in seruando eo apud Amurathem, prẽsto fuere, ita hodie in restituendo illi impio Deos oẽs nõ affuisse solũ, sed contendisse nõ abre dicere ausim. Petrella oppidũ licet nõ amplũ circuitu, inexpugnabile tñ, propter loci naturã, & altitudinem montis, in cuius uertice stat, armis, uiris, comeatu affatim munitũ. hyeme præsertim alienissimo ad obsidionẽ urbiũ tpe tam facile imperiũ eius accepit, ut nõ solũ militẽ ullum in ea potiunda, sed ne uerbũ quidẽ (ut aiunt) frustra amiserit, laudanda tam nõ inanis, in hoc patientia eius indefessumq. corpis robur, q̃ indefaticabilis uigor animi oia celeriter obeuntis, recuperata enim ea urbe, & ordinatis intus, ac procuratis quæ necessaria uisa sunt, nõ modo die, horaúe, sed ne momento quidẽ tpis ibi moratus est, quin extẽplo collectis uasis militẽ ad alia oppida uelut fugiẽtia deduceret, opta niue omnia

Obsidio petrellæ à Scãderbego/deditio oppidanoꝝ/ & eorũ discessus ex prouincia.

De periculis Scãderbegi, in qbus uersatus ẽ, & de reccupatione impii i breui tpis spacio.

Descriptio Petrellç.

erãt exhausti frigore hominũ uultus, gelatę manus, Indurata & ueluti cõcreta omnium corpora, neminẽ tñ ꝑter ꝑsidiũ tecta/uel muros urbis intrare passus est, neq; ipse uoluit ingredi, ut pudorẽ quẽdã eo exẽplo iniiceret aliis, Sed neq. illud longe maius, quod de eo fertur/silẽtio prætereundũ censeo, q; à primo si licet die ex quo in Epirũ uenit, usq; ad uendicatũ imperiũ, uix duabus horis, quaq. nocte somno indulsisse memorię ꝓditũ est, miraculũ diuini/ꝓprie corporis, ac inexhaustę fortitudinis, Ideo fortasse patiẽtia illa laboris, uigiliis, ac exercitatione assidua, & uiriũ magnitudine cõsecuta est, Quod in Papirio illo Cursore, excusant antiqui, cibi uiniq. capacissimus dicit, fuisse, Brachio nudato semp pugnabat, nullo frigoris, nullo æstus discrimine hito, rẽ ausus plus fortasse habiturã ad posteros admiratiõis, q̃ fidei. Nos tñ eo, unde discessimus, reuertamur, Recto itinere Petrã Albã itum est, Quæ à Petrella. xxx. milibus passuũ à Croia. xxx. milibus distat, Petrella à Croia xxv. Oppidũ hoc in Aemathia est in sublimi mõtis cacumino sitũ, patruũ abitu, tamẽ, ꝑter famẽ nullã uim hostiũ timẽs. Præterea ad ipsas mõtis radices, ꝑterfluẽs Aemathus fluuius nõ minus pulchritudine, q̃ munimenti, & cõmoditatis loco illi addere uidet, Vix fixis humi signis cõsedit sub muris miles, & missi ad Scãderbegũ qdã ab oppidanis ultro deditionẽ urbis fecere, His ẽt quæ Petrellensibus ante fuerant, oia ꝓmissa, & seruata, ac missi qdã ex nrís cũ ꝑsidio hostiũ qui ab iniuriis ꝓuicialiũ eos tutarent, Firmata rebus ncessariis urbe uix data facultate respirãdi Stelusiũ eodẽ ardore petitũ. xxv. milibus passuũ oppidũ hoc à Petra alba disiungitur à Petrella. xl. à Croia. L. ferẽ, Hoc quoq; oppidum licet ab amplitudine iure laudari nõ possit à naturali tñ situs munimento, amœnitate, ac cœli salubritate nõ imerito extolli ꝑt, Mons est in æmathiis cãpis excelsus in medio speciosę cuiusdã uallis uelut de industria positus, iugũ ipm pulcherrime muris septũ id castellũ facit, Huc quũ solis occasu aduenissent nrí, nihil ea die actum, sed in crastinũ dilata res, Mane missis ad oppidanos legatis Castriotus primo nihil ꝑter uerba tulit, nullumq. certũ rñsum datũ. Nam uariatũ maxime sentẽtiis inter barbaros est, & res ꝓpé ad seditionẽ deducta ꝓꝓ ꝓtinaciã, uel ut uerius dicã Cõstantiã ꝑfecti dissentientis à cæteris de deditione ac excitantis multitudinẽ ad arma, Victus tamen à maiori suoꝝ parte, quũ æquum conditionis genus acceptare noluisset, coactus est postmodũ sordidius longe, & funestius iugũ subire, nã milites flectere uerbis eum nequeuntes uinctũ cũ aliis eius sentẽtiæ sociis ad Scãderbegũ deduxere, & cõditionibus acceptis tradidere urbẽ, His plusq̃ cæteris liberalissime de singulis ꝓuisum à nrís, Maior pars ob patratũ facinus Ottomani timore domũ redire noluit ibiq. mota sit. Eoꝝ qdã baptizati, Aliis liberꝝ arbitriũ eius rei relictũ, uictus tñ ex publico nemini negatus, Sfetigradũ restabat, qd' idẽ est apud illyricos signat qd' sancta ciuitas, Nihil moratus in Stellusio epirensis copias illuc summa celeritate traduxit, Hoc oppidũ in snpiore Dibra ad fines impii iacet, in excelso monte, ut de cæteris diximus, uelut aquilę nidus, cõspicuũ, ambitu pari fermẽ cũ Stellusio, Hæc oia quæ numerauimus oppida nullũ antiquæ memorię Cõditorẽ hñt. Nam illa, quæ ueteres, Macedoniæ & Epiri reges, ac externi principes construxere, ut

Obsidio Petralbę, descriptio, ac deditio eius.

Obsidio Stelusii, eius descriptio & deditio.

Obsidio Sfetigradi, eiusq; descriptio

Petrella, Petralba, Stelusi⁹, Sfetigradus Cõditoꝝ noib⁹ carẽt,

Meandria, Heraclea, Toglus, Nicopolis, Echinus, Leucas, & alia nõnulla quũ latini nois hostes/uel totius magis humani generis incendia & pestes Gotti, ac Gallogręci orbẽ inuasere dirruta ab eis omnia, atq; solo ęquata fuerunt, Vnde puinciales, & locoꝝ reguli longo post tpe cupientes dispersam sordide multitudinẽ in unũ colligere, & aliquã effingere puinciæ formã, quũ difficilem ueterũ reliquiaꝝ reparationẽ uiderent, & ęque si fuissent reparatę illę urbes omni pristinæ calamitati, & hostiũ iniuriæ obnoxias/qa maiori ex pte cãpestris erat, in altissimis mõtiũ iugis sedes sibi eligentes hæc castella cõdidere, pusilla ideo, quod neq; locoꝝ habitudo maiorẽ circuitũ muroꝝ patiebatur, & ut facilior foret eoꝝ defensio quũ aliqua uis hostiũ ingrueret. Licet Croia, ut impii caput, sicut pulcherrima omniũ, ita amplissima sit, cõditorẽ eius fuisse Carolũ inuenio, diuitẽ uirũ, ex nobili thopiaꝝ genere, qui tpe quo Scãderbegus Epiro potitus est, in Scuria, haud ignobili Epiri parte inter Tyranã, & Dyrrachiũ imperitarũt/ubi sub hostiũ oculis Castriotus cõsedit dispositis ordinibus, stationibusq. extemplo agere cũ oppidano de deditione cæpit. Et ut facilius exemplis moueret homines cõmemorari eis iussit singula quæ Croiæ, Petrellæ, Petrçalbæ, Stellusio acta erant, præcipue de liberalitate eius, officiisq. in psidiũ Stellusiense collatis ecõtraq. ac pfecti uinculis, quẽ iã iã ante illoꝝ ora cũ aliis obstinatis mactari uisuri essent, Mouit ea legatio singulos, Præfectũ pcipue pp alienæ fortunæ documẽtũ subiectũ oculis. Quare timens prior ipse suã efferre sniam, & rndere hosti pp multitudinis icõstãtiã, & mutabilia uulgi igenia, accepto, habitoq. honorifice legato cõuersus ad suos multa modestia. Quid iubetis ait fortissimi uiri, & fidelissimi milites, aut qd ad hęc hosti rndeamus? Tũ unus ex astãtibus satis coniectatus ex uerbis ipsis tacitã ducis uolũtatẽ, Postq̃ fortes, & fideles se hostẽ Scãberbegũ appellauit sublatũ strictum ensem dextera cõcutiens. Hic ait fortissime Dux pro nobis responsum ferat, Nihil oportuit appositis ad id ipm uerbis nũc ex croiensi, nũc ex stellusiensi fortuna libera pectora pterrefacere, Sicut diuersi uultus, uariæ mortaliũ facies, ita diuersi sunt hoibus habitus aioꝝ, Vnusqsq; suo ingenio sapit, furit suo quisq; facto, Non leges nõ petrellensibus, nõ Stellusiensibus dedimus, neq; ipsi dent nobis, Non transeãt tã sordidus mãcipioꝝ exẽpla ad fortiũ uiroꝝ aios, Dedignant sublimia ingenia in honestis, nedũ in turpibus aliena facta imitari, Suo quisq; more uiuit, Agedum mactetur ante ora nra Stellusiensis pfectus imolent socii, Creditis ne in eoꝝ nos corporibus interituros? Nũqd noster ibi extiguet spiritus? Nũqd noster inde effluet cruor? Sed ò fęlicia corpora illa, ò uerendos mihi semp inanes, qui pclaro libertatis, & fidei seruandæ studio, auꝝ, argentũ, ferrũq. & qcqd uel cupit, uel timet misera mortaliũ conditio pinde cõtemplere. Fer tu itaq; hæc uicissim priuati militis mãdata ad ducẽ, si imponere nobis has cõditiones quęrit, Nudet iã brachiũ illud nõ adeousq. formidatum fortibus uiris. Cogere fortasse nos ad suas leges aduersis diis poterit perlicere certe non poterit. Cæteꝝ neq; tñ is est Scanderbegus uester, quẽ olim audiuimus, sublimi ingenio, uiꝝ facilẽ in ignoscẽdo & nõ minus hosti, q̃ sibiipsi æquũ, Cur.n. Stellusiensis pfectus qui libere, qd fortiter, qd iuste pro rege suo, pro fide, pro li-

Quæ a Gallo græcis iã dirruta fuisse ph̃ibetur,

bertate ſenſerit, in uinculis tenet? Cur parantur ſecures? Non meruit gladiũ, non mortẽ, qui tã ꝑclare eã/ut libertatẽ ſeruaret/appetiit. Ingenti admiratione omniũ auditus eſt miles/neq; interpellatus donec ultro uerbis finem fecit. Tum circũfuſa undiq; turba/Scuta/gladiis concrepuere/& iuxta id ſignum clamor approbantiũ ſublatus. Prefectus auctus maxime/& cõfirmatus animo in ea ſuoꝝ uoluntate di/miſſo ex urbe legato mox ad cuſtodias conuerſus milites ad ſua quĕq; miniſteria trãſmiſit. Per muros licet ordinata pleraq; antea eſſent/tũ augens, tũ renouans oia ſumma rõne collocauit/multa interſerens hortamina inter apparandum, & inue/niſſe ſe dicẽs in omniũ animis quod certa prius ſpe conceperat, Augeri magis de/beri eoꝝ cõſtantiã exẽplis aliaꝝ urbiũ, quæ tã fede iugũ hoſtile ſubiiſſent/Cogita rent quæ eſſent ꝑmia laturi ab Amurathe ſe ſoli inter tantã reliquoꝝ pfidiã liber/tatis/ & Ottomani impii nomen ſeruaſſent in Epiro/ Contráq; ſi animos ſummiſ/ſiſſent grauiora ſe omnia q̃ Petrellenſes/Stelluſienſeſq. timere merito debere, quũ excuſabilior illoꝝ pfidia uideat, quod in uiſceribus ipſius puinciæ conſtituti ob/ſeſſi undiq; ab hoſte circũuallati uelut coacti fuiſſent ad deditionẽ/ſe in limitibus ipſis hoſtilis imperii collocatos & fortiori adhuc oppido munitos/eas inanes excu ſationes/factaſq. cauſas allegare nõ poſſe/Quũ adeſſe ſubſidium à tyrãno, & ſolui obſidio momẽto tpis poſſit, Solabat ꝑterea breues eos labores futuros ꝓpter incõ modiſſimũ ad obſidionẽ hybernũ tẽpus, ac credere facile ſe hoſtem ubi pertina/ciã eoꝝ nouiſſet nihil quicq̃ moliturũ in muros, ſed ſtatim cõuerſis ſignis abiturũ. Ad ea uerba/cõſiliaq. illud quoq; nõ minus prudens factã addidit, Quod chriſtia/nos oẽs/& ueteres ciues, quoꝝ nonnulli ibi ſicut & in aliis oppidis ab Amurathe fuerãt relicti, eductos ex urbe, ne ꝓditioni ullus eſſet locus in ſuburbia miſit. His ita patratis hoſtis intrepide expectabat, Caſtriotus interea audito oppidanoꝝ re/ſpõſo, & elaborata barbari oõne. Riſu ſibi obiecta diſſoluẽs. Inſignẽ apprime mi litẽ inqt, Si ita facere ſicut dicere nouit, ſed ſi facultas aderit nobis fĕlicẽ eũ quoq; fælicibus Stelluſienſiũ manibus addemus. Mox duci ꝑfectum ante ſe cũ captiuis illis iuſſit, & oblata crucis imagine aliquos credentes & cõfitẽtes baptizauit, Deſ/dotrus cũ cæteris in conſpectu omniũ necatus/ Sublatus illico clamor ex urbe & multis cõuitiis noſtri ſunt cõciſi, De rõne oppugnãdæ urbis tres fuere ſententiæ, Alii nihil tentãdũ in muros quũ opertis glacie/ac niue locis omnibus inacceſſum eſſe montẽ, & uix pedibus cõſiſtere poſſe militẽ dicerẽt, Quare relicta prſus obſi/dione ꝓpter hyemis incõmoda in uernũ tẽpus differendã eſſe oppugnationẽ, Alii faciendũ militũ eſſe delectum apparandas ſcallas & machinas cęteraq. id generis inſtrumẽta, & pertinacia aduerſus ꝓtinaces utendũ, neq; dũ reſpirare cuperẽt ipſi, & uelut aues uernã tẽperiẽ expectare, relinqueudũ tps hoſti ad ſubſidiũ ab Otto/mano capiendũ & reparãdas uires. Moſſes inter utroſq; neq; tentandã oppugna/tionẽ/neq; deferendã obſidionẽ ſtatuit alio tñ modo q̃ ipſi ſentirẽt, nã per pręſidiũ quod ibi ad cõfinia ad alias neceſſitates paratũ tenebatur, optime & cõſuli exerci/tui, & nõ interpellari obſidionẽ poſſe, & incluſos teneri intra muros hoſtes/atq; ita paulatim rẽ ꝓtrahi in cõmodius anni tẽpus/neq; illis ſpaciũ cõcedi ad reſpirãdũ.

Hęc ſententia quæ media erat/accepta/& ad auctorem ipſum id onus à Scander/bego delatum/aceinctúmq; prędidiũ illud duum milium/quod nõ longe aberat/& mille aditis relictus ibi cum eis Moſes/reliqui ſublatis ſignis Croiam petiere. Ibi quoq; uariatũ ſententiis eſt de totius rei ſumma/& belli ratione / multis ęgre depo/nentibus arma/ſuadentibúſq; ſequendã uictoriam/ & inferenda in hoſtilem agrũ ſigna ac aliquid de imperio Amurathis/abradendum/Aliis alieniſſima tpa allegã/tibus niues glaciem imbres/uix ſuſpecturũ tot incõmodis militẽ/In campis pręte/rea exuſta gelu oia non prębitura iumentis alimenta. His aſſentiens Caſtriotus ut & aliquã ſuoꝝ rationem habere uideretur/& recuperatũ imperiũ interim melius firmaret inter dimittendũ exercitũ his uerbis militi gratiarum actionem exoluit. Neſcio quid prius/quid poſterius laudandũ ſit in uobis milites uirtus ne an for/tuna/Hanc illa inuitauit. Hæc iuuit illã/& (quod maxime in hoc genere reꝝ ge/rendaꝝ oportebat) conſilia/conatúſq; ueſtros celeritate ęquauit. Quare maximum prędagiũ hinc futuri Epirotici ſplendoris/& dignitatis ueſtrę cępi. Quid negatura impoſteꝝ fortuna nobis? Quid non ſuperatura patientia ueſtra nõ uideo. Vix tri/geſimus hic dies eſt/ex quo ſecundis auibus poſſeſſum à Barbaro ſolũ poſſeſſam patriã animi dubius/ac pené ex tam longa peregrinatione ignotus tetigi. Hodie Sfetigrado excepto non nomen eſt/nõ odor (ut aiunt) eius in prouincia relictus/gratię imprimis agendę ſunt deo/q ita mentem hoſtibus ademit noſtris ut tot for tiſſimoꝝ locoꝝ poſſeſſionẽ incruentã etiã in uos tranſtulit/Tum patientia ueſtra ſuis non fraudanda laudibus/quę non cęli minas/non hybernã intemperiem/non ſubiecta tot oculis aſpexit/incõmoda non caput detorſit/donec conceptũ iãpridẽ deſideriũ ex animi ſnia exoluiſſet. Nunc utrorúmq; uoluntatẽ laudo & qui ſequẽ/dam/& qui differendã uictoriã ſentitis/Quippe quum nihil debeat fortẽ uirũ tar/dare/per aquã (ut aiunt) per ignẽ/per inuia queq; permeabile iter habere cõſueuit uirtus/Tamẽ ſi nihil hęc dilatio iniqui eſt allatura/poteſtis citra iniuriã meminiſſe humana quoq; uobis corpora eſſe/Ite ꝓinde fęlices/& uictrices dexteras/ac quod ſupereſt ſpiritus refocillate, ſolidiores poſtea in nouos actus ad clemẽtius anni tps reuerſuri/Tunc arma cõdico/tunc ſudores omnibus/tunc perpetuã belli materiã/tunc ſtipendia eſtis/quæ nunc promeruiſtis cumulatiſſime accepturi / Nam ſi ita per ſilentiũ Ottomani licebit nobis ſine obſtaculo bellũ ut cępimus gerere/ depo/pulandus eſt ager hoſtilis/dirripiendus/incendendus / ac tentãda quædã præſidia locoꝝ ſi adiungere nobis poſſimus/Sed ſi bellũ (id quod ꝓpius uero puto) aduer/ſus nos decernet Tyrãnus/accõmodanda erunt ex tpe/& cõſiliis ipſis hoſtiũ conſi lia noſtra. Quicquid tamen de aliis ſumus acturi/In Sfetigradũ primus qſq; impe tus/prima arma deprometda/Turpe ęque/ac moleſtũ uidetur mihi/ut ibi radices adhuc per ſummã ignominiã Epirotici nominis teneat hoſtis/ Sed cedendũ nunc tempori fuit/ne ſi pertinaciã ſſetigradenſem maiore pertinacia ſupare contendere mus fruſtra re tentata turpius uicti abiremus/& inſolens hoſtis paulatim conatus noſtros contẽnere aſſueſceret/Non.n.cũ uiris tantũ/ſed cum cælo ipſo pugnandũ eſſet. Vitio datũ accipio priſcis quibuſdã impatoribus/Quod per imprudentiam

Oro Caſtrio ti ad Duces pręfectos. & milites ſuos ꝓ rebus bn/geſtis/ac im/perio recupe rato.

reiq. militaris ignorationē paratissimos exercitus magis icōmodis rerꝝ/quę hostili gladio amiserint/Cæterꝝ adest etiā præ foribus natalis christianus/nō puto aliquid tentandū in hostē hoc tempore/non uitā alicui auferendā/quo ipsi uitā & lucē accepimus tpe/sed crebris uotis(ut sæpius repetam)ubiq; gratiæ superis persoluendæ pro libertate/pro imperio/pro uxoribus/liberisq; ꝑ iisdē ipsis recuperatis. Ego uobis si ob aliud quippiā impar sim milites ad gratias referendas/ob id prçcipuæ esse confiteor/quod tot præclara nepotū pignora/tot gratissimorꝝ/& inuictorꝝ ducum aspectū restituistis mihi/Magna quęq; his ducibus his adiutoribus animus spondet sibi/dabunt occasionem/dabunt materiā ipsi unde uobis quoq; olim ingētes gratiarꝝ actiones habeā/nūc si quid in me est/quod ad uos uel ornādos uel illustrandos attineat/efferte audacter desideria uestra/nāq;(ut arbitror)eā ꝑ magnitudine uīorꝝ ex i me meritorꝝ debeo uobis aī gratitudinē in me nūq̄ desiderabitis.

Attē. prçmia & priuilegia à Scāderbego militibus concessa.

Vulgū non tenuit pudor/& honestiores etiā quosdam quin sumpta ex eo sermone fiducia uelut timēs unusqsq; ne alius prior posteret/undiq; circa eū effusi ut uaria pro habitu ingeniorꝝ prçmia exposcerent/hi equestria/hi pedestria stipēdia pecunias alii/equosq./alii quarūdam uectigalia uillarꝝ/multi qbus in mutatione impii arrepta patrimonia fuerant à barbaris/& ad alios trāslata, restitutionē ueteris fortunç. Quę tum expediri præter contentionē potuere/facile omnia cōcessa relicta/quæ annexam alicuius iniuri āhabebāt, in aliud tempus reiecta, Dimisso exercitu Scāderbegus urbē ingressus cū suis, nam multi mansere cū eo prçsertim nepotes/& principes consanguinei/primū omniū Amesam cū sociis quibusdā/qui illū ex hungaria fuerant secuti, lauacro baptismatis fidei christianæ restituit, & barbaros plures simul qui tum Croiæ/tum aliis locis inuenti fuerant/intermissa prius re in ea celeritate belli gerendi/Hęc leticia ad nataliciā festiuitatē addita pluribus diebus est celebrata/Scanderbego à prouincialibus tū priuatū/tum pub. de more gestis multa Xenia missa/principes uicini sicut nup apta ad bellū / ita nunc pacē/& ociū ornantia uarii generis munera dedere uestimenta egregia/ & aliā preciosam supellectilē/non ignari in eo habitu rerꝝ/& bellico tumultu nihil eum prçter arma attulisse. Breue id ociū Castrioto fuit, nā inter epulas fermé ipsas nuncius à Mose aduolauit barbaros qui ex prouincia in loca uicina cōfugerant, facto nō ignobili agmine sociorꝝ/& collecticia multitudine ad se opprimendū properare. Quare festinaret ipse/nā uereri se uel longius ab hoste protractū deserere cogi sfetigradēse negociū/uel si sub muris tentare fortunā uelit/medius ab oppidanis/& illis introcludatur. Hæc oīs eius motus cā fuit/nam reliquie illę Turcarꝝ, quæ manus nīorꝝ effugerant, præsertim petrellense/stellusiense/ & petralbense præsidium post eam fortunā collecti circa Alchriam oppidū id est Ottomani nominis in Macedonia/ quum uiderent Scanderbegū misso exercitu Croiā iu hyberna concessisse/& fedatos iam uelut per ociū oīs belli tumultus/Tum ultiones studio/tum cupientes prçclaro aliquo facinore ignominiā suā/& ꝑfidię errorē apud Ottomanū excusare/excitata alia multitudine Sfetigradū ire pergebant, ubi audierant Mosem cū prçsidiū ad custodiā finiū/& urbis obsidionē relictū/Castriotus licet non multū eo nū/

Attē. Amesā Castrioti nepotē cū quibusdam aliis ad fidem xpi cōuersū fonte baptismatis purificatū

Attē. repentē tumultū ad fines hostiū exortū/& ꝑdam ex agro Turcaico ab Epiroticis ab actam.

cio moueretur/quod nunq̃ eam colluuiẽ fines ingredi ausurã credebat, tamen ne aliquid negligenter in noua possessione imperii ageret/uel Mosi deesse uideretur/ ocius conscenso equo cũ cõuiuis ipsis/& sociis epularum/ac cẽtũ fermè militibus ex urbe ductis ad eã periculi suspitionẽ exorientẽ extinguendã contendit/sed nihil uel timore/uel festinatione illis dignũ inuentũ/Nam ubi aduentare Scanderbegũ sensere hostes/sicut timide processerant/facile retroacti uix uestigia sui reliquerunt/Tamen hęc res malorꝫ ipsis causa fuit,nãq; indignatus Epirensis/quod & data sibi eius incõmodi uieq; causa/& sublata per eorꝫ fugã materia laudis foret/ acceptis mille equitibus ex Mosis prędio hostile solum ingressus/ut ea iniuria si posset lacessitũ hostẽ prouocaret ad pugnã/multa hinc inde procursans per campos subuertit/deuastauit/depopulatus est/atq; allectum ea prædę dulcedine militem totius deinceps hyemis cibaria doluit.

# MARINI BARLETII SCODRENSIS SACERDOTIS HISTORIARVM SCANDERBEGI.

## LIBER SECVNDVS.

QVAE GESTA IN HVNGARIA SVNT(VT iam perfectis rebus nostris ad aliena reuertamur)quũ certis nunciis cognouisset Ottomanus/licet fama quoq; ipsa prior/solito pnicior/quum male quippiam affert,uario tumultu/metuq;/& luctu simul publico/simul priuato oia ĩplesset/Scãderbegi opa Bassam profligatum/deletúmq; exercitũ/ac propé ad internitionẽ cæsum/unũ cũ Amesa illũ/& adiutoribus cõsilio è prælio incruentũ euasisse/moxq; in Epirꝫ profectum/ summo dolore eo Amurathes nuncio perculsus/percunctandi studio ubi rei seriẽ omnẽ/& Scanderbegi consilia edidicit in extorquendis præsertim á Scriba fallacibus litteris (neq;.n.uel id latere diutius potuit)primũ illi tã audacis facti/& insperati(ut fit)mali admiratio uocẽ inclusit. Deinde mitigato paulatim dolore in uerba prorumpens uox nunc minax nunc querula uim eam omnẽ fermé indignationis exhausit/Nunc ingratũ Scanderbegũ/nunc sceleratũ appellans/Venenum iãdiu seruatũ euomuisse dicebat/Idem fuisse factuꝫ iãpridem si ei furori/atq; scelerato consilio modus affuisset/Tempus captasse/quo tutior//impunitiorq; nefandi uoti compos existeret propter grauiores suas ex hungarica clade belli necessitates/& maiora reꝫ momenta. Querebat nunc callidus princeps/quo magis in eum suoꝫ aios excitaret/sibiq; conciliaret/Quę eum ratio(q̃uis nullã rationẽ scelus hẽ diceret)ad tã impiũ facinus ĩpulisset. Quũ liceret apud se illi & ditissimo/& maximo esse. Nihilq; penitus eorꝫ desiderare/quæ insaciabilis qsq; hois animus ad oẽm uel domesticæ/uel militaris rei gloriã sibi ipse uotis exposcere põt. Nunquã alienigenũ hominẽ maiori apud se cura habitũ/educatúmq;/& peregrinę uirtuti ingen/

Dolor Amurathis ob cę/dẽ Bassę/ suorúmq; & eiꝰ idignatio ad uersus Scãderbegum.

tiora præmia proposita ficta quadã rei indignitate/ac doloris impatientia princi/
pum suorꝫ fidem appellans iterato sæpius sermone clamabat/bene nunc actũ secũ
atqꝫ cũ Ottomano impio dicebat Amurathes/maximo se onere domestica fraude
atqꝫ insidiis liberatũ/aliã fortasse uim ueneni/ aliud pnicioſũ icẽdiũ futurꝫ fuisse si
ea pestis intra parietes suos diutius coaluisset/Illud se tantũ dolere/De eo arbitris
diis pariter/atqꝫ hominibus cõqueri/neqꝫ unq̃ id sceleris inultũ fore pati posse qd̃
in hungaria ab illo præter ius omne/fasqꝫ nefario cõsilio hostibus uictoriã traditã
audiebat. Si.n.aliqua suberat contra eum ulciscendi ratio/& iusti doloris species/
quod paternũ eius regnum possideret/Quid exercitus meruerat ꝑ omnẽ fœditatẽ
crudelitatẽmqꝫ uelut uictima hosti oblatus? Quid innoxius suorũ sanguis? Quid
scriba tandem innoxius qui neqꝫ ipse impias manus effugere potuit. His sermoni
bus Ottomanus incitatos per se barbarorꝫ animos magis accendebat/sed attulere
maiora/ac maxima quæqꝫ additamenta ad eũ dolorem alii/atqꝫ alii ex Epiro nũ/
cii captã Croiã à Scanderbego/capta eodẽ tenore cętera oppida/cęsa pręsidia di/
centes/ac regnũ auitũ eius omne in illius potestatẽ miro totius gentis fauore re/
dactũ. Cæterꝫ cum hæc Ottomani animũ summe mouerent/ omissa tamen aliarꝫ
ferẽ omniũ rerꝫ cura in ungarũ bellũ mentẽ conuertit/Id unũ certamen singu/
lis propositũ uidebatur/Id omniũ consilia/atqꝫ desideria singulorꝫ/& publica uota
exposcebant uarię purpuratorꝫ sententię ęgrũ senis animũ hincinde distrahebãt/
Nõnulli qui nihil periculi putabant donec penitus debellatũ non uiderent/tendẽ/
dum omnibus Copiis aduersus hungaros censebant neqꝫ pro parte uictoribus to/
tius belli euentũ/atq. triumphum per summã ignauiã/& secordiã cedendũ / præ/
sertim/quod & idipsum sine domestica proditione/ac perfidia factum non fuerit/
Aliud præterea esse Bassam cum.xx.antesignorꝫ milibus/aliud totius Ottomanũ
robur exercitus/& florẽ Europę Asiaéqꝫ ac insuetã uinci regiã cohortẽ expectare/
Quibus alia mens erat ab his/& maiorẽ ruinã uerebãtur/quãtũ illi propter Scã/
derbegi perfidiã Bassę fortunã excusabant/tantũ onerabãt isti propter paucitatẽ
hostiũ/quod Hunniadem cũ minoribus dimidio copiis/q̃ suis rẽ tantũ uel incruẽ
tum peregisse dicerent. In eo quod illi regia signa/ & magnitudinem copiarꝫ ad
Bassam referentes extollebant/adducebant hi Vladislaum cũ totius Hungariæ/ac
Pollonię nomine/iuxtáqꝫ italorꝫ auxilia cũ Iuliano romanorꝫ legato/ac germanorꝫ
arma/qui oẽs adhuc nulla belli eius auspicia suscepissent/sed cupidissime pugnãdi
copiã expectarent/ Despotis præterea satis fauorabilẽ causam nunq̃ deserturos
christianos donec illũ auitũ reponant in regnum Scanderbegũ demũ nouũ hostẽ
exortũ cõtemni nõ debere/nosse oẽs/quo uir ĩgenio qua fortuna qua rerꝫ bellicarꝫ
peritia esset. Iam tpis momento paternũ imperiũ omne deleto hostiũ nomine sine
matris (ut aiunt) dolore uendicasse/Quid deinceps firmatis impii rebus/& conci/
liatis populorꝫ animis facturꝫ? Excitaturũ ꝑfecto ad arma quoscũnqꝫ christianos
principes/& non labori/non periculis/nõ uigiliis ullis parsurꝫ/ut aliqd cotidie de
impio eius abradat/stultũ fore inter tot hostes à tergo a fronte à lateribus/iter tot
arma/euentũ aliquẽ nisi infælicẽ expectare. Satius esse sũmittere semel aios for/

Variæ apud Ottomanũ snię sup bel/lo cũ hunga/ris renouãdo

tunę ne ſæpius ſũmittantur/& aliã corporis partẽ detegere/ut aliam magis iniurie obnoxiam tegas/tpe magis geri bella/q̃ armis/Haud grauate reſtituendã Myſſiã Deſpoti/ut à tot incõmodis bellorꝫ aliquantulũ reſpiretur/Sed quid reſtituendã? mutuandã potius auferri.n.quoquo tpe uel facilius q̃ data ſit poſſe/Mouere hæc multũ ad ea iampridem inclinatum ſenẽ tamẽ ne tam facile ad eam ſniam prorũ pens timoris indicium aliquod præſeferent multis hinc inde de induſtria dictis quaſi inuitus ad id applicare uiſus eſt animũ.Quare decreta legatio ad hungaros/ & oblata Mÿſſia chriſtianis/ac induciæ belli in.x.annos petitæ.Hunniades q tũc maxime ęgrotantibus cęteris oĩa tum belli/tum pacis munia obibat/uidens inuti les copias ſuas ad arma oblatas cõditiões á turcis nec recuſauit/nec diſtulit.Quidã tamẽ dicũt purpuratũ illũ Tÿrãni/quẽ diximus eo pręlio à Iãco captũ ad.xxxx. milia aureorꝫ quę pro ſe redimendo promiſerat admonuiſſe eũ/ut Mÿſſiã peteret ab Ottomano /nihil.n.negaturꝫ propter Baſſe fortunã/pręſertim quod & in appa ratu ipſo belli id ipſum ſuis ſe conceſſurꝫ diceret.Et ita factũ/atq; prius ab Hũnia de miſſos legatos ea cuncta/ut retulimus tranſegiſſe.Sed ferunt Amurathem ubi poſtea de noſtrorꝫ ęgrotatione audiuit/multũ indoluiſſe/& defleuiſſe quaſi apertis lachrÿmis tam certã uictoriã propter inanẽ timorẽ è manibus elapſam ſibi. Ab Epiro nihil amplius p eos dies auditũ/niſi excurſiones quędã/& ludificationes mi litares ad fines impii/Itaq; tÿrãnus tum propter incõmoditatẽ hyemis/ Tũ quod nõ ſatis hungaricę pacis fidẽ ad animũ tranſmiſerat/quos adhuc audiebat ſtantes in armis/donec impium recepiſſet Georgius/ex tpe capturus conſiliũ Epiroticas res diſtulit/Iam feſſus ſumme equidem tot cauſas cotidie/tot rationes excogitare/ allegare/Quę noua ſubinde nectentes impediměta hoſti rerꝫ noſtrarꝫ ſtatũ augeri indies firmari/quieſcere tam fęliciter ſinerent. Nam ea Hÿberna intẽperies ſu/ ſpecta hungarorꝫ fides tum materiã quietis prębuit nobis. Quid poſtea cõſtitutis Mÿſſiæ rebus/abſcedentibus hungaris/Quid bruma fugata tardauit Amurathẽ/ ne aliquod tãdiu coctę ultionis genus in Scanderbegum depromeret/ante.n.idus Iunias nulla belli auſpicia aduerſus eũ ſumpta inuenio/niſi fortaſſe ex hungarica clade fractũ animis ſenẽ magis ociũ ſuũ/quã Epiri iacturã/& oẽs iniurias à Scã/ derbego acceptas ęſtimaſſe dicamus.Relicto Moſe Caſtriotus Croiã rediit.Ibiq. immunis à bellico labore(tps.n.prohibebat)in ciuiliũ rerꝫ procuratione/& cõpo/ nendo priuatorꝫ ſtatu hÿemẽ traduxit/ſed non totã/nã in propinquo ueris acce/ pto Ameſa/& paucis equitibus ad cõquirendũ militẽ profectus cõfecto exercitu. Sex militũ hominũ Sfetigradũ petiit/Quid faciat.Sicut difficultatẽ locus/ita pti naciã hoſtiũ animi nõ mutauerant/nõ minę nõ lenia uerba proderant/tormẽta nõ aderãt/quę ſi affuiſſent aliqd fortaſſe ad terrorẽ/ ualuiſſent modicũ certe ad urbẽ potiundã.Experiri uero fortunã cũ tam aperto ſuorꝫ diſcrimine/& certa quaſi mi litũ pernicie temerariũ uiſum eſt.Proinde & quę melior/ & pluriũ erat, ſententiã ſecutus/intermiſſa aliquãtiſper cura ſſetigradenſi/in alia loca ĩperiũ ampliaturus intulit ſigna/primũ tũ qcqd frugiferi circa urbẽ fuit/corrupit deuaſtauit/& agrũ omnẽ obſeſſis ademit ac nihil ferẽ prętер nuda męnia reliquit.ferunt tũ ueniſſe

Legatio Meumethis ad inducias ab hungaris ĩ de cẽniũ petendas, qbus ẽt mÿſiam ſine bello offert.

Acceptio cõditionũ pacis ab hungaris.

Purpuratus tyrãni q apd pãnones captiuus erat quadraginta milib⁹ aureorũ redimit.

Caſtriotus ĩmunis a bellorũ turbine hÿemẽ pené totã trãſegit.

Epirẽſis reiecta Sfetigradi oppugnatione, ad alia tÿrãni loca ſibi uendicãda ꝓfect⁹ terminos ipii ſui latius q̃ pri ci⁹ hũit ãpliaui.

occulte ad eũ colonos quosdã loci, eos præsertim, qui in suburbiis morabant ro/ gassaéq; antiquorũ officiorũ memoriã recolentes quæ in Ioãnem patrẽ olim cõtu/ lissent/ne se quoque/eo pacto nihil tale meritos euerteret/parcerétq; uastationibus eius agri/quãdo inde uerius illis/q̃ hostibus aufererentur alimenta/Non deesse tẽ/ pus/nõ defuturã uiã meliorẽ/qua sũmi ultio de prẽsidio tyrãni/& extorqueri è ma nibus eius ille locus posset/se captaturos occasionẽ/futuróq; maxie adiutores eius rei/si quid usq̃ affulsisset spei audita hæc libenter Castrioto & credita etiam sunt. Quid.n.dubitaret tum de christiãis hoibus tum de paternis olim subditis? Quare sublatis signis eã sceuitiã alio trãstulit/Tractus.n.qdã eius regionis erat pulcherri mus habitãtiũ multitudine refectus & frequentibus ihitatus uicis Mocrea Accolę appellant/triballos uersus/Huc cũ exercitu proficiscens impii sui terminos latius extendit/ampliauitq; q̃ Ioãnes pater possedisset/Hostes nullibi inuenti/nam turcę aut iampridem sublati fuerant/aut aufugerant/Incolę & reliqui Epirotici generis mox abiecta Amurathis memoria nouũ ducem/& nota olim signa/ aquilásq; (nã rubea uexilla nigris/& bicipitibus distincta aquilis (id gẽtis insigne erat) gerebat Scanderbegus) uel non inuitati sequebantur. Tum ex iis in alia/& alia loca nunc mitis/nunc terribilis irrumpens cotidie aliqd impio suo addebat/ordinabat semp aliqd per prouinciam disponebat prẽsidia/custodias collocabat. Reuisebat crebro Croiam/ac cętera loca/oppidáq;. Nunc hac/nunc illac oberrabat sedulus/plustra/ bat/cõtemplabatur. singula/montes/colles/syluas/saltus/ualles/& latebras/quasq; quo pacto minima suorũ iactura olim cũ tanto hoste belligeraret/quod supererat tpis omne ex cursionibus assiduis/et deuastationibus hostilis agri impendebatur/ Nollebat.n.milites suos otio marcessere/afferens semp in mediũ id fabii maximi/ negantis utile esse loco uno sedere exercitũ. itineribus, & mutatione locorũ nobi/ liorẽ/ac salubriorẽ esse/Latuerunt nõ diu hæc Amurathẽ iam alii/atq; alii ab Al/ chria/& reliqua Macedonia nuntii uestibula eius replebant, dirrepta oia/ & defor mata clamantes nihil usq̃ præter mortẽ/& seruitutẽ conspici, nõ contentũ paterni imperii recuperationẽ Epirensem tota die infestis agminibus cęteros regios colo/ nos infestare/agros dirripere/& multarũ iam rerũ possessionẽ adeptũ, nihilq; indies desolita ferotia sceuitiaq; remittere/Dibrã utrãq; iampridem uoluntarias se impio eius addixisse cesis ꝓpria manu turcharũ prẽsidiis/aut uinctis nouo duci traditis, Hæc loca olim Ioãni patri subiecta fuere/tñ (ut iam dictũ est) ab Amurathe op/ pressus pacẽ ab eo petitã tulisset/una cũ filiis obsidibus Dibras quoq; ei pactis cõ ditionibus tradidit/Sfetigradũ inde dicebant iam propiorem ut caperetur fore/ Quum in Dibra inferiore positũ omnibus undiq; ab hoste possessus/nihil reliquũ habeat ad belli subsidia/uel alimenta uirorũ. Mocreas descisse/& plęraq. alia loca/ que nunq̃ Castriotę gẽtis impium sensisset/aut incolarũ rebellione/aut timore/aut longis coacta malis iugum eius subiisse/pepulerunt hęc nedum ira sed necessitate potius quadã tyrãnũ ad arma/quare celerrime/& cõsultationibus habitis/& lato decreto delectũ ingẽtẽ fieri iussit/quo sine ancipiti certamine/& integro exercitu suo Scanderbegi nomẽ pœnitus deleret/Epiriq; defectionẽ/& tot ab eo illatas in/

Attẽ. q̃ erant uexilla/ & in signia Castri otę gentis & familię.

Attẽ. ubi sse tigradi ciui/ tas sit posita.

Attẽ. graues subditorũ ty/ rãni querelas de Scander/ bego apud eundem.

iurias ulciſceretur / ille ne dum obſcuris nunciis (ut non deſunt quotidie in tanto motu rerꝝ) ſed a certis hominibus/& amicis quorꝝ plures adhuc illi iampridē cōciliati apud Amurathē erant/quos mutata fortuna mutare non potuerat/certior de ſingulis factus ſicut ad picula capeſſenda multū præbuerat audaciæ, ita etiā inter ipſa pericula plurimū conſilii adhibuit/cogitans.n.quantā rem aio cōcepiſſet/quē ue ſuſcepiſſet humeris pondus/& ueritus nō ſatis idoneas ſuas uires ad tot cotidie renouanda/& perferenda fore bella/quę iam iam in uiſceribus Epiri ſe uiſurꝝ non falſus uates ominabatur/externa quęrere auxilia ſtatuit/quo & ſecurius rebus cōſuleret ſuis/& iminentis impetū proceller multis adiuuātibus propulſaret/Primū igitur omniū ineundā ſocietatem/& genus aliquod perpetui fæderis cum uicinis principibus reguliſq. tā Epirotici/q̄ Illyrici generis decreuit / difficilē certe rē aggreſſus cū natura ad diſſentiendū q̄ ad conueniendū aptiores ſint homines/facillimā uero expertus, ut mox aperuit euentus/& omnis deinde rerꝝ tenor declarauit/ Id autē uel priuate cū ſingulis p litteras/uel nuncios/uel per ſe ipſum cōmode agi nō poterat/Pulcherrimū uiſum eſt/ut cōmune cōciliū in aliqua Epiri parte oibus indiceretur/ubi & pręſens uirorꝝ aſpectus/& in mediū collatæ ſententiæ expeditius conſultiuſq. quid utile eſſet/quid honeſtum inuenirent/in electione quoq; ipſa loci pari prudentia/& moderatione uſus/eſt non.n.uel Croiā inuitati fuere principes/ne magis proprię q̄ alienę dignitatis rationē habuiſſet uideret, & ſuſpitionis etiā aliqua ſubeſſet cā/uel Apolloniā/Daynū/Xabiacū/aut aliq d'Epirotici, nominis oppidū/ne aut inuidię foret/aut aliqua tergiuerſationis cęteris cā/cum uel moleſte quidē in aliena traherentur loca/uel (nō indigniora ſua/aut etiā magis digna exiſtimantes cur/eſt/hominū genus ſua prę cęteris extolentiū) ad aliena accedere loca dedignarent/Lyſſum oppidū erat/Aleſſiū cōiore uocabulo dicimus/duobus & uiginti paulo plus milibus paſſuum a Croia diſtans/inter eā/& Scodrā urbem ſitū nō ineptus ad id negociū uiſus/eſt/locus cū ob cōmoditatē ſui/tū ob Venetorꝝ gratiſſimū ęque omnibus/ac accepiſſimū impiū/illorꝝ.n.ditionis id erat oppidū/ Miſſi igitur undiq; qui inuitarent uiros/& locū/diemq; conuenturis prædicerent/ Nemo ſelectorꝝ tardatus/eſt/nemo quippiā cauſatus/nullū publicū/nullū domeſticū (ut fit) impedimentū quēpiā tenuit/cōtentione quadā oēs/& promptiſſimis aduolarunt ais/ſatis efficax id fuit ſignū quales ſe ad reliquos deinceps belli uſus prętaturi eſſent/hunc cōcedant aliquantulū mihi legentiū animi/cōcedat hiſtorię grauitas euagariq. paululū ſinat/quippe cum nimis curioſe fortaſſe uelut in albo quodā referre illorꝝ nomina ſtatuerim/qui id conciliū tunc præſentia ſua ſed longe magis Epiri dignitatē honeſtarunt/ut doleant poſteri/& mirentur tam ſubitam Epiroticę rei calamitatē/& ſordes nras ex illarꝝ rerꝝ imagine cōmonefacti/licet nihil forſam ab re/uel factū uel dictū uideri debeat/quod patrię quod tuis pia rōne/ & officioſe impendas/Verꝝ priuſq; eorꝝ referā noia qui ad conciliū conuenere non incōgruū mihi uiſum/eſt/hoc in loco recēſere/remq. à pleriſq; exoptatā/ueluti ſub oculis ponere/unde.ſ.origo Epiroticę ſeu Albanę gētis exordiū habuerit, Epirotę/ qui & Albani appellati ſūt/ex Albanis priſcis/& nobilibus olim Italię populis/qui

Attē.quorū/ & a quibus Scanderbeg arma & auxilia ſibi implorauerit, ppter bellū i Amurathē ſuſceptum.

Attē.quo in loco Scāderbeg generale cōcilium cōgregauit.

Origo & nomē Albanæ/ ſeu epiroticę gētis noia ducū/ principū & reguloꝝ/q ad cōciliū cōuenerunt / & exordiū Drinonis flumis

Colchidis/etiã portionẽ incoluerũt quãdã originẽ traxisse dicuntur/à quibus ser/
monem Albanũ/seu Epiroticũ fluxisse(ut mea fert opinio) nõ male fortasse quis
dixerit/quum ibi sex & decẽ linguas uigere Strabo referat/de eorꝝ quoq; origine
cum Pius Pontifex diuini humaniq; iurisperitissimus/ tum nõnulli recentiorꝝ/qui
Trogum Pompeiũ sunt secuti eadẽ fere senserunt/Trogus.n.Pompeius Albanorꝝ
originẽ Italicã esse dicit/ Asserens Albanos Herculẽ ex Italia abscedentẽ secutos
fuisse/Cum is Gerionis Armenta in Italiã deducta in Albano monte pascui fertili
tate Pellectus aliq̃tisper habuisset/ab his igitur Albani orti sunt/quorꝝ pars hodie
in Peloponeso, pars in Macedonia/siue Albania/& Epiro sedet/horꝝ aũt princeps/
est/Georgius Scanderbegi magnanimus/& inuictus Princeps/qui multa ꝑ ætatẽ
nostrã aduersus Turcas pro Christi nomine prœlia gessit/qui ętatẽ penè omnẽ in
armis pro fide catholica pugnando cõsumpsit/qui multos/& magnos turcarꝝ exer
citus parua etiã manu bello uicit/atq; deleuit/cuius cõspectum nunq̃ ferre turcarꝝ
acies potuere/qui Solus quodãmodo regionẽ illã in euangelica Christi fide cõti/
nuit/sed nunc ad ꝓpositũ nostra recurrat oratio/Ariãnites Thopia Golemus, siue
Latiniore uocabulo cõmmatus/magni uir nominis/& auctoritatis/tũ ꝓpter longã
generis nobilitatẽ/tũ ob maximã rerꝝ bellicarꝝ peritiã/& dignitatẽ præcipuã oris/
uultusq; quod non ultimo loco spectat uulgus/insigni equitũ peditũmq; comitatu
conuolans cęteros oẽs pręuenit/hic oppressus olim ab Amurathe tributum ab illo
imperatũ nõ negauit/sed nunc oblata occasione/erectus aio cõcepta iampridẽ in
Turcas odia/& seruatos gloriose spũs egregie deprõpsit, nemoq́. ardentius se aut
pro libertate pepigit/aut in caput illorꝝ iurauit/neq́. modus deerat ad eam animi
cupiditatẽ explendã/& sat idoneę eius uires cũ aliis iunctæ ad reformandã fortu/
nã Epiri uidebantur/quę solę aliq̃do integra tyrãni bella sustinuissent/nã à flumie
Aoo/siue Aeante/licet ei incolę aliud superindiderint nomẽ/Vauissam appellãtes
ad sinũ usq; Ambratiũ ferè per oẽm maritimã Epiroticæ regionis orã impiũ eius
extẽdebatur/hic/est/ille Ariãnites/qui apud Macedones/& Epirotas cognomẽto
magnus/& dictus/& habitus/est/Nã magna profecto/& præclara in Turcas pro
Christi fide/& euangelio gessit/uarias/ac ingentes de eis clades/stragésq; edidit/&
quoad uixit semp insecutus/est/In Meumethẽ eorꝝ principem in Epirꝝ irruentem
irruit/quẽ fędauit/atq; aflixit/Nã eius castra aggressus signis regiis uexillis/ atq;
tabernaculo ablato priuauit/illumq́. é prouincia/& regione summo cũ dedecore/
clade/& ignominia abscedere cõpulit/secutus/est/eũ Andreas Thopia clarus uir
genere/factisq;/nec minus ętate uerendus cũ duobus filiis Comino/& Musachio/
Tanusioq́. nepote/quorꝝ maiores fundatores Croię/& Petrellę fuisse diximus/horꝝ
quoq; non pęnitende uires/& sat amplũ imperiũ in Epiro inter tyrãnam minorẽ/
& Epidamnũ fuit/tñ pręter eorꝝ locorꝝ dominiũ/quę abolitis penitus antiquis no/
minibus Scuria/Musachiema/Cherabi/Farca uocant Accolæ/Cimeræ Vlixeę,
impio noti erant Principes/Montanus is/est/locus Corcyræ oppositus/Indomita
gẽs habitat feroxq́./ne bellicosa dicã/Cimerotas uulgo dicimus/nullius rei/artisúe
auxilio pręterq̃ naturę/& locorꝝ muniméto tuti/insolentiã, Turcarꝝ post subactam

Epirum/mortuo Scanderbego ſemp fęliciter cõtempſere/& egregia quadã liber/
tate naturæ ignari alieni impii uſq; ad hæc tpa uixere/nunc (ut audio) ultro acce
ſitis ex Appulia Hiſpanoꝝ præſidiis ſigniſq;/& ducẽ norunt/& policioré formulã
uiuendi accepere/Inter eos/& Georgius ſtreſius nepos uenit/Balſę filius/Ioãnes/&
Boicus fratres domũ relicti nundũ ętatis gratia/uel ad cõſultãdũ/uel belligeran/
dum idonei/horum ſedes intra Croiam/& Lyſſum tam amplæ q̃ amenæ erant/ex
Muſachiis quoq; plures affuere/id nomẽ/eſt genti/his ſicut idem uoluntatis idem
etiã habitus animoꝝ erat cũ Scanderbego/ita neq; imperium ab illo ulla ex parte
ſeperatum/diſtinctúmue habebant/quin etiã Magnanimi pręſto fuere principes
Nicolaus/& Paulus ducaginus/ſpectati armis ambo/ſed eximio quodã præ cæte
ris relligionis cultu notior Paulus/qui agrũ ultra Drinũ flumẽ/Xadrimã ſupioré
appellant Epirotæ uſque in ſuperioré mÿſſam poſſidebant/regionẽ amplã/& fru
gibus fecundã/fontibuſq; ac riuulis ſaluberrimis irriguã/ & ferociſſimis inhabita
tam uiris/ibi multa uetuſtatis ueſtigia uiſuntur oppida ędificia tẽpláq; notiſſima
dei proſtrata/nunc undiq; & dirruta ante oculos iacent multa qn etiã eo in tractu
marmorea uiſuntur monumenta in quibus plæraq; romanoꝝ & alioꝝ impatorũ
nomina licet intueri/inter hæc & ueſtigia quædã, quibus ſatis percipitur Paulum
apoſtolũ ibidẽ fidẽ chriſti populis annunciaſſe. Acceſſit/& Lucas Zacharias, quo
nemo unq̃ impenſius/eodem fidei & beniuolentiæ tenore/ Scanderbegi partes eſt
ſecutus/hic licet latiori dignus impio/tñ ſatis amplã Xadrimæ partẽ ſupioris, nec
nõ Dayni oppidũ à maioribus ſuis & cõditum/& per manus ſibi traditũ tenebat/
Puſilla ciuitas eſt in edito monte/prout oẽs ferè urbes Epiri/ſita/Agrum tñ habet
campeſtrẽ uberẽ ſaluberrimúmq;/uenationibus/apiũ/ac omni frugum/& arboꝝ
genere refertũ/Amœniſſimus amnis Drino à parte/qua occidẽtẽ ſpectat/cã alluit
quę ita cõtentione quadã ueteres celebrarunt ſcriptores/ut uix loci quippiam ad
dicendũ relictũ uideatur poſteris/tñ qa multa ad hunc uſque diem ex ueteri reꝝ
facie (ut fit) imutata ſunt/non malũ erit fortaſſe/ſi ipſe aliquid etiã hodie dixero/
Epirum à Dalmatia/atq; Illyrico/ut nõnulli uoluere diſterminat amnis Drino &
haud multũ Eridano magnitudine inferior exordium ſũmit à Macedonicis popu
lis ſeptẽtrionali plaga/Lÿſſiq; urbem celeri curſu pręterfluens in ſinu rizico iuxta
Acrolÿſſum mari Adriatico ſeſe imiſcet ubi & inſulã facit, cuius ambitus ſeptem
milia paſſuũ complet/hac tempeſtate Lÿſſi nomẽ retinens/eo quod ueteri oppido
quod in ulteriori fluminis ripa poſitũ erat/á turcis incenſo multitudo illuc confu/
giens domicilium perpetuũ ſibi tãquã tutiore loco fixit/ & nomen ipſum urbis ad
inſulam tranſtulit. Aderat præterea tam felix pater/q̃ fortunatus princeps Petrus
Hiſpanus cũ Alexio/Boſdario/Vruoo/& Mirco filiis feré inter ſe ęqualibus & pa
ri figura corpoꝝ/ac indole aĩoꝝ q̃ ſimiles Leccaſq. deinceps duſmanus cũ Petro/
& alii reguli uicini, quibus Peones/Pelagonéſq; ſuperiores uſq; in Mÿſſiã Sardo/
nici/& oppidula quędã/ac loca circa Driuaſtum/& Baleſium parebant/Progredie
batur nõ longe poſt hos Stephanus Zernouichius cũ Georgio/& Ioãne filiis tãto
patre nihil indignis, qui in Illirico/ſiue Liburnia ad ripas lacus Xabiacũ/& falco/

nem munitissima oppida cũ agro latissimo possidebat/nõ defuere Christianissimi & inuictissimi principes Veneti, quorũ tunc impio ut de Scodra mea taceã)ple/ráq; haud ignobilia oppida/& nõ minima Epiri pars poterat gloriari/Traxit po/stremo ea cõsultatio alios principes iuuẽtutis/qui tum propria/tum cõmuni causa operã suam contra turcas pro publica salute/& dignitate fortissime sunt polliciti/ Nunc ad Scanderbegi orationẽ me conuerto/qui postq̃ omnes/qui ad concilium euocati, in templo maiori in unum congregati sunt sic orsus est.

Adhortatio Scãderbegi ad uniuersũ conciliũ pro tuẽda ortho/doxa fide.

VTINAM Patres/& Principes optimi aliquis sit credẽdi finis Christianis no stris/& Ottomanę nos fidei satietas tãdem aliqua teneat imo pfidia plusq̃ punica palám fiat. Neq; enim ego hodie quietũ patrię statum inuisus fortasse noui belli auctor turbarẽ, & uos ad hasce belli incõmoditates/& maximarũ rerũ pericula solli citarẽ/nisi Ioãnes Castriotus pater ille meus princeps alioqui prudentissimus tm̃ olim pfido huic Amurathi fidei habuisset/dum funestę pacis prętextu/uelut certa pignora obsides ab eo filios nõ difficilius q̃ petierat, impetrasset / sed qd de parẽte meo diutius cõqueror? Cõis est hic error. Cõe fatũ omniũ christianorũ principũ/ quid de Gręco dicã/quid de mysorũ & aliorũ deinceps christianorũ impio. Omnes profecto nimia ista credendi facilitas pdidit/nihilq; iam illis a perfido Ottomano relictũ est/nisi ut tm̃ eos pęnitere possit/quare nihil est Patr. Con. Quod uobis in hac parte orationis a me dici possit/quũ satis alieno malo utili exẽplo edocti esse debueritis/dum tamẽ hęc cõqueror, & Ottomanas ipse fraudes mecũ diligentius repeto, & ante oculos pono paritérq; uos intueor/prudentiã ęque/& concordiam specto/illud me maxime cõfirmat/& bono iubet esse aio/quod uix ullã ab eo gẽtẽ/ prętereq̃ dolis/& insidiis subactam/uel sua ipsa credulitate/& domesticis euersam simultatibus cerno/Age tm̃ dicat qspiã/multa quoq; ab Ottomano uirtute parta/ innumeras prouincias plura hac ętate impia armis eius sub iugo missa / numeret longos triumphos/irrupit ferox in Asiam/percurrit nõ semel Gręciam/Mysiámq; incruentus toties penetrauit/ sic ne igitur indomitã Albaniã inuictã Epirũ iniurię illius opportunã putauerimus? ubi tot duces/tot principes inuictissimi/tot bellico sissimi populi uná cõcordes uigent in armis, quãti enim faciant barbari, uirtutiq; uestrę tribuant huiusce rei certissimũ ipse testimoniũ afferre possum, qui cũ illis domi/militięq̃ plures annos traduxi/inuiti/coactiq; cõtra uos bellandi necessitatẽ omnẽ subeũt/inuitus uero/atq̃ timidus animus qd boni/quid magni gerere possit dicat mihi strenuus/atq̃ optimus miles. Sed dum me cupiditas ista dicẽdi/& iusti doloris causa longius protrahit/nõ defuturos multos fateor/qui doleãt/q; se tãdiu paci licet nõ omnino honestę assuetos/nunc ad hęc belli incõmoda euocẽ, dicántq; quẽcũnq; euẽtũ paret fortuna, nihil tamẽ posse sine cruore suo expediri. Dolebũt identidẽ matres/filios in belli discrimina missurę/conquerentur uxores de uirorũ salute sollicitæ, & orbitatẽ sibi timẽtes paruuli domi relicti liberi. Appellabunt me omnes fortasse crudelem/& detestabuntur (quod ominari horret animus) nouum belli periculorũ/& sanguinis auctorẽ/q̃q̃ libertatis potius (Absit uerbo temeritas) assertorem me/& conciliatorẽ uocare deberent. Vix suppetit oratio mihi ad eam

legitimã/& iustam defensionẽ/auertat hoc tamen deus optimus maximus/nõ est/ ita publici boni oblitus animus/ut unus tot uestras undiq; querelas audire/tot cõ/ munia oium mala unus uidere possim,quin si mei aliquẽ cõsilii pœnitet P.C.neq. é rep.& ex omnium dignitate hæc belli capiendi a me ostensa occasio uidetur, & Croiam sum Amurathi(si ita cõducibilius uidetur uobis)& hasce omnes infelicis regni relliquias mox restituturus,priuatóq; periculo saluti prospecturus meę po/ tiusq; regnaturus publico uestrum.Illud unũ tantũ subditi mihi populi/& innoxii ciuiũ sanguinis uicẽ doleo,quos sine duce/sine tutore uelut uictimas hosti offerri nõ patitur animus haud immemor fidei illius/quã nup in me sibi restituẽdo omni ętati testatã reliquerunt.Sed quid per deos imortales(ut uobiscum iam liberius loquar). An igitur æquum erat ciuem uestrũ a patria semp extorem in seruitute apud Amurathem inter tot pericula indãnata religione degere,potiusq; in Epiro in natali solo apud Christianos apud uos quicquid ętatis erat reliquũ exoluere de buisse? An in Epiro pręterea esse,& Auorũ sedes,paternũ impiũ/sepulchra/tẽpla/ Deos ipsos in barbarorũ potestate p omnẽ fęditatẽ/& ignominiã aspicere diutius potuisse? Quid de Croia demum(ut nulla sit patriæ pietas)an urbs tam munita/ tam opibus clara ualidissimáq; ĩ hostiũ manu relinquẽda fuit. Cor Albani impii/ & una ad oẽs bellorũ & pacis cõmoditates à maioribus nostris cõdita/negare istud qdẽ ni nimis ipse blandior mihi)uix potestis.Prẽs Iustissimi/mitius tñ cũ Amu/ rathe agi potuisse quispiã uestrũ dixerit/nõ ita irritãdũ barbarũ/nõ per tot scelera uel patriã recuperandã fuisse,si modo scęlus id potius/q̃ necessaria uitæ defensio appellanda sit,quę nõ homini solũ iure gẽtiũ,uerũ brutis aĩalibus lege ipsa naturę est cõcessa/si tñ scelus hoc appellamus/qd de tot eius in me odiis/tot simultatibus dicendũ erit? Quid de insidiis illis? Quę nõ solũ uobis/sed uniuerso fermé terrarũ orbi uulgatę/uel cruẽtissimo hosti aliqd potuissent lachrymarũ elicere/quid demũ de miserabili fratrũ meorũ cęde? Quos oẽs eodẽ fermé tpis momẽto apud eũ fu/ nesto fato absumptos his oculis uidi/Parũ ne hoc igit? (Proh dolor)me me ad hũc usq; diẽ imbutas sauguine meorũ manus aspicere potuisse/& apud homicidã ĩpiũ tam certo uitę periculo oẽs fermé dulcioris ętatis annos transegisse? Sed qd in his immoror? Ostẽdet propé diem oĩa an probe,an improbe facta,euentus belli iu/ stus iudex/unũ illud polliceri ausim oĩbus/uos militẽ me uel ducẽ inuicta patien/ tia ad oẽs labores subeundos,ad quaéq; obeunda pericula habituros/nõ dies/non noctes nõ aliquo tpe uestrę pariter/& Christianę rei sum defuturus,& q̃uis animi hanc mei cupiditatẽ uirtus/& rerum gerendarũ gloria ęquare non poterit/ęquabit certe diligentia/& fides singularis longéq; superabit/tamẽ non pœnitendũ saltem in eo consiliũ nostrũ esse poterit/nam quum hostis ingenium/artes/dolos/moresq. deinceps oẽs(quod maximũ censeri solet in rebus bellicis)tam diutino uitæ usu optime norim,nihil incaute sum/nihil temere/nihil nõ cõsiderate acturus/ni fatũ aliqd urgeat/quod nulla uis humana uincere põt.Cur autẽ hęc leuia cõmemoro? Quum maiora/uel maxima plané oĩa belli huiusce fomenta deus uobis optimus dederit.Habetis habetis uobiscũ senatũ/populúmq; Venetũ unicũ Xpianæ fidei

columen/terra/maríq; hac ętate longe potentiſſimũ, & qui cũ omni hominũ me/
moria triũphos ſuos cõparare, & de uniuerſo laudis genere certare queat/habetis
hoſce principes eius reipu. nõ minimã partẽ, qui tũ ſua/tum patrũ uoluntate/atq.
decreto nobis oia, quid nobis? Chriſtianę certe reipu. pollicentur/iuſtiſſimũ bellũ
nõ recuſant, grauibus & ipſi à perfido barbaro iniuriis laceſſiti. Timẽdũ ne quicq̃
eſt his ducibus/his auctoribus? Quid amplius/quęſo Albani principes à diis ĩmor
talibus petere poteſtis? Pudeat iam nos (Si diis placet) fortunę noſtræ/turpe tum
nobis/tum Veneto nomini turpiſſimũ eos diutius (ita me mala noſtra dicere co/
gunt) dominos ferre, quos patrũ noſtrorũ memoria infamis ille Scythię uicus uix
ſeruos perferre poterat, quibus nihil cõtemptius fuit/& latrociniis tantũ/ac rapto
uiuere aſſueti eó creuerũt hodie, ut extrema quaéq; nomini xp̃iano audeant mini
tari/dies me deficeret/ſi oia enumerare uellẽ/pudet hoſtis humilitatẽ referre, cum
quo bellũ gerendũ ſit uobis. Agite dum igitur principes/patriam/uxores/liberos/
fortunáſq; ueſtras p ſummã gloriã uobis uẽdicate/defendite/& ad uerã libertatis
tranquillitatẽ reuocate. Ecquid ſentitis/in quanto cõtemptu uiuatis? Qui libertati
idẽ/& uobis finis ſit/Si tamen tolerabilis uidet fortuna ueſtra/ſumite p me arma
iuſtiſſima/nõ Albano/nõ principis filio/non cõſanguineo ueſtro/ſed Xp̃iano, ſed
tranſfuga. Non loquor apud recuſantes iuſta bella principes/defendite eũ, quem
Ioãnes Caſtriotus princeps ille de uobis non male meritus fidei/uirtutiq; ueſtræ ſi
poſſet cõmendaret/Sed ſi adhuc nihil uos mouet fortuna mea, & uel ignominioſã
pacẽ huic bello pręponitis/ad gẽtis ipſe meę/populorũ/& ciuiũ fidẽ cõfugiã/quã/
cunq. dederit ſortẽ fortuna uná cũ illis ęquo aĩo ſubiturus/qui tam magno ęque,
ac grato aĩo ſuã ſalutẽ pro mea ſalute deuouerunt. Defenſuri tamẽ (ut arbitror) &
uos eſtis. P. C. Ad qd enim iſtuc cõuocati tanto ardore cõueniſtis niſi ad bellum/
quum nullus alius uobis mei uſus eſſe poſſit/niſi in bello ſit? Cæterũ uideo iam ita
omniũ aĩos concitatos/& in cõcitatis animis hoſtiles ſpiritus. Contemplor ſup̃bos
uultus/ut armatos iam iã aſpicere uidear mihi. Defendetis inq̃ uel inuiti/quũ ſolũ
ab Amurathe oppreſſum auxiliũ ueſtrum implorans audieritis/quũ hoſtẽ impa/
tientẽ/ac uictoria elatũ libertatẽ/atq; impia ueſtra euertentẽ/& rabido/cruentóq;
ore/pollutis/atq. ſacrilegis manibus ad ſanguinẽ ueſtrũ hauriẽdũ proruentẽ uide/
ritis. Nõ expectetis tamẽ (obteſtor) eas rerũ difficultates/non expectetis quouſq.
ſerum forſan iſtud à uobis auxiliũ petatur. Sed nunc nũc uires uiribus/arma ar/
mis cõferentes/uel expectemus q̃primũ erupturũ hoſtẽ/uel in eũ ultro irruamus/
quum cõiunctos uiderit/uel pœnitebit eũ cõſilii ſui/uel ſi ire pget luctuoſam for/
taſſe uincendi cupiditatẽ malo ſuo eſt depoſiturus/timet adhuc forſan quiſpiã ue/
ſtrũ, & in ancipiti ſententia nutat animus/nõ unũ/neq; debilẽ aduerſus nos Amu/
rathẽ exercitũ miſſurũ/ſed & plures & ualidiſſimos/uel ipſum forſan uẽturũ ad eã
iniurię atrocitatẽ ulciſcendã/parẽ autẽ nõ eſſe exercitũ noſtrũ aduerſus eas uires/
fateor iſta omnia quidẽ/& libẽter fateor/magna tamẽ oĩa animus meus præſagit/
ſed uereor ſpõdere quippiã incertis animis/quũ futura in oculto ſint, & oĩs lateat
euentus/quod uero ad humanũ ingeniũ/& conſiliũ attinet, promptũ uobis rerũ

omniũ remediũ oſtendam, quippe quum nihil tam difficile ſit/quod non hominis cõſilio expediri poſſit. Ingenioſa eſt ad ſui tutelam natura/& quicqd iuſte geritur/ fœlices ſortiri ſolet euentus. Sed quid hoc pacto difficultatẽ augeo. Non ne ut de armis taceã) ſitus ipſe locorũ/& Macedoniæ ſuapte natura tutiſſima regio uos ſatis aduerſus quoſq. impetus tutabit, qua nihil ad ꝓpulſandã iniuriã omnẽ aptius/ nihil cõmodius eſſe põt. Nõne præterea loca ſingula/oppidaq. ante hoſtis aduẽtũ muniri poterunt uiris/armis/cõmeatu? Quid ipſe poſtremo cũ exercitu à uobis cõmiſſo intra muros ne/& tectis incluſus eo modo oportunam calamitati prouinciã relinquã? & agrorũ ueſtrorũ dirreptiones/uillarũ incendia, & publica id genus mala ex tuto loco/& alta aliqua turri cũ pueris ueſtris degener aſpiciã? Non patiet qdẽ animus tantæ ignauiẽ ſibi eſſe neſcius/Adero ſemp in hoſtis conſpectu cũ copiis/ cũ militibus meis/& licet nõ iuſto prœlio, & aperta ui impetus eius periculo ultimo tentaturus/Ita tñ utiliori alio militiæ genere/& incruentis fortaſſe legionibus meis Amurathis uires pariter & animos propitiis diis frãgam /ut relictis poſthac omnibus/uaſariiſq. (ut aiunt) abiectis/omnẽ uobis prẽdam ſit relicturus/ niſi maluerit in hoſtili ſolo/& alienis campis exercitũ ſuũ in tantis rerũ omniũ incõmodis conſeneſcere, & obſeſſo/q̃ obſidenti ſimilior eſſe. Vobis nihil quicq̃ defuturum eſt. Ipſe enim ſemp in oculis ueſtris ero/omnia obibo/ſingula peragã, quẽ & ad oppidanorũ/& exercitus mihi traditi uitã nõ ſuſtẽtandã/ſed laute quóq; alendã/facere uidebũtur. Sed cur tñ uobis me oſtẽto hodie? & ſupbas minas iſtas fortia dicta/ ac feroces impetus non hoſti potius ſeruo? Quid item de Amurathe nunc timidis mentibus obloquimur? Nihil eſt q̃ de aduentu eius terreamur/ſatis de hoc ſum ipſe à domeſticis eius tum in recenti illo rerũ mearũ tumultu/tum ꝓximis diebus admonitus/ita barbarorũ quóq; aĩos mihi adhuc cõciliata iampridẽ beniuolentia/ & iuſtior cã ſeruat/ingentẽ tamẽ exercitũ aduerſus nos ſi quo intẽtius fieri poſſit/ parari cotidie/tum fama ipſa/tum omniũ ſermones affirmant/quare tollenda eſt oĩs mora. P.C. Abiiciendẽ iam noſtrẽ iſtẽ conſultationes, quas bellorũ neceſſitates expectare nõ poſſunt/peragenda oĩs prouincia/edictũ proponendũ/percenſenda capita/exercitus impigre ſcribendus/ne quum hoſtis in cõſpectu erit/& tubarum clangor ad milites euocandos auribus obſtrepet/nos tum ſera belli cõſilia quẽramus. Surgite iam igitur Pres Inuictiſſimi/dignos tandẽ iuuantibus diis/uos chriſtiano imperio omni deinceps futurẽ ẽtati oſtendite/gratiarũ tñ à me actiones ꝓ hodierno beneficio armati ſub galeis ante ſigna in ſudore in puluere expectate, tales deniq; habituri/qualia belli prẽſidia dederitis. Poſtq̃ dicendi finẽ Scãderbeg fecit principes oẽs in eũ/ut libertatis/& totius glorię auctorẽ uerſi, ex omni parte uno ore/claráq; uoce ſniam eius cõprobãtes maximis laudibus efferebant/ſinguli itaq. ultro iuribus ſuis/populis/armis ei commiſſis/ac uelut per manus traditis, totiuſq. rei ſũma/ac belli cura demandata/unũ ſibi impatorẽ illũ atq. ducẽ elegerũt. Ad unũ cuncti eos imperii faſces ingẽti fauore/& clamore/ſatis idoneũ rati cuius uel nomine ſolo tãq̃ fulgure quodã oĩs Macedonię angulus aduerſus quóſq; hoſtiũ impetus defendi poſſet. Adhẽc & illa rerũ bellicarũ peritia/ & impatoria cõſi/

Caſtriot⁹ cõſenſu uniuerſi concilii ad expeditionẽ Ottomanicã princeps eligit/illiq; cura oium demãdat/ĩgẽſq. pecũia ex tributis ad eũ uſũ apud ipm cõflata.

lia oia/longus preterea cum barbaris morꝫ/ac uitæ usus/& diutina consuetudine/ experientiáq; iudiciũ firmatum animos omniũ certiore spe uictoriæ accendebãt. Sed & illud post multa promissa/oblationéſq; maximũ fuit/quod Ariãnites surgens primus omniũ/quum multo decore uerborꝫ/& Ioãnis patris imperiũ/& institutũ filii/ac fœlicia tum uirtutis/tum fortunę auspicia laudasset/tributũ annuũ ei insigni/& prompto aio obtulit/quod accepit hucusq; inqens Amurathes dum funestissimis ipse armis ignominiosam pacem prępono/& fędã libertatem q̃ infęlix bellũ malo. Accipe tu approbantibus diis/hominibúsq; macte uirtute uir/accipe hoc nõ ígrati saltẽ/si nõ magnifici animi pignus/quod ꝑ Epirotica/pro mea/libertate/dignitate/impio/liberis/populis tuendis ultro decerno tibi. Licet cõia nõ tibi mecũ esse uelim/milites/arma/equos/& quicqd aliud uel fortuna mihi/uel ꝑtinax uirtus ab impio hoste seruauit. Sed hoc nõ pacis/nõ belli discrimine habito statuimus tibi inuictissime (ut hoc te primus nomine appellem) Albanorꝫ princeps/ac uindex libertatis/tũ alii plures ęmulatione quadã satis ampla tributa pro habitu fortunarꝫ sibi ipsi imperarunt/Andreas cũ Tanusio nepote insigni liberalitate nemini cessit/magna uis pecunię hoc modo ad belli usus inuenta/hinc forte fama diuulgatũ est/Scanderbegi prouentus in Epiro ducenta annua aureorꝫ milia excessisse/nã licet latius imperium/q̃ alius princeps possideret in prouincia/tñ nimis onerosum fuisse subditis fatendũ esset/si eam summã a suis tantũmodo exegerit populis ardentibus quottidie oibus bello/& uiris altera manu (ut sic dicã) Colẽtibus agros/altera ferrũ tenentibus/ni in salinis forsan magnũ huius rei momentũ fuerit/quas longe pulcherrimas habebat/in loco qui Campupescupi dicitur/inter montẽ/& locũ cui selita nomẽ est ex altera parte/ex altera sanctũ Nicolaũ à petra notissima tellus/uel infamis potius senatus olim Romani obsidione/atq. fortuna/ reliqui qbus non ea uis erat/nõ facultas/ut tributorꝫ onera subirent/corpora ipsa, & perpetuã operã uoluntarii spopondere/Venetorꝫ Magnificentia nõ annua tributa cũ cęteris/sed quottidiana fomenta/& ꝑsidia satis & fortunę/& dignitatis suę memor nõ recusauit/quum igitur omni genere laudis atq. officiorꝫ alius aliũ superare cõtendentes hominẽ sibi deuicissent/mox diuinis supplicationibus ad icti robur fœderis/ac tam insignis societatis ornamentũ peractis/pars Croiã cũ ipso petiit/Alii in loca qsq; sua ingenti gaudio/spe ingentiore sunt dilapsi/Moses primus omniũ cũ ꝑsidio de finibus Croiã reuocatus/relicta tãtũ ꝑexigua manu, & ꝑ iuga quædã disposita, quæ custodias ageret uenit, Quinq; paulo plus hominũ milia in eo ꝑsidio erant. Nã ꝓficiscens inde Castriotus ad cõciliũ multos domũ dimiserat/ tũ edictũ impigre ꝓpositũ, & missi plures ex ꝓceribus ad delectũ hñdũ. Sed neq; Amurathes cõcitatis iãpridẽ suorꝫ animis ocia ducebat/Deeratúe ulla ex parte in oibus pagẽdis, quæ ad eã belli materiã tantis odiis/animisq; cõceptã facere uidebant. Coactoq. exercitu. XL. miliũ lectissimorꝫ equitũ Alybassam unũ ex ꝑfectis suis strenuũ/& armis/& cõsilio uirꝫ, ac multis ea ætate apud barbaros bellorꝫ titulis insignẽ ad id muneris ducẽ elegerat/Neq; difficilem futurã uictoriã/tũ copiarꝫ robur/tũ imperatoris uirtus sperare faciebat/ Iam his ubiq. rumor erat/ea turcarꝫ

Atq. quę Epirẽsis ꝛe ꝓcurauerit audito hostiũ aduẽtu. Numerum tyranni exercitus/& nomẽ ꝑfecti eius, q cõtra Scãderbegũ cũ exercitu cõtendebat.

ſpes/cogitatióq;/ut captum crederes Scanderbegum/ſupliciũ de eo ſũmi diceres/ uelut in obſeſſa quãdóq;/nec dum capta urbe/temeraria/& prępoſtera militũ cõ/ ſilia prędam ſibi nec cruentã futurã uictoriam promittunt,ac ſpolia diuidunt iam contentione quadã inter ſeſe id agentes. Ita ſunt humana ingenia ſecũ trm̃ colloqui aſſueta/& ad maxima quaéq; ſpondenda ſibi nimio plus facilia/& prona/itaq̃. in Epiro etiã iam oía uario tumultu miſceri & maximi quidã rerum motus inſtare uidebantur/fama præterea de Alybaſſę aduentu oía adhuc in maius uero extule/ rat/timor quidã nouus/ac inſuetus multoꝝ occupauerat animos/& uana etiã quę/ dam trepidis credere/& uereri ſuadebat/Agreſtes paſſim cum pecoribus ad urbes uicinas confugere/Oppidani muros munire/ac pro portis tanq̃ uiſus eſſet hoſtis excubare/ſenes ubiq̃. trepidi patriã/uxores/liberos/deos ipſos cõmemorantes iu/ nioꝝ uirtutẽ appellabant/accẽdebántq; mulieres quoq̃. quas publicus pauor ꝑ ui/ cos omnes extractas armatis immiſcuerat uiris, quæ nũc ſuoꝝ animos miſerabili/ ac iuſto fletu excitantes/nunc per templa/& delubra ſollicitæ aris omnibus patriæ ſalutẽ cõmendabant/ſtupentibus etiam ad parentũ lachrymas/unaq̃. plorantibus paruulis filiis/Scanderbegum uero unũ néq; auditus Alybaſſę aduentus/& hoſti/ lis fama exercitus/neq̃. uulgatus ſuoꝝ timor ulla ex parte mouebat/ut ne dũ peri/ culũ ullum,ſed uel periculi ſuſpitionem maiorẽ crederet/Quã ſemel animo indu/ xiſſet/ridebat aũt tum hoſtis uanos conatus/tum uaniorẽ ſuoꝝ trepidationẽ/itaq̃. quũ oía prius prudentiſſime ꝑ uniuerſam prouinciã diſpoſuiſſet/ne nimia hoſtis contẽnendi licentia ſuoꝝ ingenia ab ea belli cura laxaret/auerterétq;/multis tum dictis/tum factis omniũ animos tãta fiducia erexit/ſpeq̃. uictorię accendit/ut ni/ hil unq̃ deſiderio maiore/q̃ hoſtis aduentum expectare ſint uiſi/ut quiſq̃. certatim enixam fortitudinis pręliando oſtẽderet operã fidémq; principi ſuo tum priuato/ tum publico merito modis omnibus teſtatã relinqueret/fuit & illud lõge maximũ in eo inuicti animi/atq̃. admirandę fiduciæ exẽplum/quod & ſingulos in ſe ocu/ los ingenti admiratione conuertit,& Alybaſſam quóq; ipſum,ſi id Scanderbegi factum cõtemplari potuiſſet tam ingentẽ ducis fiduciã maxime admiratuꝝ credi derim/nam quum tot ad eũ gentes/& populi ferociſſimi undiq; aduolaſſent/ut nõ unus/nec ignobilis exercitus cõfici poſſet,& ante oculos eius ſtarent iuſſa tantũ/ modo expectantes/& petentes arma/ille omniũ animiſq; ęque collaudatis lectiſſi/ moꝝ hominũ opa accepta,& octo tantũmodo equitũ/ſeptẽ peditũ milibus ſecũ manere iuſſis alios tam ex ueteri pręſidio/q̃ nouo delectu domos remiſit/ex qui/ bus etiã nõnullos ad diuerſas belli neceſſitates ꝑ loca quædã diſpoſuit mirati ſunt omnes tam audax cõſilium uiri/ſed puto pręclaꝝ/& expertũ bellis ducẽ cogitaſſe/ ſi uictus aduerſis diis cum ampliore exercitu fuiſſet 'non ita ſe idoneum poſtea ad reparandas uires/& inſtaurandas nouas copias futuꝝ/& ideo diſpoſita credo pluri bus locis præſidia ab eo fuiſſe/ac uelut ſeruata ſubſidia quædã/ut aliquid eſſet re/ liquiaꝝ/quod & fortunã recuperare/& incaute alioquin propter rem benegeſtam hoſti uictoriã extorquere poſſet/licet nihil tale ipſe dicere ſit auditus,ſed pręclaro, eodémq; oris habitu/& uocis ſono certã quaſi uictoriã/& expedita ex aio omnia

ingens ꝑto/ tam Epiꝝ tu multus exci/ tatus ob fa/ mã aduẽtus Alybaſſę ex ercitus/ fuga & trepidatio agreſtiũ, ma gnanimitas/ & fiducia ſcã derbegi de uictoria cõ/ tra hoſtẽ po/ tiunda. Ad/ hortatio eius ad ſuos mili tes/ eorumq; numerus.

polliceri/itáq; nõ unicam illam rationẽ credo fuiſſe/cur ampliores nõ ſint retentę copiç/ut aliquid ſcilicet ſpei ſi quid durius incidiſſet in reſtituenda fortuna eſſet/ ſed egregiã quandã/ac mirabilẽ propé hominis fiduciã,id quod uidere etiã ſæpe/ numero licet in magnis præſertim ingeniis/quę raro admodum fefellit fortuna/& hoc laudant potiſſimũ & admirantur homines in Scanderbego/q; toties/ac feré ſemp cum minoribus longo interuallo copiis tot incredibiles pené ex hoſte tulerit uictorias/unde ipſe plerúnq; nõ ſine hçſitatiõe quadã multa ad poſteros trãſmitto prius feré q̃ illa ad animũ admiſerim meũ.Cæterꝫ non iniquum fortaſſe credere/ q; & ſæculis noſtris natura aliquid cõceſſerit/ut & ipſi haberemus quod mirare/ mur/age nanq. potiſſimũ huius uirtutis/& fortunæ exemplar/Huniadẽ ante ocu los noſtros ponamus,qui toties turcarꝫ uires fermé ſolus cõtudit/& ſæpius uictor cũ paucis euaſit q̃ cum pluribus alii exceſſere.Sed omittamus tam ſollicite fidem nobis ad hanc rem ambire/præſertim q; tã recentia/& quæ pené uidimus ipſi ne/ gare niſi impudẽter nõ poſſimus/Caſtriotus ubi ſinguli nomina dedere pcenſito/ perluſtratóq; exercitu,mouens ſigna multis remanentiũ ſupplicationibus/uotiſq. populi in diſcedentes nuncupatis Croiam reliquit,& nõ procul à Dibra inferiore inhibitis uexillis/quum aduentare hoſtẽ magis/magiſq; audiret/impato p præco/ nem ſilentio nouus imperator nouos milites non iniuria alloquendos eſſe duxit.

Occurſus Epirẽſis au/ dito iã hoſtis nõ pcul à Di bra inferiore aduentu.

VELLEM milites fælicioribus meis rebus/atq.meliori imperii tpe & uos me ducẽ nacti eſſetis/& ipſe hoc tam præclaro fidei ueſtræ ſpectaculo pfrui poſſem, quippe quũ nec tanta ſingulis hodie uerecundia obſtrictus uos ad hæc noua belli incõmoda/cæteráq; id genus mala inuitarem/& gratiſſimus nunc ciuibus in qete/ & ocio gratias agerẽ/quas olim cruentiſſimis militibus non incruentus dux pro ſudore pro piculis/pro hoſti dando ſanguine referendas pręparaui.At qñ ita urgẽ tibus fatis mea tulit fortuna/ut neceſſitatis ſim uobis index,& periculoꝫ magis q̃ ocii auctor/ferenda oia ſunt uel æquo/uel forti aio/& ſubeunda quantalibet belli huiuſce magnitudo/ut in pace aliquãdo/& ocio uiuere poſſimus/ſumẽda libẽter/ & propere arma/ut præciſis tandẽ tam diutinæ ſeruitutis nexibus/fugatóq; ex ue ſtibulis hoſte fælicioré poſthac degamus uitã, & imperpetuũ libertate fruamur. Sed dum uos alloquor nunc/intueor/omniũ in me aios pertracto/ſingulorꝫ benefi cia ſpecto,uix ipſe mei compos/nunc doleo/& lachrỳmis fermé tẽperare nõ poſ/ ſum/quũ ſubit recordatio miſerimi tpis illius/quod apud Amurathẽ impiũ longo à uobis/longo ab oculis ueſtris interuallo ſeiunctus per oẽm idignitatẽ/& iniuriã pertraxi/nunc ſeruitutẽ ipſe meã/nunc oẽs ætatis annos recolo/paritérq; deploro/ quũ metior ex habitu aiorꝫ ueſtrorꝫ quis libertatis/qualis imperii mei ſtatus apud uos fuiſſet/atq; nunc/nũc plané ſentio/& barbari maleficia/& omnẽ malorꝫ meorꝫ ſeriem/quotq; amiſerim bona priuatus tam diu dulciſſimorꝫ ciuiũ conſuetudine/ ex altera tamen parte/quũ me diligẽtius colligo/& tacitus ipſe mecũ nunc huius exercitus formã cõtemplor omnia æquo animo ferro milites/neq. fortunæ iã meç/ neq. tot perfunctorꝫ malorꝫ/neq; longiſſimæ pænitet ſeruitutis,quãdo nunc ex ea tot bonorꝫ,& ppetuæ forſan nobis libertatis occaſio eſt oblata/quando(ut cætera

Attẽ.quanto ardore & fre mitu ppter Scãderbegi adhortatio/ nẽ Albanus miles ad ar/ ma cõcitatus totis uiribus pugnã expo ſcit/quẽ locũ Epirenſis ca ſtris delegit/ & hoſti inſi/ dias parauit.

taceam)tam ſpecioſæ fidei ueſtræ agnoſcendæ cõceſſa mihi eſt cauſa. Quid enim perferendũ nõ fuit/ut tot nũc ardores ueſtros ſpectarẽ/tot in me uobis reſtituẽdo uota audirẽ/totius deniq; Epiri florẽ ante oculos hodie haberẽ arma tantũmodo petentẽ/& pro me attrectantẽ? quid illo ſpectaculo pulchrius? Omne Ep roticum nomẽ,& tot Venetos ſenatores/ac ſenatorũ filios ad hanc fortunã meam, uelut ad cõmunẽ periculi ſortem cõuocatos fuiſſe pręſto uidiſſe? quod nõ Ioãni Caſtrioto parenti meo illi animis ueſtris tã acceptiſſimo/nõ ulli(ut ita dicã)hac ętate principi contigit/& ut ad uos iterũ noſtra ſe cõuertat oratio/quid illud rei nouę miraculũ totã fermẽ Macedoniã uacuã uidiſſe? dum ex omni parte uoluntarii ad me milites cõcurritis,& cõtentione quadã/arma quiſq; bellũmq; poſcitis/ut nemo patrię/nemo magis ſuorũ deſiderio tãgeretur/ita me defenſo una domos/focos/uxores/liberos/deos ipſos defendiſſe uidemini/approbet conſilia ueſtra deus optimus maximus/quod igitur ad uos hortãdos dicendũ erat,nihil eſt/qd' à me agi poſſit/quũ & ita animatos uideã/& uerba fortiſſimis uiris uirtutẽ nõ addant/quid præterea armatis uobis/ferrũmq; tenẽtibus armatus & ipſe dixerim/ſatis ſcire debetis/& hoſtis uos admonet,quẽ iamiã in cõſpectu habetis/admonent tot rerũ indignitates/& armant oẽs/ſingulóſq; tum priuata/tum publica ira. Dicã tñ quod & ſi nõ dicerem res ipſa palám uos docere põt/quę hęc noſtrę(quęſo) ſeruirutis ſpẽs? Néq; Chriſtiani iã ſumus/neq; barbari/ſemel aut fortiter moriẽdũ/aut arripiẽda poſſeſſio fidei pariter & libertatis/quod hoc mali genus? Cotidie capitur/cotidie dirripitur Epirus/in manu tantũ ſalus poſita nobis/aliud nullũ effugiũ/quẽ nunc barbarũ in nos creditis uenire? Quę mãdata defert? Ad quod ultionis genus properat? Iam ſingulis ſuũ ſtatuit ſuppliciũ/non iuſto belli odio/nõ ueri hoſtis more, ſed furore/ac rabie quadã ad ſanguinẽ ueſtrũ hauriẽdũ fertur/quare/ſi cui patrię pietas/ſi cui ſua uirtus/ſi cui parẽtũ ſplendor ſubdere ſpiritus poſſunt, ſumite arma/Acuite iuſtiſſimũ ferrũ/Croiam/& auorũ ſedes,quas tam fortiter auctore me incruenti recuperaſtis/cruenti (ſi ita res ferat) defendite/& regnũ quod hucuſq; tanta fide ſeruaſtis mihi,& ſeruatum tanta uirtute reddidiſtis/ in poſterũ ſeruate/ Maior debet eſſe animus/maior ſolet dici uirtus arcentis/q̃ inferentis iniuriam. Prędã illi poſcunt/regnandi ſola cupiditate ducti in nos ruunt/uos/ne pręda ſitis/ & ut ciues patrię debitũ exoluatis,pro qua nunq̃ nimis ſanguinis datũ uideri debet/omnia fortitudinis ſigna demõſtrate/ nunq̃ pro ea ſatis pugnatum, cuius pietas omnẽ ſuperat pietatẽ/ſed(ut hæc iam libens omittã)/quid defuturũ eſt uobis ad ſummũ uictorię/& gloriæ calcẽ/ſi oblato beneficio uti uelitis, quum nõ modo quicqd eſt uſq̃ Albani nominis uobiſcũ in hac cauſa uideatis/ſed Venetos quoq; principes illos/quos uniuerſa pariter colit/& formidat Italia pro ueſtra libertate ſtare cõſpiciatis/nunc recuperãdę tam diu amiſſę patrię/nunc ampliandę fortunę ueſtrę ſpes/& occaſio adeſt/inducite in animũ/quod non induxerunt patres/auiq; ueſtri(pace illorũ dixerim)ut cõcordia hac Macedonię principũ altricis priſtinũ illũ ſtatũ effingatis/& ex ignominia hac propiciis diis Epirũ imperpetuũ uendicetis/ipſe pręterea uel comilitonẽ/uel ducẽ habere me malitis ad omnes labores/

periculáq; uos non ultimus ſequar, Et ſi in cæteris non ita fœlix audacia erit mea, hoſtis tamen ingenia/mores/artes oés uobis ſub manu dabo/qui cũ diuino ita for/ ſan agente fato maximũ uitę tẽpus ad ſacietatẽ uſq. tranſegi funeſtiſſimo exem/ plo proprio malo edoctus/Piget me referre hoc loco eius humilitatẽ, quãuis ala/ criorem faciat militẽ facilioris ſpes promiſſa uictoriæ, Vix dicere audeo nunc ne langueant uires/euaneſcant animi nimia eius cõtemnendi licentia, quippe cũ ſępe contemptus hoſtis ancipitẽ fecerit uictoriam/& cruentũ ediderit certamen, quare ita cũ fiducia ſui ut ſine contẽptu alterius gerẽda eſſe bella/ primũ fore præceptũ antiqui militiæ conditores ſtatuerunt. Videbitis tamen ipſi q̃ primũ contemnetis perditiſſimũ hominũ genus/quos & antehac ferociter æque/ac fœliciter uel pauci contempſiſtis/Ecquis non cõtemnat/pariterq. abominetur uiliſſimã gentem? quæ omnis eſt ex ſeruorũ colluuione collecta/furtis/& latrociniis potius/q̃ ueris aſſueta præliis/Non ne (proh pudor) quorũ hodie nomẽ tantum apud timidos mortales inualuit/Turcę ſunt iſti ſerui ex Scythis fugitiuis/qui (ut ferẽt) ſedes patrias/ultra pericheos montes/& Taracontas inſulas/etiã Aquilonis hubera ad ſeptẽtrionalem occeanũ habuere? Gens fœda/ignominioſa/in luſtris/ac lupanaribus educata, quę non luporũ/ non uulturũ carne/ non abortiuis hominũ fœtibus abſtinet/& cætera cuncta appetit, quæ uel ipſa fugit natura. Eos/fama eſt/magnũ Alexandrum tãq̃ pecora in ouile/& ſepem intra hyperboreos montes ferreis clauſiſſe repagulis, qui uix aliquid unq̃ a ſe iuſto pręlio partũ gloriari poſſunt, dolis tantũ & inſidiis ma/ gna ſibi imperia adepti, & maiora indies adepturi/ſi eius exercẽdæ perfidiæ ma/ teria præbeatur. Ecquid creditis de uobis Albani? Videor iam uidere mihi Amu/ rathem/quũ arma aduerſus uos non proficient/ad funeſtiſſimas artes tendentem. Adeſt/Adeſt in oculis ſubdolus Ottomanus cũ ingẽtibus ad uos promiſſis aſſueta ductus alior̃ fortuna. Vbiq; grecos & Triballos/ubiq; Mỳſos fore putat/quos ma gis etiam/q̃ homines decet/fati ſui ignaros bona fide ſibi traditos bonus princeps oés aut internitioni dedit/aut luminibus priuatos cæterìſq; mẽbris mutilatos de/ formauit. Libẽter hor̃ meminit animus milites/nõ q̃ fides me ueſtra ulla ex parte dubiũ habeat, cuius nullum unq̃ principem ueſtrum ad hanc ætatem potuit pœni tere/ſed ut admoneam (ut par eſt) quos ſtudeo conſeruare/quibus uitam/ſangui/ némq; omnem deuoui, cũ quo uobis hoſte manus ſint conſerendæ. Vidiſtis nanq; omnes/uidiſtis/quantũ fidei/quantũ uirtuti ueſtrę tribuant, quos ex tot gentibus/ & uoluntario milite ſolos ad rer̃ omniũ ſummã gerendam delegi/alios mœſtiſſi/ mos domum remiſi. Vos oés expectant quos laudent/aut accuſent. Ego nunc nec laudandũ quẽpiã/nec uituperandũ cenſeo/Quid enim fidei minaci in caſtris mi/ liti haberi poteſt? Sed quũ fumantes ſanguine hoſtili enſes ueſtros aſpiciam/quũ prodigã uitæ uirtutẽ ſpectator ipſe & hortator imitabor, tunc omni laudis/& mu nerũ genere cumulabo. Quæ autem maior laus quæ ingentiora præmia unicuiq; ueſtrum eſſe poſſunt/q̃ ſeruata patria, quã omnes & ſinguli uobiſcũ fertis? Conſi/ derate igitur uiri fortiſſimi quantũ momenti hodie ſit in uobis. Hoc prælio uicti/ toto bello uicti ſumus, contra/uictores / tum præſens a nobis Amurathis excutie/

mus iugũ/ tum paci trãquillitatiq; perpetuæ in posterũ cõsulemus, Proponite uo/ bismetipsis iugum hostile/& ludibria uictoris & supbos uultus. Proponite/& illud qua frequentia omnium generũ multitudinis prosequente á nostrorum cõspectu profecti simus/q̃ omnia uotoꝝ & lachrỳmarum plena reliquimus, In qua nũc ex/ pectatione/coniuges/parentes/liberosq̃. uestros esse credamus. Stant omnes soli/ citis ac pendentibus animis prospectantes quẽ belli euentum uobis uirtus uestra dederit. De fortuna enim nihil est q; timeat uir fortis/ Pudet aliquam fortunam fa teri/quã non in manu atq; ense positam habeatis/ Dii nanq; ibi esse consueuerunt ubi ipsa quoq; stat æquitas. Vestrũ est igitur ut conceptam omnium spem de uir/ tute uestra factis æquetis/ Quo numerosior hostis eo speciosior laus uestra/eo gra/ uiores hostilibus spoliis domũ reducam. Verumenimuero si quisq̃ est timoris sibi ipse conscius, qui uires nostras ex hostilis fama exercitus metiatur, & a quibus su/ peratur numero/uirtute quoq; se credat superatum iri/ hinc bona cũ uenia faces/ sat/ne impedimentũ magis illum / q̃ auxilium mecum traham / Reuertatur pro/ pere ad uxorem/ad liberos/quem uictor postea exercitus domi intra muros ac te ctis clausum inueniat. Si uero ea omnium uoluntas & communis iste est timor, Exercitum hunc / nisi pudeat deorum pariter & hominum maioribus firmemus copiis / uel potius extemplo conuersis signis abeamus, Qui enim cum hisce le/ gionibus/in Macedonicis præsertim tutissimis suapte natura campis Amurathis præfectum timeat / indignus mihi uidetur eo quem gerit ense/indignus aura qua uescitur. Inuitus in hac parte orationis moror apud uos milites/ne dum fortes ui/ ros/sed principes etiam fortium. Agite dum igitur pristinam excitate uirtutem, generosos sumite animos/ Omnium rerum respectum præterq̃ uictorię uobis ab/ scindentes (ut cuncta uno uerbo absoluam) morte sola uinci destinate. Si uiceri/ mus/omnia in posterum fælicia futura uobis credite, fortiter uictis idem erit ma/ lorum & miseriarũ finis/ Hoc si fixum omnibus destinatumq̃. est/ frustra me iam ardor iste dicendi ulterius prouehit, quãdoquidem nullus acrior homini stimulus perspecta uirtutis conscientia ad uincendum á natura est datus.

VIX Hæc dixerat Scanderbegus cum ab uniuerso exercitu clamore elato eius approbata fuit sententia/ claraq̃ uoce undiq; conclamatum est. properandum in hostem/ & castra contra eum ocỳus mouenda/ ultróq; irruendum/ Vbi tandem cupidissimoꝝ militum animi / fidésq; erga optatum tam diu imperatorem certo aliquo experimento comprobetur confirmenturq̃. in posterũ uix dum tuta Scan/ derbegi consilia, quum tam prompte corpora suoꝝ hosti tanto ardore/contentio/ néq; passim obiici cernet, & uoluntatem saltem uitæ prodigam laudet/ Si uirtutẽ non posset, sed neq; uirtutem suis carituram laudibus/si hic hostis hæc optata tan tum gloriæ materia ardentissimis animis tunc / tunc daretur nec differetur am/ plius/ Euanescere parua mora/ elanguescerẽq; uiuaces spiritus illos/ ac concitata militũ ingenia/senescere dilatione belli uires. Maximus ubiq; strepitus pugnam poscentium multus ardor erat/ Ita socios/ita se ipsos exhortabantur uiri/ita equũ quisq; suum (ut fit) ensem / dexteram alloquebatur, & manus ad ictus aptabat/

ac mille cõsumebat uulnera/ ut uisi iã hostis species ante oculos omniũ obuersari uideret/Tanto undiq; tumultu miscebant castra/ut pugnãtiũ similia oia magisq; pugnã poscẽtiũ diceres/uel erupturũ q̃primũ crederes auidũ sanguinis militẽ sine duce/sine signis/nullo disciplinæ militaris ordine/uel tenore seruato. Scãderbegus itaq; quũ eũ totius exercitus ardorẽ cerneret/& ęque oẽs suoꝝ ordines/oẽm ętatẽ/ omniũ ingenia ad id accensa inflãmatáq; aiaduertisset, Primũ impensius gauisus tacita lætitia singuloꝝ feroces minas audiebat, superbósq; uultus/ & feroces spũs ingentẽ molẽ iraꝝ ex alto animi cientes contẽplabat, certa uictoria cõcepta hostilis rei formã metiebatur/deinceps contẽnebat, Postremo non satis tutũ uisum tam iusta militũ desyderia sedari/tardaríq; amplius. Vbi donatis illis sacra Deo optimo pro uictoria alia uouit/alia peregit. Mox ad hostẽ castra mouẽs, quẽ nõ longe abesse certis exploratoribus nouerat/Deficiẽte iam sole in Dibra inferiore octuaginta milia passuũ procul á Croia iuxta collem quẽdã dumosum, uel uerius sylua densissimis refertam arboribus castrametatus est. Ibi primum omnium cognito idoneo insidiis loco præsertim q̃ hostem cũ maximis copiis aduentãtem audiebat, & ut incruentiorem sibi eam uictoriam faceret, summa ratione obequitans prius ipse ac perlustrans singula Gneum Musachium, & Amesam cũ tribus milibus locauit, iussos/ne prius exirent/q̃ se totis signis implicitum hosti, & cruentatum utrinq; militem uidissent, tum obseruato tempore á tergo hostium improuisi erumpentes pari clamore, & impetu timidos exanimarẽt, ac introclusos cęderent.

Aduẽtus barbaroꝝ exercitus.

Barbari non multum tardati uix his dispositis aduolarunt, & ignari omnium non longe á Castrioti copiis fixis signis consedere. Nostri mox ignibus extinctis somnum capere alii, alii uices excubiarum agere iussi. Turcis ex eo animi magis auẽti, Quare accensis ipsi undiq; luminibus turpes nostrorum tenebras deridebant, timida silentia interpręta bantur, atq; quum sub ipso fermè uallo streperent dictis factísq; simul odium explentes per totam noctem occursabant portis, ingerebant probra/ægre abstinuerunt, quin castra oppugnare aggrederentur. At Scanderbegani semper silentium obseruarunt, responsum nullum reddebant, quãuis nõ deficeret quod recte responderi posset, neq; deerat cupiditas, ardorq́ erumpendi, quũ tot cõtumelias/ tot insultãtiones hostiũ ferre amplius non possent, sed imperatoris edicto castris taciti se tenebant/Barbaris itaq; q̃ detrectaret pugnam Christianus animi accedebant. Properante iam aurora Scanderbegus suos ante omnia curare corpora iubet, ne si pugnam aliqua belli (ut fit) fortuna præter spem ludificando longiorem fecisset/ieiunus miles uictus fame, quã sola natura humana uincere nõ potest/segnius uictoriam sequeretur. Cibo igitur per ocium capto alacres animis/ corporibúsq; atq; iraꝝ/speíq; plenos é castris educit/quos ibi quoq; ubi statim uerba res erat secutura enixe pro uictoria exhortatus est. Dehinc/ ut prius nosceret hostium uires/ q̃ discrimine ultimo tentaret/ leuibus certaminibus equitibus sæpiúsq̃ peditũ piculo facto iusto prælio se accingit. In leuo cornu Tanusiũ cũ mille qngẽtis equitibus/totidẽ peditibus locat. Disponebat aũt ita equitatũ, Primo loco interseritis qbusdã sagittariis peditibus/ut prima auspicia pugnæ ab equite sume/

Distantia castroꝝ utriq;.

Instructio acieꝝ Scanderbegi.

rentur/neq; reliquo peditatui ad erũpẽdũ,& recipiẽdũ se ad suos ubi labor posce/ ret impedimẽto equestris pugna foret. Moses autẽ á Dibris p̃fectus eius á dextro cornu eodem tenore singula peragebat. Extendebat & ipse legionũ suaꝝ primam frontem equestri turma, ita ut liber pediti ex omni parte exitus, ac tutus receptus foret/quãuis non multũ momenti fieri debuit ad Dibrenses milites in acie dirigen dos, Ita uel primo/uel secũdo loco uel equitem uel peditem loces omnia tuta sunt apud eos, nunq̃ fallit fortuna, nusq̃ fugit uictoria conscias manus/ sic & ordinem sibi, & fortunam quocũq; adsit fortissimus miles facere & trahere secũ consueuit. Inter ipsa cornua acie uelut sinuata mediũ locum Castriotus ipse cũ reliquis co/ piis obtinebat, Ibi quoq; equitũ mille amplius in fronte dispositi. Nam quũ hostis pedites nullos haberet, non satis tutum uisum est peditatũ primo furori equestris procellę obiicere, Iuxta totidem fermé sagittarii appositi/hos equitem sequi iube bat, quo post terga eius tutiores neq; ita hosti expositi essent/& barbaro haud hu/ iusmodi quippiam timenti cruentiorẽ facerent pugnam. Inter hos/& illos ipse cũ Georgio stresio nepote feroci iuuene stationem fixerat sibi. Vtrinq; Croiensis no/ minis miles, Vtrinq; Croiensis eũ iuuentus circundabat/De industria nanq; ciuiũ suorum & spectator esse/& hortator elegerat. Sagittarios mox reliquũ robur pe/ ditatus & scutatorum/ac hastatorum agmina cũ Aidino gnei fratre sequebantur. Vranacontes prudens ęque ac fortis bellator cũ cęteris ęquitibus extremã aciem, ac subsidiariorum munia obtinuit/Iussi tamen pedites qui ante eum erant, ut quũ primũ prosilientes suos ex insidiis uidissent/ac oneratum á tergo hostem & excę/ ptum inter cornua/mox patefactis ordinibus uiã equiti darent/qui recens alio in/ iecto pauore hosti turbaret pariter fessum cęderetq̃. Pedites uero ipsi iteꝝ densati loco uelut subsidiarii/atq; triarii milites aciẽ firmarent, neq; penetrari exercitũ pa tierentur donec certũ uictoriæ indiciũ & irreparabilem hostiũ formã aspexissent. Ita instructa acie Scanderbegus stabat/neq; ut signum daret ad progrediendũ in hostem unq̃ á suis impelli poterat anteq̃ & Barbaꝝ ipsum more suo compositum procedentẽ in aciem uidisset/ne indigestum hostem effuse erumpentes milites in/ standi studio ordine uiolato totius exercitus statũ in discrimen aliquod traherẽt. Alybassa quũ exercitus nostri formã cõtẽplaretur pauciores semp/pauciores/pe/ riculo propiores iterãs deridebat ordinẽ illum/ & pompã ignari militis ad ꝓpria funera tã cõpositę procedẽtis. Vna erat Ottomana legio ante alias audacius pro/ gressa, in hãc Antesignani acriter ferunt. Barbari mox ordine turbato anteq̃ totius exercitus fortunã expectarẽt uera fuga neq; simulato pauore primo impetu usq; ad statiua se pelli patiebant. Sed Scãderbegus extẽplo fraudẽ metuens hostis ac insidias ratus partẽ equitatus immisit/Qui & suoꝝ ardorẽ inhiberent/& in aciem quẽq;, ac suos ordines reuocarent. Idem & a leuo cornu factum. Itaq; & hi/ & illi ad suos recępti rursus ad pugnam parantur iustiori totius exercitus dimicatione. Creuerãt autẽ animi Barbaroꝝ, q̃ militẽ nostrũ uelut ludificati essent pauci mul/ tos. Renouato igit iteꝝ prælio Tanusius & Moses hostiũ cornua inter se partiti pugnã acriter inierũt. Eodẽ tenore Castriotus assumptũ sibi agmẽ cõcitato ipigre

Pugna utri/ usq; exerci/ tus.

Eruptio Albani militis ex insidiis.

equite aggreditur / Non tardatus ex insidiis eques priusq̃ totis copiis in nostros irrupisset hostis maximo tumultu erupit, & anteq̃ descendissent equi in cãpo oẽs, plura ac extrema quæq; Turcarꝫ agmina repentino pauore consternata relicta pugna/castrísq; fugam iam inde arripiũt, primi quiq; inter nostrorꝫ cornua intercæpti mediæ legioni cædendi traduntur. Vnus erat cuneus hostilis/ quẽ neq; dimouere poterat loco Scanderbegus neq; penetrare audebat, ita in eo loco uelut munimenta quædam fecerat numerosior Barbarus. Alybassa ibi (ut mox apparuit euentus) totius exercitus robore, ac fortissimorꝫ quorũq; armis stipatus iam diu inclinatam belli fortunã sustinebat. Aidinus quoq; in media acie iam cuncta Barbarorꝫ cruore repleuerat, ferocior hic q̃ alibi mars incrudescebat. Nam quũ obsessus fermè hostis nihil sibi præterq̃ arma superesse uideret, in ferrum quo poterat acrius/ne inultus caderet, ruebat. Traxerat præterea illuc & alios fortuna, atq; infęlix belli error, plęrosq; etiam auditus casus suorꝫ ad sociis ferenda auxilia impulerat. Itaq; quo densior Barbarus erat, eo longior pugna, magisq. ambigua fuisset, ni Vranacontes mox irruptione facta/ & uiribus pariter animisq; recens fesso iam & labanti hosti se immiscuisset, & quicquid erat reliquiarꝫ hausisset. Segnior autem idcirco eques est barbarum adortus, ac laborantibus fermè suis succurrit, Nam quũ cornua utraq;/& prætoriam cohortem totis signis implicita uidisset ne subsidiis omnibus acies nuda penitus remaneret/tutius erumpendi tempus capta

Cędes barbarorum.

uit/Ad unũ itaq; concisi sunt omnes præter trecentos/in quos inermes tendentes dexteras/ac uulneribus propé confectos belli iure sæuire Castrioto non uisum est. Victrices igitur post hæc confecta/legiones/eo belli labore peracto ad Scanderbegum/ingenti gaudio/atq; clamore tendebant/ubi lęta omnia inueniunt, Perfregerat nanq; cuneum omnem Croiensis miles, & ingenti edita strage Turcarꝫ ducem in fugam conuersum late sequebatur, Vbiq; sanguis & cædes/ubiq; gemitus morientiũ audiebatur/ Alii uincula captiuis iniiciebant/ alii deformem truncum

Direptio castrorum.

relinquẽtes speciosum imperatori munus hostile caput seruabãt. Diripiebant castra plures/prout cupidiora sunt prædæ mortalium ingenia/ Itaq; uictor ex omni parte exercitus tam præclarã uictoriã recensebat uix ipsi credibilem uicto, & ingentem tam exigui temporis operã mirabatur (pugnatũ est enim a sole orto ad

Numerus cęsorum/ captiuorumq.

tertiam horam diei) Cæsa sunt eo prælio barbarorꝫ ad. XXII. milia. Viuorꝫ duo milia capta/Signa militaria. XXIIII. Ex uictoribus pauci cecidere/ uix. CXX. feruntur/licet ulneratorum maior longe fuerit numerus. Ita tam magnam uictoriam illo die Christianus tulit iuxta omniũ spem / atq; expectationem quum nihil defuerit eo prælio / quod non solum inuitare ad res bene gerendas fortunam/ sed cogere quoq; posset / Non tempus / non locus / non rerum omnium exactus ordo/ non iustior pariter / eademq. necessaria pugnandi causa. De ducibus postremo/ militeq. id ausim dicere/ Leonum eo die leones ductores fuisse. Veteranorum non minima pars fuit, qui cum patre quondam ipsius Scanderbegi militauerant / ut non milites sed præceptores quosdam militiæ electos crederes/ Ita debellatum uidebatur / si eo uicissent prælio, & semel hostis animos fregissent.

Parta uictoria Scanderbegus totã eam diem noctémq; quietissime in castris transegit, Mane uictoria inflatus ad alia intendit animũ. Cruentũ adhuc militem ad non minus gratum opus hostilium agrorũ direptionem alliciens his uerbis.

Adhortatio Castrioti ad milites suos ad agrũ hostilem diripien.

PVGNASTI Hucusq; mihi miles/pugnasti patriæ/nunc tua te euocat militia/nunc propria inuitat fortuna/ Vides late stratas uirtute tua hostiũ legiones/ Recenses ingẽtia facta,& quanta apud me pro sudore hoc/ pro sanguine/pro his belli laboribus exhaustis uos prẹmia expectent taciti fortassis uobisipsi spõdetis/ Non fallam quidẽ expectationẽ uestram quantũ in me erit/Ita & publica/& priuata quenq; apud me laus manet/Si modo laude sola (ut nũc liceat iocari uobiscum) militũ ingenia pascũtur/ Aliud nihil adest hodie mihi quo fortes honorem dexteras/sed & si affati essent omnia & manu ipse mea darẽ uobis/ Quid gratius/ lẹtioresq.(arbitrio alieno) accipere potestis/q̃ quod quisq; sua captũ manu domũ ouans retulerit? En iacet nõ longe hostilis ager rerũ omniũ opulẽtissimus. Prẹsidio per uirtutem exuistis/Nũc prædam uobis dimissam per summũ captate ocium, & quos nũc uidet hilares patria/sentiat late uictores hostile solum, quãdoquidem nõ minima est hæc tã bene gestæ rei accessio futura/ Vt tamẽ hodierno prælio & a me aliqua ex parte uos honoratos dicant mortales, neq; miles militi inuideat/ quũ omniũ ẹqua fuerit in bello uirtus/Occisorũ hostium equos pedes habeat sibi, & oẽs equites esse iubeo/Læti nunc igitur me ad hæc dulciora perfunctæ militiæ præmia superis bene iuuantibus sequimini. Adhortationẽ hãc miles iampridem intentus clamore undecũq; prosecutus est. Ruũt omnes in partes nullo discrimine habito sine ordine/sine duce/contemptu ac negligentia quadam orta ex re(ut fit) bene gesta/Sed cautus princeps nunq̃ satis fortunæ fidens distulit eousq. desyderia suorũ donec missi exploratores tuta oia ab insidiis nunciarũt/ Tum libera populatiõe permissa effusus passim eques hostili terræ/agrestibus bonis/pecori/ipsis denique arboribus recenti inflatus uictoria insultat/Nulli rei parcit/ cui ferro aut igni noceri posset/præterq̃ sexui/ac ætati. Præda undiq; ea cõtentione agebatur/ ut alter nunc belli tumultus ac pugnantium plena omnia uiderentur/Non quenq̃ uulnera tardabant(plures nanq; & eorũ qui saucii excesserant prælio ea cupiditas traxit) Euanuerant recentes sudores uiris/Non labor ullum/non onera grauabãt/ Nulli copia saltem (ut fit)fastidium faciebat. Ita mœstior miles quædã quæ ferre non potuit reliquit/q̃ alia lætior tulit. Quũ satis populationibus datũ esset & per agrum hostilem ad sacietatẽ usq; sæuitũ/Scanderbegus signum proficiscendi dedit/Onustus præda milles nulla facta mora ingenti gratulatione sequebatur. Deridebant duces ignauiam suorũ,q; ex fortissimis bellatoribus abactores pecorum, & ex Albani nominis propugnatoribus ouiũ custodes facti essent/ accusabàntq; ultro nunc hos/nunc illos alternis cauillantes uerbis. Quid si Alybassa cum fracti exercitus relliquiis uos tales nunc ex aliquo loco aspiceret tam sordida trahentes impedimenta, & auari præmia militis/nõne puderet magis/magisq; eum tam pudendi uictoris? & crebro suorum ignauiam increparet/ q; ab huiusmodi superati fuerint,& bellicam laudem cesserint uobis? Ita iugi læticia festiuus miles per

multiplices iocos/cantúsq; uię labores leuabat/donec castrorꝫ suorꝫ custodias pro uallo prodeuntes ingenti clamore salutarunt/nocte illa in castris transacta uix dũ satis certa luce Scanderbegus uasa colligere iubet/& ad regiam urbẽ Croiæ cum uictore exercitu pergit ire/multitudo per uias omnes effusa uictores tum publice omnes/tum priuatim singulos appellabat/prędę magnitudinẽ quisq; admirabat/ noui equites uix à suis cognoscebantur/gratulationes factæ ꝑ multos dies,& laureatę litterę/ac signa quædã militaria ad oẽs Epiri regulos missa/alia affixa tẽplis sunt/ex quo insignis iam ille annus ea parta uictoria erat/multo tñ insignior futurus illa christiana clade ad Varnã accepta/sub idẽ nãq. tempus quo hæc in Epiro gesta sunt/Hungari cladũ omniũ antiquarꝫ/ac recentiũ obliti arma/bellumq. aduersus turcas summa ui parabãt/ Ita nõ contenta tot spectaculis fortuna seruatos nup/ac uix respirantes prioribus malis hoies ad funestiora euocabat ꝑicula, & in statutũ iãpridẽ discrimen suũ quenq. fatum rapiebat/Vladislaum itaq; Regem cũ omni propé Hũgaria/Polloniaq. ad id certaminis instructũ sequebat,& Iulianus Sancti Angeli Cardinalis cũ militibus crucesignatis eam periculi sortem tã cupide/q̃ fortiter subiturus/ Aderat & cum Valachis suis Hunniades totius regii exercitus ductor/ Mouit tamen omnes in tanti belli apparatu Scãderbegi fama/ recensq. de barbaris uictoria,maximũ rati non incrementum solum copiarꝫ,uerꝫ certissimã fore tãdiu cupitę rei spem, si ipsum cũ exercitu suo hostili adhuc sanguine cruento Hũgarici belli apparatus habuisset/Quare summo æque desiderio omniũ/atq. celeritate/ quã & ingruentis propé mali species/ & res quæ iam inde uidebantur dubiæ futuræ poscebant,Litteræ ad eum in hanc sententiã datę.

Præparatio Hungarici exercitus ad pugnã Varnensem contra turcas.

Attẽ. formaliꝫ Vladislai Pannonũ regis ad Scãderbegum.

VLADISLAVS Hungariæ & Polloniæ rex Scãderbego Albanorꝫ principi.S.P.D. Distulit fortasse in hoc tẽpus fortuna serã istam gratulationẽ nostrã, quo non tantũ hodie tibi ob recuperatũ fœliciter imperiũ/ sed pari etiã prudẽtia fortitudineq. defensum duplici rei prosperę euentu gratularemur/ Et gratulamur itaq. nec tibi tantũ,uerũetiã christianis oĩbus/q; tanta sit benignitate deũ per uirtutẽ nunc tuã rei christianæ accessio facta. Quãdoqdem non minima semp inter cætera mala nostra clades illa ducenda fuit Epiroticæ gentis amissio.Quũ iniquis sublatus fatis Ioãnes Castriotus pater tuus princeps(ut audio) de omniũ animis optime meritus/Neq. tibi in aliena degenti potestate regnũ auitum filio tradere, Neq. aliter ab Amurathe oppressus imperio suo cõsulere potuit, Et uiueret utinã nunc fœlix eo nato parens,Qui omniũ supasset fortunã/si te ante uidisset,q̃ á uita discederet,Ita unus plané uideris mihi (pace omniũ dixerim) hac tẽpestate princeps sicut omnibus animi/corporisq. bonis/Ita diuino quodã fato prędituS,cuius auspiciis nõ solũ tuta imposterꝫ omnis Epiroticæ terrę ora futura sit,sed cũcti prę terea populi a corpore Macedoniæ impii nefario Ottomanorꝫ latrocinio iãpridẽ dirrepti in antiquã formã iuris/ac ditionis suę redituri.Quid enim (ut cætera taceã/quæ & apud barbaros uel puero tibi olim tanta indies crescente inuidia maximũ nomen ꝑdiderũt) uictoria illa speciosius/quã nuper Alybassa cũ tot copiis cęso/fugatoq. partam tibi ingenti admiratione æque audiuimus/ac credidimus/

Sed adest nunc Scanderbegi Diis agentibus, qui te exacto quodã consilio in hæc difficillima tẽpora christianę reipu. reseruarũt, Maioris penitus tibi gloriæ materia/Subest occasio cõtra Amurathẽ oẽs ueteres/nouásq; tuas/ac tuorũ iniurias ulciscẽdi/nec priuatas istas tãtũ, sed & publica id genus mala/atq; tot oppressę ne dicã extinctę iã fidei ludibria/Si cũ uictore exercitu tuo isto nõdũ desperatis rebus nostris adesse uelis/Inuitant te ad hoc oẽs Hũgariæ/& Pollonię Principes, ac uiri fortissimi/Inuitat Iulianus Sancti Angeli Cardinalis cũ piis illis christianę salutis militibus iãdiu nobiscũ in armis instructus/ Nihil præter tua signa expectamus, Quã si nunc oblatã ultro à Diis imortalibus occasionẽ non reiicis, debellari posse penitus palã oẽs affirmãt, Expelliq; turcas/& à tã diutina Europæ possessione deturbari. Omittendũ itaq; hoc loco apud te omne adhortatiõis genus censeo pro ea causa, quę defensa/salutem/lucẽ/libertatẽ/omissa ominari horreo quæ ferat, Satis nos hucúsq; tandẽ deseruiuimus christiani/Cõflagrauimus iã oẽs/ dũ nemo incendiũ ad se traiecturũ putat/Quid de Græco cernimus/quãtũ de Triballorũ ĩperio? Iacturas demũ ipsas meas/totq. exhausta/ac exhaurienda indies mala quis recenseat? Quis fortissimos principes Hungarici imperii propugnacula/per oẽs ætates amissos? & tot ualidissimos exercitus eodẽ funesto belli fato absũptos/ac occidiõe fermẽ occisos? Ita ut nulla sit in Hungaria iã domus nulla matrona luctus expers/ Audiũt hęc christiani pricipes, neq; mouet ullũ miserabilis sociorũ fortũa? Sic nos uelut piacula quædam luendis omniũ periculis hosti passim obiectari patiuntur, Vnus Eugenius Sanctissimus Romanæ rei præsul/& Philippus Burgundiæ dux afflictæ fortunę onus nõ detrectarũt/Alter Iulianũ hunc cũ præclaro nobis milite adiunxit, Philippus classe instructa/ & in Hellespontũ usq; missa turcis transitum quantũ in ipso fuit fortiter ꝓhibuit/Alia nũc nobis spes propinqua subest auxilii optandi, quare ultro nũc te ad tã necessariũ bellũ euocare/ tũ uirtus tua in primis cognita suasit/tũ rerũ omniũ nostrarũ periculũ discrimenq; coegit/Cæterũ cũ ignoret nemo q̃ id nũc sis incõmodo acturus tuo ꝓpter recentẽ adhuc domesticarũ rerũ tumultũ/& uix dũ paccatũ nouiter redẽpti imperii statũ. Id te mouere nõ debet/ cũ & tibi pręclarissimũ nomen hac expeditione sis pariturus, & hoc præsens beneficium apud minime ingratos animos sis collocaturus. Quod enim prior tu hodie pro salute nostra/dignitateq. feceris/ id nos pro tua laude/ & imperii incremento semper faciemus. Vale Ex Buda regia nr̃a. III. Nonas Iulii. M.CCCCXLIII.

Alybassa iã ad Amurathẽ (licet plures eũ cladis nuncii pręcessissent) fracti exercitus reliquias traxerat/Grauiter eũ reprehensum ferũt ab Ottomano, ꝓ nequaq̃ credibilem dicebat tã ualidũ exercitũ pené deletũ sine aliqua uel ignauia eius/uel temerario in fortunæ se cõmittẽdo cõsilio, Nunc proditũ fuisse exercitũ/ nunc hostiũ insidiis oppressum ob ducis uecordiã clamare/Nunc in conserenda manu tutiorẽ locũ hosti relictũ, Vnde sic facile tanta suorũ strages edita esset/Alybassa licet hostiũ se insidiis præuentũ. quæ prudentissimũ quẽq. fallere potuerint/negare nõ posset/excusare tamẽ se in aliis militũ fidẽ implorãs nihil in eo præter fortunã reprehẽdi posse/Non ordinẽ/nõ disciplinã militarẽ/non ducẽ militi/non militẽ duci

Ait. Alybassæ rephẽsionẽ ab Amurathe factã, Excusationẽ ipsius petentis frustra ab Amurathe nouũ exercitũ cõtra Scãderbegum.

defuisse. Non aciem iniquo loco locatã/ non é castris importuno tempore eductã/ non fugæ memorẽ fuisse, nisi castris ab hostes direptis/ & salute penitus in armis desperata/ Sed experiretur iterum fortunã eius cõtrà Scãderbegũ/ excogitasse se uiã qua luctuosam eã uictoriã illi esset facturus. Mouebant iam Amurathẽ uana Alybassæ uerba, & maiori in Scãderbegũ ira cõcitatus iubebat delectũ protinus fieri, instaurariq; eius exercitũ/ni Satrapę, ac purpurati eius, Calybassa prę̃sertim consilia illius/& animũ eo labantẽ reuocans/aliã belli molem instare diceret/ Epiroticã expeditionẽ tuto & differri/& omitti posse/ Nunc Hungaricos instare tumultus, in quibus curã ipsius omnẽ exhauriri debere conduceret. Allatæ interim regiæ litteræ mouerũt maxime Castriotũ, neq; belli unq̃ aut iustior causa/aut pulchrior materia uisa est/tamen ne quid inconsultis his ageret/quoq; maxime opera in gerendis rebus usurus erat/coactis ordinibus optimatiũ suoq;/frequenti cõsilio regias litteras coram illis legi iussit/ ubi nemo omniũ est inuentus/qui id bellũ recusandũ sentiret/quũ accenderet æque cunctos ingentibus iraq; stimulis, & pauidas fermé maioris cuiuspiã mali mentes sollicitaret tanta indies crescentis Ottomanę rei magnitudo, & moneret singulos miserabilis req; christianaq; status/& inuicta quondã hungarici impii fortuna, quã si oppressisset Amurathes publicũ/priuatũq. quisq; sibi fatũ ante oculos pponebat/quũ nihil foret usq̃ uiriũ quæ melius tãdiu inclinata rẽ christianã sustinerẽt, & datũ tot uictoriis hostẽ tã æterno bello/ pariq; odio reprimerẽt/spes pterea hominũ ita prospo illo belli euentu aucta fuerat/ ut traderẽt ubiq; se ea fortuna usuros/ quũ neq; ducẽ/neq; hostẽ sibi/sed locũ tantũ mutandũ cernerent/Conciliare postremo sibi potentissimũ ea ætate regẽ ad pleráq; fortunæ/& casuũ humanoq; uarietates unusq;q; uel apto uitæ discrimine cẽsebat/De auxiliis itaq; dandis sine uariatione decretũ/De numero militũ/& q̃titate copiaq; ducẽdaq; uariatũ aliquantulũ/& cõsultatio ad noctem tracta/Multæ hincinde dictæ fuere sentẽtię/aliq qnq; milia militũ/alii octo/pauciora plures decernebant, neq; exhauriendã armis prouinciã/quũ oia bello arderẽt, & adhuc forsan infensus hostis ĩ limitibus Macedonię esset, neq; depugnatũ crederẽt Alybassa semel uicto/Amurathis neq; uires fractas/ neq; aios ulla ex pte diminutos/sed iritatos magis/ De Scãderbegi quoq; profectiõe dubitatũ à nõnullis/actũq. ingenti cõtentione auxilia tantũ mittẽda regi/Ipsum sine multo suoq; incõmodo/ac discrimine req; omniũ uix dũ firmati regni curã relinquere nõ posse/ Maximũ fore domi/militiæq. si opus sit/in eo momẽti/nescire populũ Albanũ alii parere principi/ augeri indies oia/florere pseenti eius cõsilio/absentẽ plena oia squalore ciuiũ/& lugubri quodã situ animoq; omniũ generq; multitudinis habituq;/Scãderbegus quãuis nihil erat de pristina snia mutaturus/Cũ tñ neq; his de pfectione sua/ne ciuiũ amorẽ/suoq;q. beniuolẽtiã spernere uideret/dissentire palã posset/neq; illis de paucitate militũ contradicere ne inuitos ad bellum alienum trahere, & piculi alicuius auctor esse uideretur/Tacendũ sibi tunc é re non minus cõmuni/q̃ sua/esse duxit. Sustulit tamẽ eas oẽs contentiones, sædauitq; tot uno tpe motus animoq; auditus tum Pauli Duchagini sermo/& concitatus in primis/ & tanto principe dignus.

Quid Scanderbeg cum ducib⁹ & pfectis suis sup auxilio ferẽdo Vladislao regi senserit.

QVO ſim genere uobiſcũ orationis hodie uſurus Principes Albani, & in quã ueſtrũ ſententiã iturus expectatis oẽs cupidis fortaſſe animis / ſed fruſtra id quidẽ, quũ néq; ex Scãderbegi/néq; Epirotici imperii dignitate mihi quicq̃ elocuti uidemini (cũ præfatione honoris ueſtri dixerim) licet primæ ſint leges cõcilioꝝ ſicut libere loquẽdi/ita patienter audiendi. Quoniã (quantũ ad haſce Hungarici belli cõſultationes attinet) illam ego & ꝓbatiorẽ longe ſententiã dicerẽ, & æquiori animo audirẽ, quæ nullũ penitus regi auxiliũ accreuiſſet, ſed uicina incẽdia piculaq̃. aliena domeſticis malis/ac propriis neceſſitatibus poſthabẽda cẽſuiſſet/ Quid.n. magis ridiculũ quæſo q̃ nunc octona milia hominũ/nunc quinq̃./nũc pauciora (ſi diis placet) ad tanti belli molem cõputari à uobis? Quaſi tanta cõtentione potentiſſimũ regẽ ad ultimũ fermé certamen eã militũ paucitatẽ ab Epirotico nomine exigere credatis? Sequetur is miles Scanderbegum in Varnẽſes campos? ubi tot omniũ publicis/& priuatis uotis expectatur/ Videbũt tot proceres Hungariæ, & chriſtiani exercitus ducem principem ueſtrũ/quẽ tanta ubiq; fama præceſſit/non cũ aliqua exercitus ſpecie/ſed quadã potius prædonũ ſimiliori manu é cornu ſuo prodeuntẽ/Nanq̃. ſi (quod dii omen auertãt) uinci illum cõtigerit/Victũ merito aduerſis fatis hoſtes irridebunt/& ſui magis, q̃ in alienis locis eũ hominũ numerũ duxiſſet/qui uix domi eſſet tutus/Victorem modica laus/minora manẽt pręmia/ Sed mittenda alius auxilia nouo cõſilii genere hortatur/tenendũ domi Scanderbegum/habẽdã ciuiũ rationẽ habendã multitudinis inconditę/ quæ ęgre alterius imperiũ ſit paſſura. En eó iam uertitur omnis diſputatio noſtra Principes (ut nũc dicebã) ut aut deneget omne penitus auxiliũ regi/aut alium uos animũ induatis. Mittemus ſcilicet Hũgaris pręclara hæc belli præſidia ſine Scãderbego, in cuius nomine ſolo plus eſt illis pręſidii futurũ, q̃ ſi oẽs ſecũ nos habeant cũ coniugibus/ liberiſq; noſtris, quẽ ꝑcipue inuitant oẽs/quẽ ſinguli expoſcũt. Mittamus igitur ſi quiſq̃ eſt qui proficiſci uelit/Non poteſtis ciues in ocio ſine Scanderbego diẽ unũ trahere. Poterit armatus miles aliena ſequi auſpicia? Non domus/non patria tuta ſine eo uidetur uobis/tutus erit in alieno ſolo miles procul ab aſſueto imperatore? Quid igitur agendũ? abhorrent Hungariã copiæ ueſtrę ſine Scãderbego/Vos patriæ amor/ac ciuiũ beniuolẽtia mordet. Illud nõ uultis/hoc nõ poteſtis Principes/ oportet itáq; uos aliter animatos eſſe/ſi Vladiſlai deſideriũ non reſpuitis/ Ego & maximũ delectũ quo celerime fieri poteſt modo habẽdũ cenſeo/ & propoſiti belli occaſionẽ ſuſcipiẽdam, néq; formidandum cuipiã de patriæ ſtatu, quũ aliis nunc Ottomanũ imperiũ diſtineatur curis/Victoriã præterea indubiã ex huius prœlii euentu q̃s nõ audacter ſpõdeat ſibi? niſi cui ſuũ ita edoctũ ingeniũ pauorẽ facit. De Scanderbego uero id unũ nemo ueſtrũ negauerit/facilius uos inuenturos uirum, qui ciuibus ueſtris in pace/& iure reddendo/ q̃ ferrum tenentibus militibus præſit/ſed ne ad hoc magnifica tantũ uerba attuliſſe uidear uobis/Ecce cũ quinq; milibus armatoꝝ me ipſum Hungarico bello pro Chriſti fide in primis & ueſtra omniũ ac Scanderbegi dignitate offero, & ſi ita res ferat deuoueo. Mutauit repente omniũ animos cũ acris Pauli oratio, & liberalis promiſſa opera/ tũ magna

Oratio Pauli duchagini ad Scãderbegũ/ eiuſq. duces, & pręfectos.

uiri auctoritas apud omnes Epiri principes/& Scanderbegum pręcipue/q & ipse omniũ primus in eam sententiã discedens laudare tunc palám eum de omni acta uita,& unũ illa die uere pro decore omniũ locutũ, Fœlicem dictitans rem Albanam/si multos eius propositi principes haberet/Erat hic Paulus (ut retulimus) tũc Epiri non ignobilis/neq; pœnitendaꝝ uiriũ regulus/religionis pręterea, exactiori quodam inter cæteros cultu maximo in honore apud omnes, pręclara illa familia ortus/ex qua tot bellicosissimi duces processere/ Nicolaus præsertim Pauli filius/ qui in bellica laude paternos/auitósq; honores longe superauit. Huius extat adhuc inuictæ uirtutis/ac non mortalis (ut ita dicam) dexteræ monumentũ illud in Peneropoli urbe Thraciæ:quæ nũc uulgo Preserem ab incolis dicitur/ubi affixæ relliquię hostilis scuti, quod in prœlio quodam recenti hominũ memoria eodẽ gladii ictu ita transuersum secuit, ut & pugnantis barbari manũ inutilem deinceps bello reddiderit, Non ab re uisum est hoc loco parũper à propositi negocii tenore diuertisse/ut & patrẽ laudatiorẽ in filio ostenderẽ/ & tã insigne uiri facinus edaci obliuione/ac ingrato silentio non aboleretur/ De Hungaricis rebus cura omnis/ac potestas ad Castriotũ delata, ageret/iuberétq; omnia/quæ è sua/generisq; Epirensis dignitate/utilitatéq; censeret/Qui ne diutius Vladislai desiderium in ea reꝝ necessitate remoraretur/anteq̃ edictum aliquod de habẽdo delectu proposuisset/ Regium nuncium traditis huiusce generis litteris, mox à se dimittit, maximis itineribus proficisci iubet.

Cura oĩs de delectu habẽdo Scãderbego demãdat

Forma lr̃aꝝ/ & rn̄sio Scã/ derbegi ad regem Vladislaum.

SCANderbegus Epirẽsiũ Princeps Vladislao hũgarię/ac pollonię regi. S.P.D. Accepi litteras tuas lęticia/desiderióq; pari Inuictissime Regũ, quas quũ in maxima ducum meoꝝ frequentia legi iussissem/ Nemo omniũ est auditus/qui tam iusti belli occasionẽ à te oblatam nõ ultro adeundam censeret/ Ita & publice oẽs, & priuatim singuli dicere/gratius quicq̃ hodie à diis immortalibus sibi tribui nõ potuisse/q̃ ut & optimum regem aliquo sibi non ingratorum animoꝝ officio deuincirent, & rei christianæ simul tam oportunam operã præstarent. Gauisus sum maxime ipse in ea meoꝝ uoluntate tum tua in primis/tum cõmuni causa/quũ ita animatos pro christi fide/& affectos tibi milites nostros/& omniũ generum ordines uel sine ulla adhortatione mea uiderim/q̃q̃/quis nisi diis pariter & hominibus inuisus tam iustissimũ bellum recusauerit/ut nullus sit religionis pudor, nulla cõmunis periculi rõ/ pro eo rege/ad quẽ q; regnamus christiani/q; uiuimus/q; spiramus/q; loquimur/unice referre/& possumus/ & debemus/ qs nõ arma libẽs sumpserit? & in apertũ etiã ruat discrimen pro hungariæ populis, quibus tanto malo/ sanguinéq; per oẽs ætates christianæ salutis defensio stetit, qui uel ab ipsis propé incunabulis æterni hostiũ nostroꝝ hostes christianæ sese dignitati iam inde deuouerũt/Vtinã uellet Deus optimus/maximus Vladislai, ut possem ipse ad hoc pręclarum bellum tibi tantũ afferre uirium/quantũ sum animi/& cupiditatis allaturus/Non iaceret diutius fortasse in eo squalore Europa ab impio oppressa Amurathe/Non uelut piaculo quodam alioꝝ fumarent totiens hungarico cruore Basilienses ac Varnenses campi, & Epirotico sanguine omnis Macedoniæ angulus/

Periimus iam omnes, dum quiſq. ſibi ſe tantũ natũ exiſtimat, Sed quid nunc ipſe mecũ has inutiles querelas iacto, & nequicq̃ conqueror? profecto néq; uirium me meaꝝ pœnitet omnino, néq; ſi ſecundis diis acies tecũ mihi ad tam fœlix bellum coniungere licuerit/fortunæ noſtræ chriſtianum nomen (ut arbitror) unq̃ pœni/tebit/Ad ea nanq; .XV. milia militum, quæ in Macedoniæ finibus nuper Alỳ/baſſam fuderunt, totidem adiicere in animo eſt, Cum quibus q̃primũ integrum fuerit ad uos iter arripiam, ſigna tua in oẽm euentũ ſecuturus. Vale. Ex Croia pridie Nonas ſextiles/M. CCCCXLIII.

DATIS ad Regem litteris, Ipſe toto animo ad delectum faciendũ ſe cõuertit. Copias, quas cõtra Alỳbaſſam habuerat primũ omniũ iubet inſtaurari/ Multi integri quoq. abſtinere ab eius belli apparatu nihil prohibiti ab ipſo, Ita néq; inutili alicuius/& omni uoluntarioꝝ opera uſurum ſe ad eã rem ſtatuerat/Decreto inde per prouinciã interpoſito. mox. X. milia hominũ ſcripta/Paulus quẽ nup in cõcilio uerbis declarauerat animũ, factis tunc pulcherrime aperuit. Nã procedens inter primos. V. milia lectiſſimoꝝ militũ/ſeq. cũ illis Scãderbego tradidit/Tunc domeſticis rebus/ac prouincialiũ negociis prius compoſitis, omni recenſito exercitu Caſtriotus ordines diſtinguit, ac diuiſis/ ut operæprecium uidebatur legionibus, ſuos quibuſq. ductores dicit, uelut iam inde bellum hungaricũ eſſet auſpicandũ/ Deinde pro uictoria ſupplicationes ab omnibus factæ/Nunq̃ ab Epirotico belli/coſiori magis/q̃ religioſiori populo tot precibus deus fatigatus/ Ita ab ituro extra patriã milite nullis uotis pro reditu parſum/Sic diuinis humaniſq; rebus rite peractis abſtractus à patria miles aliũ iam ſibi animũ induerat/Sola hũgarici belli/ ſola aſſueti/ac fędi nuper in ſanguine hoſtis ſpecies ante oculos obuerſabat/Magno itaq. gaudio iam Mỳſię fines intrabat ſignifer, Quãdo uel fortuna imittis/uel imotus fatoꝝ ordo/uel ſupplicio qdẽ propior apud ſuperos ſordiũ chriſtianoꝝ indignitas. Vnius hois perfidiã excitet ad ea omnia impedienda/turbãdaq., & ſimul perpetuos hũgaris luctus/ac tã inſignem cladem nomini chriſtiano infligendam/ Erat hic Georgius uuchouichius/de quo ſępius mẽtio facta nobis eſt, tũ eius puincię princeps Deſpotes Seruię uulgo dictus/ita ſumpto uocabulo/uir (ſi quicq̃ iſta ad bonos mores prodeſſent/& corporis decore/ac maieſtate oris nõ uulgari/Facũdia uero/ac ſermonis grauitate/ſi quis alius uenerabilis/Familia nobili/uetuſtiſſimáq;/ætate qdem prouecta/Religionis aũt & fidei (ne id ſcęleꝝ eius omittamus) neglector, ut nullus fermẽ deoꝝ cultus in pniciioſiſſimo hois caderet ingenio, ęque & chriſtiana p̃cepta, & Macomethi leges ſpernebat/Semel quũ diu poſt hoc Varnenſe prœliũ nonagenarius ſenex Meumethẽ fugiẽs i Hũgariã ad auxilia petẽda ueniſſet/agẽti multa ſecũ de chriſti fide Ioãni illi Capiſtrano rñdiſſe fert/Laqueo citius uitã finire pſuaderi ſibi poſſe/q̃ imbutas patrũ traditiones relinquere, Sicq. abiiſſe è conſpectu iterantẽ ſępius malle ſe à ciuibus ſuis infœlicem principem, q̃ delirũ ſenẽ dici/Is igitur turcaꝝ tũc enixe partes fouebat/tũ ob collocatã in matrimoniũ Amurathi Cathaguſinã filiã, tũ propter odiũ in Hungaros, Ioãnẽ pręſertim trãſiluanũ, Cuius quũ opera olim (ut in liberatione Scanderbegi ſupra retu/

De nũero copiaꝝ, & pfectiõe Scãderbegi in auxiliũ Vladiſlai/ De ſupplicatiõib⁹ decretis ob eius diſceſſum/ De impedimẽto trãſitus Caſtrioti p Mỳſiam à Georgio Vuchouichio pricip.

limus)contra Amurathem adiutus esset/& in regnum restitutus,quædam Seruię oppida, quæ Hunniades in uirtutis mercedem retinuerat/ non reddita sibi æquo animo perferre nō poterat/Quare audito Hungarici belli apparatu, & Scanderbegi aduentu, transitus ei omnes uias, & itinera præclusit, Conatus est nequicq̄ Scāderbegus monere per nūcios Despotē/& lenioribus uerbis agere. Ne maleficio præoccuparet se,quando nulla subesset iniuriæ causa,& hostē uellet ex amico/uicinóq; simul/& totius Hūgariæ, & Epirotica in se arma sollicitare/à tergo/à fronte hostē omni tempore habiturū,nisi nunc ad se cū Vladislai copiis iungendū liber legionibus suis pateret aditus/ne patiat' grauē aliquā iacturā rei christianæ, quæ/& se pariter cū omni impio exhauriat/Dū tantū filiæ eū amor Amurathi cōciliat,Satis/& generi pfidiā/& Hungaroꝝ beneficia expertū/Quū nihil pdessent hęc apud pditū hominē,neq; ullā nisi in armis spem erūpēdi cerneret Castriotus, quāuis molestū erat/& piculosum uidebat' iā inde belli labores ordiri,qui recētes suoꝝ uires aduersus regiū seruabat exercitū, uiā tamē ferro aperire si posset/pulchrius est uisum,Dū sic in Mÿssię finibus irritatus Epirensis exercitus per multa incōmoda moram trahit,& Scanderbegi iter Despotes tardat magis,q̄ impedit, Erupisset.n.tandē quāuis non incruento milite,& uicisset oīa ptinax ducis uirtus.

Vladislaus,p perat ire uarnam locū pugnæ,q̄ Amurathes ī lōgū ptrahit, q̄ad nouus miles ex Asia ī Europam in sui auxiliū traiiceret.

Vladislaus interim tū litteris Scāderbegi erectus,tū magis fato trahente ductus Valachia trāsmissa,danubióq; supato cū copiis christianis Varnā attigerat,ut inde p plana locoꝝ itinere faciliori in Romaniā signis infestis pgeret/campestris is locus est in Mÿssię finibus ab alia parte situs/nobilis iamdiu tot exercituū strage, & inuisum uel fortissimis bellatoribus solū,Amurathē tñ cū hostilibus copiis interim hungarus alacribus animis,& ingenti cupiditate expectabat,nullo loco satis/temporeúe detrectaturus pugnā/ubi hostis facultas adesset. Turcaꝝ exercitus segnior aliquātulū præter spem omniū christianis occurrit,Nā quū Amurathi græcoꝝ,& suoꝝ etiā/qui in Europa manebāt,fides suspecta esset/exercitū/ex asiatico milite cōparauerat,sed qa classis Romana. Philippiq; freti traiiciēdi spem abstulerat,diu inops animi trepidabat magisq; cōsulebat,donec christiani qdā (si uera est fama)ea Ottomanū cura exoluere,polliciti nauibus suis accepta mercede copias in Europā trāsportare,sicq. in angusto quodā loco,quod inter Propontidem, & Euxinū pelagus spacii interiacet, Europā ab Asia discriminās,Asianus trāsuectus est,aureo nūmo à singulis uectori tradito,centū milia fuisse ferunt,quū tam imensis copiis Amurathē aduentare fama p̄monuisset,Vladislaus/cæteriq; auxiliarii principes de fuga agere cū suis cęperūt, & dum integrū esset,consulendum saluti omniū,Barbaro cum ea multitudine uenienti,sine maxima totius exercitus pernicie occurri nō posse,Vnius tamē Hūniadis sententia uicit, qui per maximū cōtemptū hostis omnem ex suoꝝ animis fugæ memoriā aboleuit, quū expertum se totiens turcas diceret,Plus nominis semper/q̄ uiriū ad bellum afferre cōsuesse, Demptóq; eo nominis fulgore fœminas certe fore,atq; longo interuallo Hūgaris impares,Expectatus itaq; hostis est, Quo uiso Hūniadem/qui cæteroꝝ prius arguerat timorē,præsenti tamen re,& periculo perculsum fugā suasisse regi ferunt,

Multáq; hic de illo ſiniſtra uulgata ſunt fama, & q̃ in ipſo pugnę ardore, dũ Vladiſlaus fermé uictoriã é manibus amurathi extorſiſſet/cũ decẽ ſuorũ milibus aufugiſſet nónulli auſi ſunt affirmare, Ego in re tã incerta maluerim ſeq illorũ ſentẽtiã, qui nuncii poſtea/& relliquię eius cladis ad Scãderbegum in Macedoniã uenere. Hũniadẽ ęque uiſas/ac auditas turcarũ copias cõtẽpſiſſe, in bello pari aio/ac uirtute uſũ, primóq; fermé ipetu Europę/atq; Aſię p̃fectos maxia edita ſtrage í fugã cõuertiſſe/eoſq; terga hoſtiũ cædendo late inſecutũ/Donec ex alia pte Vladiſlaus ſpreto Ioãnis cõſilio, qui illũ é caſtris egredi ꝓhibuerat, niſi ſe cũ uictoria reuerſũ uidiſſet, tũ ſuorũ quorũdã funeſta adhortatiõe impulſus/qui dicerẽt Ioãnem regis gloriæ inuidiſſe/& idcirco ab eo in caſtris relictum, ut oĩs uictorię laus apud ſe foret, tamẽ ob ætatẽ impatiẽs, Adoleſcẽs.n.erat caſtris infęlici auſpicio egreſſus in Amurathis cohortẽ impetu alacriter facto/aliquandiu circa munimenta hoſtium acrius/q̃ cautius dimicãs obtrũcatus eſt/caput eius haſta infixũ uiſúmq; tũ deſperatã iam uictoriã turcis reſtituit, Tũ hungaros, hũniadémq; hoſtiũ tergo inſtantẽ terga dare mutata fortuna coegit, Fugientẽ eũ poſtea in Seruiã Georgius cæpit, fœdeq. in uincula cõiectum nõ prius dimiſit, q̃ illa/quæ diximus impii ſui oppida habuit, Hic euentus fuit tã memorabilis belli, quod uictoris certe q̃ uicti maiori emptũ ſanguine ꝓhibetur. Quãobrẽ Amurathẽ poſt exhauſta iã hæc pericula meſtiorẽ uiſum obiurgatũ à ſuis dixiſſe ferũt. Nollẽ ſæpe ita uincere poterũt merito me eqdẽ conqueri ſemp chriſtiani de Deſpotis p̃fidia, qui Epirotica auxilia é p̃lio ſubtraxit, Vt nulla.n.futura fuerit tot miliũ hominũ opa. Quid nõ excellens præſtitiſſet? Quã nõ traxiſſet belli fortunam à Scãderbego/adiuta Hũniadis uirtus? Quid eo pręterea pulchrius ſpectaculũ ulla uidiſſet ætas? Fortiſſimi milites ambo qñ opus erat, idemq. optimi impatores/Viriũ ui maxima/uigore aiorũ pares. Fęlicior hic noſter bellator/fortunęq. maiori afflatu ſemp uſus/ut ex omni deinceps uitæ tenore apparuit. Prouectior Hunniades/& militia/& ætate iunior. hic p̃lia licet pauciora, ſecũdo tñ oĩa fecerat euentu/ſingulari certamine non nimis/q̃ ordinario marte aſſuetus/& fœlix, Militũ animis accepti ambo, ſed lætiori ingenio Scãderbegus. Hũgaricũ ille/ac Valachũ militẽ nũq̃ fermé mutauit/Hic italicorũ opa frequẽter uſus in rebus gerẽdis, & eorũ cõſiliis armorũq. uſu delectatus, Hoſtem niſi barbaricũ nõ nouit Hũniades/Caſtriotus ex italo bello/& neapolitani regni liberatione nõ minus fermé, q̃ ex barbaricis triũphis nominis ſibi/& glorię uẽdicauit. Poſtq̃ fama chriſtianę cladis iã ubiq; ꝓpagata eſt, & hũgarorũ exercitũ fuſum/deletũq./Scãderbegũ adhuc in Mÿſię finibus degẽti/nunciatũ eſt. Dolore pene cõfectus/multáq; diu uoluens animo iã cõuerſis ſignis abire conſtituit. Ne tñ inultus ex omni parte foret/dolor/& Georgii p̃fidia aliqua ulciſceretur re, mox infeſto exercitu/Deſpoticũ, & hoſtilem agrũ irrũpens, lateq; depopulatus omnia igni/ferróq; abſumpſit. Reuertenti in Epirũ paſſim Hungari, Polloniq./qui ex ea ſuperfuerãt clade, ut quoſq; fuga/fortunáq; ſua contulerat, occurrebant, quos liberaliter habitos/cultóſq;, & ut in calamitate tali pecuniis/ac multorũ cibariis Dierũ adiutos naui giis impoſuit, qui Raguſium tranſportati inde in Hungariã reuerſi ſunt.

Pugna hĩcin de cõmittit, Vladiſla? cũ exercitu ſuo obtrũcat, fuga Hũniadis ad Deſpotẽ ſeruię/ à q̃ capit/& in uincula cõiicit.

Verba Amurathis poſt uictoriã cõſecutam/perfidia Deſpotis. Cõparatio Hũniadis ad ſcãderbegũ.

Caſtriot? cladẽ hũgaricã ægreferens agrũ Deſpoticũ dirripit atq; incẽdit.

Att. Scãderbegi erga relliqas uarnenſis cladis humanitatẽ/liberalitatẽq.

# LIBER MARINI BARLETII/ DE VITA/ ET GESTIS SCANDERBEGI.

## LIBER TERTIVS.

Amurathes ſollicitatus à ſuis/ ut bellũ Scãderbego iferret/ pacẽ ab eo litteris fraudulenter doloſéq; fruſtra petit.

AMVRATHES Hungarico exercitu deleto/neq; uictoriã eſt ulla ex parte/neq; arridentẽ fortunã ꝓſecutus/ ita ut diminuti potius ex eo belli euentu/ q̃ aucti animi eius uiderent/ & tot uno tpe clades alia ſup aliã abſtinere tã uictores ab oís belli cupidine cogebant. De Epiroticis itaq; rebus, quæ dilatæ fuerant/eo conſilio/ne duplici onere res Ottomanæ aggrauatę eſſent/nihil actũ eſt oino/Interrupit tñ oia/accendítq; ſopitos/& ueluti oblitos iam iniuriarꝝ animos recẽtibus irarꝝ ſtimulis nouus/ac frequẽs nũcius/ nũc à Deſpote/ nũc à Macedoniæ finibus. Hoſtilibus undiq; armis/atq; Scãderbegi exercitu oia deleta/deſertáq; ferebant. Iam nõ agrorꝝ/non uillarꝝ eſſe/nõ cæterarꝝ rerꝝ ueſtigia, cuncta ferro abſumpta incẽdioq. arſiſſe/Agreſtes trucidatos, niſi quos fuga ſerua uerat/chriſtianum exercitũ ꝑter ſubitaneas quaſdã/& leues excurſiones iã bis totis ſignis impune irrupiſſe, & tantũ abactũ prędę/agreſtiſq; patrimonii/q; ex ea ſola pecunia cõmode ſit Caſtriotus Ottomanũ lõgo bello pulſaturus, Res chriſtianorꝝ florere indies magis/Ocioſos agreſtes, Nunq̃ culturã agrorꝝ omiſſam, omniũ rerꝝ illis affatim copiã exhiberi, ſe prẽter hoſtem aſſiduũ famẽ quoq; iãiã iminentẽ timere/qa tot excurſionibus ſemẽtẽ facere ꝓhibiti ſint, Georgius q̃q; q̃relis cũcta repleuerat, & generi auxiliũ implorauerat, Se deſperatis fermẽ rebus turcarꝝ nõ defuiſſe, eorũq. pericula ſuo diſcrimine/& ſanguine propulſaſſe, qbus uix ope deorꝝ omniũ cõſuli potuiſſet, & iminens exitiũ Ottomano imperio/ imperii ſui corpore protexiſſe, Epiroticas copias diutius trãſlato ĩ ſe bello ne Hũgaris ab altera Myſię parte expectantibus iungerent maximis prouincialiũ incõmodis ſuſtinuiſſe, arcuiſſeq./ac corpora ſuorꝝ pro munimẽtis Scãderbego oppoſuiſſe, Cogitaret ĩ quo ſtatu res turcarꝝ nunc, niſi Epirotica auxilia Hũgarico bello eius diligẽtia fuiſſent ſubtracta, qñ ſolę Vladiſlai copiæ tã cruentã ſibi uictoriã fecerint, Nunc ſe q; miſeratus fuerit eius fortunam ad Hũgarorꝝ odia, ueteréſq; ſimultates Scanderbegi quoq;/& uicinorꝝ in ſe omniũ arma cõcitaſſe/pœnãq. imerito eius beneficii luere, Scãderbegũ nõ Amurathem uictorẽ uideri ex Hungarico pręlio/ita cõpoſito agmine nũc ſuis, nunc eorꝝ finibus iſultare, nihil iã ſe uſq̃ prẽter oia hoſtilia aſpicere. Mediũ quodãmõ inter Hũgaros/Epirotáſq; bellicoſiſſimos populos imparẽ fore eorꝝ uiribus, ni gener curã eius ſuſcipet/quẽ ipſe in anguſtiſſimis rebus tanto beneficio ꝑoccupaſſet. Mouerunt maxime oẽs tũ prouincialiũ querelę, tũ Deſpotis recens meritũ, Scanderbegi ꝑterea uires tũc opprimẽdas/& opprimi tutius poſſe rebantur, ne ſenſim ꝑ ruinas illas agrorꝝ, & totoppidanorꝝ uexationes totius uendicandę Macedoniæ occaſionẽ quæreret, Odium eius in ſe, ac efferatã rabiẽ ſatis ex eo nup ꝑcipi potuiſſe oẽs dicebãt, q; omni fermẽ præſidio ꝓuinciã exhauſerit,

& uacua omnia custode reliquerit, ut ad eorꝝ nomen delendum Vladiſlao cũ co/piis ſuis præſto eſſet, Ni cito reprimatur ea ferocia, cæterorꝝ chriſtianorꝝ cõtinuo arma in ſe ſollicitaturũ, Propior itáq; ad bellũ erat Amurathes, & è ueſtigio dele/ctum/armáq; iuſſiſſet, ſed quia tũ magna ex parte militaris ętas Hungarico bello exhauſta erat, & Alybaſſe fortuna recentis adhuc cladis memoriã refricabat, tum quia iam ſenior ipſe in quiete reliquũ uitę tempus tranſigere cupiebat, tam uanũ, q̃ nouũ conſilii genus eſt meditatus, quo notis artibus/ac fœlici totiens apud alios mendacio/captaret hominem/quem armis ſuperare non poſſet, Non extraneum me equidem fore duxi/neq; ingratum forſan legẽtiũ animis characterem litterarꝝ Ottomani hoc loco contexuiſſe, quibus Scanderbegi ingeniũ ſollicitare, & in oẽs partes uerſare conatus eſt. AMVRATHES Ottomanus Turcarꝝ princeps/atq; orientis imperator Scanderbego alumno ingratiſſimo nullam ſalutem. D. Officia/quibus te ornarẽ omni tẽpore, dum apud me ageres/nunq̃ defuerũt mihi Scãderbege hominũ ingratiſſime, Verba nunc quibus alloquar deſunt/ita multi/plici tu ſcelere/pfidiáq; animũ meũ offendiſti, læſiſti dignitatẽ, ut quo ſim genere orationis apud te præſertim domeſticũ uſurus nec cõſiliũ/nec modus ſuppeditet, Neq; enim uel atrocior ſermo demoliturus eſt ferox ſuapte natura ingeniũ, uel mi tiori tu dignus oratione, qui feritatem oẽm longe ſuperaſti, & ne quã mei iritandi omitteres, eo es nuper amentiæ progreſſus, ut uel propria incommoda, & ciuium tuorꝝ ſalutẽ Hũgaricis cõtra me ſumptis armis poſthabueris, Piget proloqui alia, & uelut uulnera quędã attingere, ſi modo obliuiſci unq̃ pateretur animus, uel ſilen tio tegendę forẽt tot nefarię tuæ fraudes/& ingratiſſimi animi exẽpla. Monendũ tamẽ aliquãdo, licet ſero fortaſſe duxit, Ne ea te ferocia præpropere cum tuo iſto funeſto imperio præcipitẽ agat, & tunc diutini huius erroris confeſſionẽ exhibere uelis, quũ iam nullã tibi opem deſperatis rebus omnibus reliquã feceris, Satis tot tuas hucúſq; iniurias pertulimus, Sat multis Ottomanum imperium contumeliis laceſſiſti, & ad tot mala patientem me ſatis præſtiti, impune tibi proditus ille in Hungaria exercitus ceſſiſſe exiſtimãs, Impune tot dirrepta in Epiro à corpore im perii mei oppida, & cæſa prẽſidia/Impune, & hæc (recentiora loquor) ceſſura cre dis? Deletũ Alybaſſę exercitũ, tot agrorꝝ uaſtationes, & incendia/Nouitérq; adiu tos, quãtũ in te fuit, Hungarici belli tumultus, ac Georgii ſoceri/q; te abſtinere ab imperii ſui limitibus uoluiſſet, late depopulatus ager, Reſipiſcas tandẽ aliquando improbe, neq; expectes diutius quorſum ſit hæc indignatio mea eruptura, Ne le/uiuſcula hæc ſecundarꝝ rerꝝ incrementa eo ſtolidũ deſideriũ prouehant, & acuant libidinẽ, ut miſerabilior poſtea fortuna tua uel infenſo cuiq̃, atq; ipſi mihi miſera/tionẽ cõmouere quæat, Memineris aliquãdo (ſi qd iam reſidet in perdito ingenio humanitatis) meorꝝ officiorꝝ, ne tã male in te locata longius deplorẽ. Quãuis non ciuilis ſit animi cõmemorare ea/quæ in aliquem liberaliter cõtuleris, Ingratiſſimi tamẽ eſt præteritorꝝ meritorꝝ ſic facile obliuiſci potuiſſe, Quare nõ poſſum nõ do lere hoc loco ſortẽ tuã Scãderbege, & miſeratione quadã affici rerꝝ tuarꝝ, Vt enim omittam animę ſalutẽ (id/quod tu ad extremũ perditus homo/pro nihilo habes)

ut ſpretas Macomethi leges, & cõtemptũ à te diuinũ prophetã, prę chriſtianis ſu/ perſtitionibus taceã, Quid eorꝫ, quæ magis cæca hominũ ingenia delectant, defi/ cit unq̃ apud me tibi, haſce paupis regni tui ſordes tanti hodie æſtimares, An ar/ ma, an equi, an longus ſeruorꝫ ordo, an pecuniarꝫ, rerũq. cęterarꝫ ſupfluentia, quæ oẽm ætatẽ ſolent allicere, an exercẽdę uirtutis/& totius glorię materia tibi deerat? An domi militięq. negatę dignitates, p̃fecturę/& cuiuſuis generis pares tuæ ætati honores, in aula demũ quis te unq̃ charior mihi? quæ acceptior indoles non pere/ grina tantũ, ſed magis intima, domeſticáq; unq̃ fuit? Qua diligẽtia, inſtitutionéq; infantẽ fermé ad me delatũ educare curaui, & bonis artibus/ac optimis moribus álui, auxiq. creſcentẽ indies uirtutẽ/tũ pręmiis/tũ omnimodis laudibus/& ita bel/ lico decore (quo nihil pulchrius eſt ĩ rebus humanis) omni tpe exornaui, ut nullo certaminis genere, uel notior apud me miles, uel dux clarior haberet. Pro hiſce tu beneficiis eũ te exhibes/hodie Scãderbege, ut nõ modo nõ quẽ putarã uirum, ſed peſtem quandã intra parietes meos aluiſſe uidear. Sed age Patriæ te amor ſollici tabat, quã ſi à me petiſſes, negaturus ne tibi erã, quũ iã totiẽs ſi meminiſſe potes/ ultro eã tibi ꝓmiſſerim? Maluiſti tu tamẽ eã ꝑ maleficiũ ipſe, q̃ à me bñficio ha/ bere. Habeas igit diis approbãtibus, néq; me reprobãte, & ꝓfecto qua ſum animi clemẽtia erga quoſcunq; mihi aliquo tpe familiares, & cognitos/omniũ nunc ipſe tibi ueniã trado, non tuo pręſenti merito, quod nullũ eſt, ſed qa, & in hoc publico odio/tũ priuatim in te collati officii, tũ præſtitę tuę, olim in rebus meis fidei libet meminiſſe, quãdoqdẽ multo diuturnius tẽpus fuit, in quo ſeruiuiſti, q̃ in quo offen diſti, Croiã, & regnum paternũ tibi/licet nefaria fraude uendicaris/cõcedimus ea lege, ut cætera Epiri oppida, quæ nullo ad te iure ꝑtinẽt, Sed uirtute ipſe quondã mihi/ac belli fortuna quæſiui, ultro reſtituas/Mỳſſorꝫ res/ſocero meo incorruptas quoad magis fieri pót/q̃primũ reddas, & cętera, quæ abſunt, ęſtimata pecunia re/ pẽdas, Deincepſq. in omne tẽpus, tã eũ/quẽ nos amicũ habuerimus uiolari, à te, q̃ hoſtes meos, aliqua iuuare opera nefarium cenſeas, Sic & turcarꝫ odia effugies in perpetuũ, & idem erit apud me tibi amoris, & beniuolentiæ locus, qui antea fuit, niſi malueris malo edoctus tuo, tũ pœnitẽtię fruſtra locũ quęrere, cũ audacia iſtęc tua, & ferocia me præſentẽ implacabilẽ ultorẽ habeat, Noſti iã uires meas, noſti exercitus robur, Habes ante oculos hungaricæ fortunæ nõ leue documẽtũ, quare longiori admonitione non indiges, Cæterꝫ quicquid es ipſe facturus ſcribere te ad ſummũ uelim, Poteris etiam cũ Aỳradino noſtro corã agere homine & certo/& fi deli à quo, & alia plura audies, quæ non ſunt litteris commiſſa. Vale ſi ſapis, Ex Adrinopoli. XVII. Klen, Iulii, à generatione Ieſu, M.CCCCXLIIII.

INAnibus litteris fides nõ habita à Scãderbego, ſed ſprætę ęque cũ ipſo auctore ſunt, Non defuerũt tamẽ qui dicerẽt, à p̃ñti Amurathis cõſilio, dolũ oẽm abfuiſſe neceſſarióq; id timori aſcriberẽt, Coactum tyrãnũ ad haſce pacis cõditiones pro/ pter hungaricũ metũ, & grauiorẽ iam ſenectã, deuolutã, fuiſſe, Meumethis quóq; filii ætatem imperii oneribus imparẽ ſolicitudinẽ patris intendiſſe, Scanderbegi præterea uires ex recenti illa Alỳbaſſę clade metiri, ſimulq. fidẽ tot Epiri populorꝫ

in illum, ac gratiã eius apud christianos principes in dies crescentem uereri, mentiri tamen illum, dum restitui sibi oppida illa, & Epiri partem, dum refici damna sociorũ á Scanderbego dissimulato pauore petit, multa proposuisse iniqua, ut aliqua æqua ferat, eã habiturũ pacem, eas conditiones subiturum, quas dederit Castriotus, néq; de amissa iam Epiri possessione, aut mỳsiorum rebus mentionẽ facturum amplius/dũmodo ab armis abstineat Epirensis, Cõponi autem eo modo cũ Ottomano, & inducias aliquas fieri, nec inutile, nec indecorum fore, quũ ipse præsertim prior ad hoc inuitasset, & alioquin ad multas prouincialium cõmoditates id facere, bellorum euentus incertissimos esse, stolide arma paci præponi, nõ fidendum fœlicibus primordiis fortunę, & Hungaros plura q̃ se aduersus Ottomanũ fœlicia prœlia gessisse, nunc tamẽ recenti illa obrutos clade ingẽtia damna frustra recensere, Occupandum potius hostis animum, beneficio aliquo, q̃ iritandum longius, si pax ab eo ultro quęsita spernatur. Scanderbegus tamẽ in ea paucorum sententia (licet & uera aliqua dicerentur) improbare audacter eorũ consilia, conqueriq; / q; Ottomanas artes Epirotica gens omnium ultima, maximo suo malo scitura foret, Amurathes inanes litteras inaniorẽ quæ sibi haberetur, fidem inuenisse, Spectatorem Aỳradinum apud stolida ingenia suorũ oratorem censeri, & caduceatorẽ missum/ adhuc & si nihil eorum timeatur, & omnia sint propiora uero, quid tantæ læuitatis esset, q̃ hosti magis etiã q̃ rebus suis credere, & ab alienа fortuna, belli, pacisq; consilia mutare, quum á sua possent, Fateri se/& Amurathem effœta iam ætate, & turcarum perniciem, in Varnensi prælio/& alia, quæ ad deponenda tunc Barbarorũ arma maxime inuitent/sed nunquid ea ad deprimendos Epiri animos proficerent, uel tollendos magis? An ad eas pacis conditiones subeundas, quas uictus hostis uictoribus offerre audeat? Neq; momentum fieri/q; admittendas quasdam, respuendas alias dicerent, utroq; modo fœdissimã pacẽ futuram, neq; effici posse, ut Ottomanus pauorem animorũ & diffidentiã eorum non cognosceret, Agerẽtur tamẽ, quieturum crederent aliquantisper Amurathẽ, dum nondũ omnino sedatos Hungaricę cladis tumultus, & exorientes iam ignes extinguat, pace interi sua gauisuros Epirotas, quousq; plenis uiribus, totoq; bello in eos uerso nequicq̃ uiolatum fœdus prætendentes opprimat, neq; tamẽ eam esse ætatem Ottomani, quæ adhuc ad bella gerenda non sufficeret, consilium spectari in imperatore non manũ, prudentiamq; ducum se magis q̃ promptam bello dexteram/ac stultam, infœlicemq; temeritatem semper timere consuesse, Manere in effœto corpore uegetum ingenium/hostilesq; spiritus/sed & si nulla esset Amurathis opera, non hostem sibi ideo defuturum, Breue præterea commodum pacis cũ morti propiori sene fieri posse, erupturũ in maiores apparatus ferox Meumethis ingenium, Se igitur pacem/quũ arma utiliora essent/bellum, quũ ocium mallent/habituros, Nihil tunc/nisi turcarum commodis consuli ab Epirensibus/ quæ ratio esset expetendæ pacis, quũ uictoriam in manibus haberent, quũ hostis apertam confessionẽ cernerent? Cur non fortunę sequerentur afflatus, & oblata ultro fruerentur occasione? Cuius si præteruolasset opportunitas/ omissam postea, nequicq̃

ſint dolituri, Turpe tum de pace fieri mentionem, quum uix uulnera ex recenti illo Alybaſſe prœlio coaluerint uiris, Recuperarent prius auorum ſedes / & tot populorum ſuorum libertatem uindicarent / Tum demum pacis conſilia honorifice/uel proponi/uel admitti poſſe / Adeóne Vladiſlai clades tam inſigne illis documentum pauoris dediſſet, ut magis Epirotarum animos / q̃ Hungarorum ea belli fortuna ab armis alienaſſet, (ferebantur/nanq; incertę quædam uulgi uoces Hũniadem ad delendam illam Varnenſem ignominiam animũ conuertiſſe, & tacite de inſtaurando exercitu cogitare). Commoti ſunt maxime / ex eo omnium animi/in hoc igitur ſicut/& in aliis rebus obtemperatum Scanderbego/quin pœnitebat homines aliquid eſſe elocutos/quod ipſe non probaret, ne cuius belli conſilia ſecuti eſſent, ea in ulla rerum ſuarum fortuna aſpernari uiderentur. Caſtriotus itaq; primum omnium Ottomani nuncio ad ſe uocato/ pluribus cum eo egit/ nunc omni teſte ſemoto/ nunc palam ſuorum audiente concione multa, tum publicarum / tum domeſticarum cladium enumeratione de Amurathis perfidia eſt conqueſtus, Dehinc illo perbenigne habito/lautiſſimé q; per aliquot dies accepto/ & pari animo/fiduciáq; (ne timoris alicuius ſibi ipſe cõſcius exploratori/quẽ putabat/uideretur) ducto per ocium ſecum ad munimenta ſingula/& militum ſtationes uiſendas/ac omnem caſtrorũ formam contemplandam, cũ huiuſmodi ſententiæ litteris illum à ſe dimiſit.

Rñſio Scanderbegi ad epſas Amurathis. Indignatio eius i Scãderbegũ ad quẽ inuadendũ Feriſiũ cũ exercitu mittit.

ATHLETA Chriſti Georgius Caſtriotus / alias Scanderbegus Epirotarum princeps Amurathi Ottomano turcar̃ principi. S. D. Superaſti olim tu me (ut ſcribis) multiplici genere officior̃, Ego te hodie modeſtia/ & linguæ temperamento uincam, Neq. enim quicq̃ tam ſeruilis ingenii eſſe puto/q̃ uel apud infeſtiſſimũ hoſtem ea fœditate ſermonis/& petulantia dicendi abſtinere nõ potuiſſe. Quare & litteras tuas, & nunciũ æquo animo accepimus, uidimuſq., & riſum ut uera fatear) magis excitarunt mihi tuæ litteræ, q̃ mouerunt ſtomachum/dum uel in ipſo ſtatim dicendi ingreſſu tantæ ingratitudinis, & perfidiæ audes me inſimulare, & rurſum leniori quodã ingenio ductus animæ meæ iacturã recenſes miſerrimi fati tui ignarus, ac longi errroris ſtudioſus defenſor, Demũq. nullo belli iure, ordinéq; rer̃ ſeruato imprudẽter/ne dicam impudenter tanq̃ uictor uicto multas pacis cõditiones proponis, & eas præſertim, quas liberæ aures uix queant audire. Ego quidẽ Amurathes/quãuis tot tua maledicta poſſent, uel patientiſſimũ quẽq; ad maledicendũ armare, Concedo tamẽ aliqua ætati/& liberiori ſenis ingenio, dolori reliqua, quẽ difficile eſt temperare, præſertim q; ipſe non iurgiis tecum conuitiiſq., ſed armis, & iuſta belli ira certare inſtitui. Quid tamen/quæſo, Ottomane ita deos/hominéſq; accuſas/quaſi prior ſis à me hoſtilia paſſus nõ prior intuleris? ita ne neceſſariã à te defectionem perfidiam appellas? Scelus obiicis mihi recuperatam ingenio/& uirtute/patriam? Sed age obiicias, Nihil enim recuſo, ut horum me reum criminũ in omnia ſæcula efferas, Officia quóq; in me tua, quæ longo ordine recenſes/cõmemoraſq., recordarer & ipſe libenter/in ingentium omniũ malor̃ memoriam hæc traheret ſecum cognitio, quæ ſi forent inuicem compen-

ſanda obrueretur ſané maioribus undecunq; maleficiis tanta magnitudo tuorum meritorum, reputare tamen ea tecum te ipſum / q̃ me referente erubeſcere malo, Miretur ſané illud unum unſquiſq; / qui ſciat, quomodo aut ipſe ad ea patienda ſuffecerim, aut te non aliquo tempore tantæ crudelitatis / odiorumq̃. ſacietas ce/perit, Abſtuleras regnum paternum mihi, necaueras fratres/meq̃. ipſum nihil tale timentẽ iampridem nefariæ morti deuoueras, & nouũ adeo nunc uidetur Amu/rathes/q; tunc non immemor libertatis animus tantę ſeruitutis effugium aliquod cõquiſiſſet, Quouſq; tandẽ dominationẽ tam ſuperbam laturũ me putaſti, Pertuli tamẽ multã diutius, neq; iugum apud te ullo tẽpore detrectaui, Pericula publica æque, ac priuata/tum ultro ipſe/tum iuſſu tuo adii per omnem ætatem. Sereban/tur colloquia de te quottidie, & frequẽs apud me erat de inſidiis tuis ſermo ami/corum, Ego tamen/& uerbis/ & factis tuis fraudem omnẽ abeſſe diutius credidi/donec improba ſeſe conſilia late aperuerũt, Diſſimulaui tunc & ipſe totus ni tuas artes uerſus, quouſq; aliqua uendicandæ libertatis occaſio affulſiſſet, Nihil eſt igi tur quod doleas nunc/ quum tuo (ut aiunt) perieris exemplo, Parua tamen hæc Ottomane ſunt inſtar eorum/quæ ſpe/ac animi cupiditate concæpi, Omitte itaq; impoſterum acres iſtos minarum aculeos, & Hungaricæ fortunæ nobis totiens ſubiicere deſiſtas exemplum, ſuum quiſq; animum habet/mi princeps/ſuũ geniũ & nobis ea fortuna, quã dii dederint patienter erit ferenda, interim tamẽ, neq; cõ ſilia rerum gerendarũ petimus ab hoſte/neq; pacem ex te/ ſed uictoriã diis propi/ciis quærimus. Vale. Ex caſtris nrĩs. Pridie Idus ſextiles. M.CCCCXLIIII.

QVVM litteras Caſtrioti inſpexiſſet Ottomanus, & ab Aÿradino reliqua eius conſilia didiciſſet/ nihil quidem eorum, quæ nunciabantur, læto animo audiuit, Sed tum ferox/ac libera uiri oratio/tum fiducia ingens, quã non ex nihilo conce/ptam putabat, magis pauorem quendam iniecit, q̃ iritati eouſq; animi indigna/tionem acuit, & difficultatem belli Epirotici iam inde ominatus eſt Amurathes, Ne tamẽ ſuis tunc aliquod trepidationis ſignum præbere uiderentur. Dixiſſe fe/runt ſenile, mentũ ſæpius demulcentem, ac ridenti ſimilem, Cupis cupis improbe ſpecioſum aliquod leti nomen. Dabimus/ dabimus (mihi crede) aderimus ipſi alũni exequiis, & præſentes inuiſſi pompam funeris maxime rex Albanorũ pro/ſequemur, ne unq̃ apud inferos ignobili te functum fato conqueri poſſis. Hære/bat tamen conſilium tyrãni, in ea rerum difficultate, Nam orientes quottidie ru/mores de Hunniade, & frequentes à perfido Deſpote nuncii, quẽ duplici iam in/ſignem proditione/ nimis inuidioſe fata tanto chriſtianorũ malo eouſq; pernicio/ſum ſenem ſeruauere, Alio eius animũ trahebant, & integrum in Epirum bellum conuertere prohibebant, Ne tamen multa tum foret/omnino ſpræti recenter fœ/deris iniuria, ſtatuit interim ocium ſaltem, & pacem turbare Scanderbegi, ſi tol/lere nequiret, opportunum maxime ex eo id genus conſilii ratus/q; negligentiam quandam ortam apud chriſtianos ex tot benegeſtis rebus audiebat, & Scander/begum dimiſſo exercitu toto milite populabundum, tota die à caſtris procul in/trepide ſolitum uagari percipiebat, Accerſito itaq; Feriſio / uno ex præfectis ſuis

(id erat nomen Barbaro) uiro/ & ferocis ingenii, & ad omnia impigro nouē milia lectissimorum equitum ei tradit, Multísq; oneratum promissis, si uoti compos uictoriam retulisset/ in Epirum quo maturius posset/ & cautius/ ut prius hosti uisus, q̄ auditus foret, proficisci iubet, Idcirco néq; delectum tūc maiorē haberi uisum Ottomano, ne uel dispendium esset in mora, uel rumore præeunte excitatū christianus consilio adhibito periculum caueret, ac nouas (ut postea docuit euentus) artifici tenderet insidias. Verūenimuero dum hæc ipse tam affirmo audacter de uariis consiliis Amurathis/ tum in bellorum externorum cura, tum de ipsa imperii gubernatione, Non defuturos multos reor, qui mirentur de eò hanc nostram ab aliis uarietatem sentiendi, & sedulo quærant/ unde in tam alienum opinionis genus mutuatus, Quū recens multorꝫ asseuerantium sit memoria (id quod scriptis etiā aliorꝫ posteris testatum licet intueri) Seniorem Amurathem mox illo ad Varnā expedito bello plura tū de incōmodis regnantiū, tū fortunæ temeritate conquerentē, compositis tamē prius rebus domesticis/ ac Meumethe filio maiore natu rege sub Calybassæ cura cōstituto/ imperio se penitus abdicasse, & Adrianopoli relicta in Asiam profectum/ ibi pondere omni reꝫ publicaꝫ omisso/ religioni cuidam patrio ritu/ retentis paucis secū/ eius cōsilii sociis/ se abdicasse, neq; abscedisse prius/ q̄ auditus Transiluani ad Sophiā fuerit aduētus, & crebre populi querellę eū reuocassent, quū imparē ob ætatem ei oneri Meumethem iactarē, & Calybassę priuatis sanē auspiciis defutura obsequia militū/ & obedientiā in bello dicerent, Ego qdē miror præcipue unde tantus error in re præsertim tā recenti habuerit originē. Neq; enim ita temerariū in eo nōnulloꝫ sermonē/ & grauissimoꝫ scriptoꝫ consiliū omnino uanū dicere ausim, Vnū tamen illud intrepide possum affirmare, & meo iure contendere, & superiores fuisse ex Adrianopoli Amurathis nomine missas litteras, & Ferisium, ac plures alios præfectos post tentatā nequicq̄ pacem/ eo decernente in Epirum irrupisse, sed nō ex eo eius erroris processit uis. Nullus enim tēpoꝫ confunderetur ordo/ si ista quóq; ab Amurathe anteq̄ renunciasset imperio, transacta cōcederemus/ Illud profecto quiescere nō sinit animum/ q; uel mortē ipsam tyrāni ex Epiro in Asiam tā imprudenter uideo translatā, quo quid uero alienum magis? Quū Croiensem obsidionem seniles hausisse spiritus mortaliū inficiatur nemo, & extincti ob doloris impatientiam Ottomani laudem omnis deinde ad Scanderbegum sine uariatione retulerit ætas, Legentium tamē æquitas hæc singula libet, & ueri totius similitudinē ex diligenti adinuicem computatione temporꝫ eliciat, Nos interea ad Ferisium reuertamur, qui silenti admodum agmine Macedoniæ fines intrarat, & conceptæ iam uictoriæ prēmia tumido ex tanta spe animo nequicq̄ impatiebatur, hostem ubiq; circūspectans obibat, omnia prædoni ipse magis/ q̄ hosti similior, Non tamen potuit famam aduentus sui præuenire, admonitus nanq; Scanderbegus de singulis á locorum custodiis repente (utpote qui semper agmine ad omnes casus composito ibat, & temporis, & loci captata occasione uallem quandā angustam Mocreā appellant, solus Barbaro transitus patebat/ prior occupat, & armato implet milite. Appropinquabat

Att. Errorē opinionū de abdicatione impii Amurathis.

Aduētꝰ Ferisii cū exercitu i agrū Albanū/ cædes exercitus eiꝰ irruptio Castrioti i agrū hostilem.

iam Ferisius, & densior equorꝫ incessu oriens puluis signum iam uicini hostis erat, Nostri eodẽ silentii tenore expectabãt, donec intrantẽ iam festiue barbarꝫ/& á dumosis siluarꝫ iugis, ac saxorꝫ undiq; crepidine implicitũ equitẽ conspexere/tũ una oẽs eruptione facta insperati sese offerũt hosti, Pedites, quorꝫ mille/& quingẽtorꝫ erat numerus (iam & equitũ duo amplius fuere, sed horꝫ tũ ad aliud utilior seruabatur opera) satis fermé uel loci solius incõmodis uictum hostẽ/ à tergo/à fronte à lateribus adoriũtur/cęduntq./Turcæ nihilo gradu dimoti, quẽ primo hostis impetu tenuerant, enixe aliquãdiu pugnantes retinuerũt, donec uictoriæ aliqua spes affuit, Equorꝫ tamen impedimentũ maiusq̃ auxiliũ erat uiris, qui tandem, & sibi/ & dominis exitio fuere, ita uelut obsessi plura multo uulnera accipiebãt/q̃ dabãt, & quũ nullum iam periculi effugiũ appareret/obstinatioribus semper animis/ad mortẽ usq; ab illis certatũ est/omnisq; feré possessum semel locũ moriens occupauit/præter paucos, quos uel fœda uitę cupido/uel necessariũ magis in re consiliũ, quũ eũ stolidæ potius/q̃ honestæ mortis appetitũ spernerẽt, supplices abiectis armis saluauit, & cõciliauit uictori/Capti igitur septingenti sexaginta, Occisorꝫ maior pars fuit, Ita barbarus dum ad prædam properat, prædę ipse fuit, & lętũ prębuit hosti male conceptæ uictoriæ documentũ, Ferisius cũ reliquis copiis/quũ interceptã primã suorꝫ aciẽ, & occupatũ interim ea gloriæ materia hostem uidisset imemor præceptorꝫ Ottomani, & insitæ suopte ingenio ferociæ statim terga dedit christiano, maioré adhuc uim periculi, & numerũ hostiũ in re tam subita, & eo locorꝫ habitu ratus laudabilius uociferans peritus belli dux aliquos saluare/ q̃ perire oẽs, & ubi præsertim uelut iumenta præberẽt iugulum hosti, Non tulit tamẽ uel fugã eius incruentã Castrioti eques, sed inhęrens semp fugientiũ tergo plures moratorꝫ occidit/lateq. secutus est, Donec magis lassitudo uires hausit/ q̃ instandi facietas animũ cepit/ Ita expeditis omnibus/ & fugatis hostibus sine multis suorꝫ uulneribus, tunc in hostilem agrũ toto agmine irrũpens Scãderbegus assueta prædę dulcedine militũ desideria expleuit, Ferisii euentũ nihilo lætior Mustaphę fortuna excepit, Nanq. Ottomanus percepta cęde suorꝫ, & auditis Scanderbegi insidiis, quũ necessariã/nedũ utilem fugã suorꝫ fuisse uideret, & nullum sibi repręhendendi ius in tã oportunis eorꝫ consiliis fortuna faceret acrioti percitus in Scãderbegum ira, néq; dies/néq; noctes patiens quietis, animus odiũ omne/& consilium in unius uiri pernicię uerterat, ac nihil magis, q̃ Epirenses campos ubi tot ueterũ/ & recentium iniuriarꝫ cupitę tãdiu ultionis materia adesset, ignara proprii mens mali optabat, ita occulta quædam uis fati timidã suopte ingenio senectutẽ trahebat, quia tamẽ exoluendi doloris propter uulgatos hungarorꝫ motus facultas tum omnino nõ suberat tenore eodẽ indignationis in hũniadi gloriosius senex maledicebat, paritérq; minabatur, Salutare dictitãs Epiroticis rebus, id genus belli hungarici non semel fuisse, Sed ne inulta iacerent penitus fortissimorꝫ militum corpora/& recens suorꝫ sanguis, præsertim q̃ ab insidiis utili priorum exemplo satis præcaueri posse existimabat/& nõ ulla hostis uirtute/ sed locorum iniquitate, uictam nuper suorum aciem, ac Ferisii copias dicebat/ Mustaphæ pręfecto (cuius

Aduẽt⁹ noui p̃fecti/& tyrãni exercitus/icursio p agrũ Castrioti. Deuastatõ eius/atq; cõflagratio/occursus Castrioti i eum tumultuario admodũ milite, Adhortatio ad milites, Expugnatio castrorꝫ/& clades Barbari exercit⁹/Numerus cęsorꝫ captiuorũq;

frequenti postea, & infœlici in eis locis opera sępe usus est) eius rei curã demãda/
uit, Supplemẽtũ ad Ferisii copias habere/ & augeri numerꝰ iubet sexmilibus ad/
ditis, Mandat deinde sedulo, ne interiora Epiri loca, ubi statiua hostiũ/& certius
periculum esset, ullo uel cõsilio, uel bene gerendę rei spe ductus adiret, fines tantũ
prouinciæ hostilis deuastaret, Satis gloriæ censere relatum iri, si arbores interim/
agerq̃. Epiroticus ferrũ uictoris ex aliqua parte sentiat, & igni deuastetur, Mone/
bat ita Ottomanus quasi prædici possent audientibus / quæ armatis postea essent
agenda. Nihil tamen eorꝰ diligens postmodũ præfecti cura omisit, quin oportune
plura adiecit, situ locorꝰ/ & regionis natura inspecta, ut primum enim hostili solo
signa sunt illata, ipse aperto nusq̃ campo digrediens trecentos equites ad obequi/
tanda/& perlustranda late loca singula, ac rimandas insidiarꝰ latebras nihil mora/
tus præmittit, iussos ut si quid inuenirent periculi ab hoste reciperẽt se mox inter
ordines, uel paulatim decepto eo instandi studio pelli se usq; ad designata loca ca
strorꝰ paterent, ita, & caute agi/ & hostẽ tacite ad pugnã extractũ opprimi posse/
ratus, quẽ néq; paucioré iure timere poterat, néq; numerosioré in re tã subita ex/
ciri posse credebat. Quũ igit̃ sollicitus eques singula perlustrasset, & tuta omnia,
ac uacua piculo nunciaret, Barbarus quattuor equitũ milibus/secũ retentis, specie
quadã castrorꝰ, locũ ipsum quo cũ signis erat moraturus/tũ ad prædam cõuehen/
dam/tũ ad oẽm uarietatẽ fortunæ undecũq; sęptũ munimẽtis & armatorꝰ robore
firmat, Editior ibi aliquãtulũ terræ tumulus in collem assurgẽs ualidiora eorꝰ mu
nimẽta, ac difficiliorẽ hosti ascensum faciebat, sic habita cura castrorꝰ, Custodias
deinde per quędã montiũ iuga cũ certis signis disponit, Tũ reliquũ equitatũ intre
pide ingentẽ rerꝰ omniũ ruinã secũ trahentẽ in campos hostiles imittit/admonitis
prius omnibus per pręconẽ, ut qui ad tubę signũ auditũ/cũ receptui caneretur/in
castra non cõuolasset, pinde haberet/atq; hostis. Diripiebat iã pulcherrimus ager/
& sub barbarico ferro arbores/& sata oia late cadebant, gemebantq̃. uelut prata,
ac fumantia uillarꝰ incendia patentia late ultorem aliquem appellare uidebãtur,
Semente omni equitis ungula pertusa (autũni nãq; tẽpus erat) iam inde miseros
agricolarꝰ labores inoxia tellus frustratura apparebat, Nihil integrũ relinquebat,
quod ferro posset, ignéq; absumi, Vilioris agrestiũ patrimonii præda abũde supe
raret, hominũ modica, rarus nãq; ibi cultor/propter hostis uicinitatẽ habitare au/
debat, & eorꝰ plures cũ cõiugibus/& liberis, omniq; familia præciosioriq; peculio
in oppida uicina cõfugerant, dũ sic ferox Barbarus id genus uictorię diis ipsis in/
fetus sequit, & nullo fatis digno præcio/modo huc/modo illuc excursans prædæ
cupiditate tẽpus cõterit, Castriotus interim licet serius aliquantulũ de his admoni
tus, cũ quattuor equitũ milibus/mille peditũ Mocreã attigerat, & notas ualles ad
huc hostili sanguine madentes/lętus miles intrarat, ubi dũ assueta undiq; hospicia
tacitus plustrat, & incerti fermé cõsilii hæret in ea solitudine locorꝰ/ac rerꝰ omniũ
silentio ducis, animus stupentibus omnibus magnæ uir audaciæ/melioris fortunę
Epirota qdã/qui manus effugerat barbarorꝰ multis insignis uulneribus, ac recenti
cruore decorus ante pedes Castrioti stetit, fidem eius appellans/ac feroci omnium

animos adhortatione incendens, Desolatũ agrũ/euersa omnia à barbaris/eosq. fusos/& pallantes passim uagari, pręda quenq; funesta occupatum, posse de singulis paruo negocio incruẽtaq. uictoria, quod ipsi uoluerint suppliciũ sumi, Erecta sunt prima facie tã opportuno nuncio ducis consilia, Sed quum diligentius hominem de omni rerum habitu/ & castrorũ situ percontatus esset, Mustaphæ prudentiam eo ipso admiratus laudare cępit. Cautius proinde cũ eo hoste agendum ratus/qui neq; ipse aliquid temere ageret, audiente omni suorum corona.

CONsueui inquit ego Milites rebus ipse dare cõsilia, Nũc ea me ab illis/& uos mecũ uná accipere oportet, quæ & tutiora estis singuli/ & honestiora (ut nulla sit uis rationis) uel ex ipso euentu omniũ magistro iudicaturi, Populatores audieramus Barbaros sine ordine/sine ullo rerũ respectu/per agros fusos, pallãtesq./ac oĩa magis alia/q̃ hostem timentes, Sicq. me auctore sententiæ/& comite/utili tã proposito cuncti in eos ferrũ strinxistis, Nũc opportunus iste uiri aduẽtus quid noui attulerit cõsilii nobis/nihil est quod agã uobiscũ, illũ.n.quę apud hostem agerent recensentẽ audistis, Vnũ illud negare nemo poterit, si barari propositũ ĩ castrorũ locatione/& tot armatorũ præsidiis considerare uelitis, Non prędonis (ut creditis forte) illũ, sed callidissimi hostis animũ aduersus uos gerere, Quãobrẽ cautius est uobis (ut arbitror) & cõsultius cõtra hostes agendũ/q̃ in prædones acturi uidebamini/Abstinẽdũ primo impetu à populatoribus/ne intẽto duci ex castris prorũpẽdi simul/& uictoriç materiã præbeamus, ubi dũ uagos ipsi uagi insequimur/duplici obruti hoste indigne obteramur. Irruendũ omni robore in ipsa munimẽta castrorũ, quæ si ptinax (ut solet) pfregerit uirtus, & uel ducẽti in fugã cõuerterit, uel occisi caput reliquis barbarorũ turmis poterit offerre (quod deus optimus maximus nobis pręstet) Omnia profecto incruentis uobis expedientur, Cætera nãq; prædonum manus tũ à suorum auxiliis exclusa/ tum à uobis per gradus singulos obsessa/uel mortua, uel ũiua si malueritis/in potestatem uestrã eueniet, Cętera caueatis Comilitones ne in castris diripiendis sordide uos prędę cupiditas detineat, quæ sępe uel uictoribus manifesto exemplo iacentis gloriã hostis é manibus per summum dedecus extorquere consueuit.

AS Sensu militũ ingenti id ducis cõsilium approbatũ, Distincti itáq; ut operæpreciũ uidebatur ordines, iam egrediẽtes ex occulta ualle copiæ custodiis barbarorũ apertiore cãpo se ipsas prodebãt, tũ manipuli sublati é montibus signũ præbuere castris, Exin pstrepẽs mox tubarũ sonus disperso per agros/ac præda occupato equiti molestior auditus. Reuocati sunt plures/ & recepti inter munimenta ante hostis aduentũ/Recipiebant alii simul, & uicini iã fremitus militis Scãderbegi nomen pauidis auribus inculcabat, Multi exclusi, quos uelocior Epirensis in ipsis castrorũ portis onustos præda uulneribus insuper onerabat, Oppugnabãtur undiq; muniměta, Disiecta primo fermé impetu impediměta equorũ, & scutatorũ præsidia, tumultus ingens intrantiũ simul/& exclusorũ. Promiscue recepti omnes, plena cuncta hoste, pillorũ missiliũq. nullus usus in ea locorũ angustia/cominus gladiis res gerebatur, & clauis ferreis quibusdã cõmodius (breue est teli genus/quo

turcę/maxime in bello utuntur/Nouũ ſpectaculi genus barbari pugnantis,manu altera gladiũ/altera prædam exitialem tenentis,ita auidiora ſunt turcarum inge/nia/& prædę cupidiora,Ferocior ſemper inſtabat Chriſtianus, urgebátq; undiq;, & omnia cõſternatione,cædibúſq; replebat,donec deſperata in armis ſalute Mu/ſtaphas/qui in tutiori caſtrorũ parte hortator magis aderat,q̃ pugnator, per eam, quæ à pugnantibus maxime auerſa erat / portam , citato equo terga dedit hoſti, tunc remiſſior ubiq; mars/ & paucior aliorũ effuſus eſt ſanguis, Hi nanq; inermes hoſtile iugum non dedignabantur, Illi in fugam effuſi neceſſarium ducis conſiliũ conſequebantur. Multi quos prædandi ſtudium à caſtris longius traxerat/à lon/ginquo hoſtili clamore audito ſociorum fortunam coniicientes/fuga/ & ipſi/qua ſola poterant/ſe ſaluabant,ſed uix fermé ullus integer euaſit/ intenta enim unde/cunq; ſagittariorum manus in fugientium terga iacula coniiciebant,& qua pote/rant/odium late explebant,ſunt qui affirment eo prœlio barbaros ad unum occi/ſos,prȩter Muſtapham cũ paucis optimatibus,Propior tamen uero illorum mihi uidetur ſententia, qui quinq; milia cecidiſſe dicunt,Captotum paucior numerus, uix .CCC. ad ſummum fuiſſe dicuntur,& hi fermé omnes uulneribus deformes, & inutili,Iritati nanq; prȩter modũ eo in prœlio, & proniores ad ſæuitiam fuerũt militum animi aſpectu prædę ſuorum,& deuaſtati eouſq. agri,Victorũ ex equiti/bus uiginti/deſiderati,pedites quinquaginta/qui ab equis obtriti ſunt potiusq̃ gla diis interempti,ſic caſtris/ſignis/& impedimentis omnibus potitus Epirenſis,tum hoſtiles campos ingreſſus certiori præda illata damna lętior cõpenſauit. Per eoſ/dem dies, quibus hæc fœliciter geſta cũ barbaris fuerunt, Leccham Zachariam, de quo aliqua ſupra diximus à Leccha duchaino Pauli filio indigne obtruncatum audio, Inſignis hic uir fuit multo euentu proſpero malorũ cõſiliorũ,patre tamẽ lon/ge optimo natus.Rationem aliam ſimultatis,& cauſam inſidiarũ nullam, niſi per/ditam regni libidinem , dulce mortalium ingeniis inſitum malum inuenio fuiſſe, nam quũ uicini eſſent inter ſe principes , & ſine liberis Zacchariam uideret Du/chainus nulla legitimi hæredis ſpe ſubſiſtente/ facile omnia primo occupantis fu/tura ratus/ſimul & illum de medio abſtulit,& non minimam imperii eius partem mox ſibi nefario iure uendicauit/non tamen potuit omnino male cęptum deſide/rium explere, Daynenſes nánq; (ea erat urbs regni caput/ roburq.) peremptum principem fidei pertinacia, qua ſola poterant / proſecuti ſunt, & Boſam defuncti matrem grauem iam annis/ac mœſtam filio ſuperſtitem enixe tutati/Donec ipſa conſiliis quorũdam/ac ſuaſionibus amicorũ impulſa/quum imparem curam ſeni/lem/& muliebre ingenium imperii oneribus/in ea præſertim rerũ uexatione cer/neret,Scodram cõfugiens Venetis ſe cũ uniuerſo tradidi tregno,belli mole omni uicinorũ principum in eos tranſlata, Parabat iam hinc fortuna Caſtriotum præ/claro quóq; Veneto bello , & Italicorum armis nobilitare/Inde Muſtaphas apud Amurathem nõ iniquus quãuis inuiſo hoſti iudex, tum ut ſuam pariter/ & ſocio/rum fortunam excuſaret, inuictam uiri uirtutem, exactámq; unius rerũ bellicarũ peritiam multo ſermonis decore cõmendare,aliis uiribus opus / & grauiore bello

Muſtaphas obtinet ab Amurathe exercitũ in/ſtaurare/ & ad fratres im perii tutan/dos pficiſci.

dictitans/ad eam ferociã cõprimendã, frustra tentari eo modo hominis ingeniũ, & excursionibus eiuscemodi/ac uastatione agrorũ acui magis superbę suapte natura Epirotæ gentis spiritus, Insidias quóq; omnes aduersus ipsos insidiarũ artifices inaniores semper futuras/Contemptũ potius quẽdã rei Ottomanę apud christianos tot indies cumulo uictoriarũ tacite excitari/uel abstinendum censere penitus ab armis/uel semel debellandi cũ hoste/animo induendũ, Non poterãt Amurathi/licet mœstior hostilibus laudibus aures præberet/timida uideri Mustaphæ dicta, quũ eandem suorũ omniũ fortunam/quos Castrioti armis obiecerat/in oculis haberet/Hinc Alybassa/hinc longe uenia dignior Ferisius cladium maiorũ memoriã subiicientes infœlicem ducis uirtutem principi excusabant. Quare mutato & ipse consilio (ita sæpe aduersis in rebus cito homines pugnæ sacietas capit) respirare aliquãtisper ab armis statuit, néq; ulterius nouo suorũ sanguine pascere hostem, sed supersedere eousq. à bello/donec promissam sibi nequicq̃ gloriã, & conceptę inaniter uictoriæ prę̃mia minacior/q̃ bellicosior senex pergeret ipse iniquo fato petiturus, Iusso tamẽ interim Mustapha copias denuo instaurare/& proficisci in Epirũ iubet, sed prohibuit in primis hostilẽ agrũ ulla oblata occasione infestare, uel tentare aliquo modo Castriotũ, fines tantũ subditorũ populorũ tutaretur, & seruaret ab hoste/caueretq. maximo ingenio ad ullum genus dimicationis elici ab eo, sed porrectæ spem uictoriæ oẽm æque sperneret, Diis profecto curæ fuisse dixerim Scanderbegum, qui in ipsis Veneti belli auspiciis eum Amurathi animũ dedere. Eodẽ fermé tempore/& Mustaphæ aduẽtus inde, & hinc Daynensis fortunæ nuncius Castrioti animũ distraxerant, & curã oẽm hauserant solliciti in re tam subita ducis, Mouit tamẽ segnius Barbarius assuetus uinci/Horrendũ amicissimi principis fatum, & tam crudelis/q̃ præacerba uiri mors mirifice Castrioti cõmouit animum & dolore pené confecit, Accessio quóq; ad eam molestiã maior facta, quũ Bosæ consilium/& nouam in ea re curam Venetorũ adiectam audiret (Firmauerant nanq. omnia Dayni præsertim oppidũ ualidissimo præsidio urbiũ uicinarũ prę̃fecti) Hęc omnis dissidii causa inter eos: & belli origo fuit. Quęrebat Epirensis Venetos in defuncti regno principis ius ullum prætendere, & sibi id uendicari uelle, quũ uana præsertim fuerit matris translatio in illos bonorũ ad se à uiuente delatorũ filio, néq; præceps Bosę cõsilium debere quicq̃ legitime officere ad nati uoluntatẽ uiolandam, Pactum nanq. apparebat inter eũ/& Zacchariã olim cõfectum, ut quis eorũ superuixisset alterius imperio potiret. Dictámq; inter eos legem iuramenti uinculo firmatã. Iuris ego quid in ea re fuerit/iuriscõsultis relinquo/q̃uis iudex omniũ Mars non iniq. forsan diremerit. In ea animi fluctuatione Castriotus intentior semp Mustaphę copias obibat, passimq. raro procursans milite, nunc periculose progressus, nunc fugam simulans incõposite inter suorũ ordines receptus cauto hosti nequicq̃ infœlicia semel arma suadebat, Vbi uero néq; pugnæ spem ullam/néq; hostis fallendi arte modũ uidisset, Copiis omnibus/quas secum habebat, ibi ad nouos rerũ tumultus/& Barbarorũ impetum sustinendũ in hostilis agri limitibus relictis, ipse ad Daynensis belli apparatũ conuersus animo,

Causa/& origo belli/iter Scãderbegũ & Venetos, obsidio Dayni ab Epirẽse/Delectus Venetorum p Epirũ coactus ad soluẽdã Dayni obsidionẽ occursio Castrioti i eos.

confestim paucis admodũ equitibus Croiam petiit, & ubi ius omne in armis uidit/mox & edicto ad delectum habendum proposito/ & ipse cum nonnullis optimatium suorum uniuersam prouinciam ad conquisitionem militum obequitans, & exercitũ ualidum confecit, nihílq; moratus priusq̃ frumenti curam habere potuisset hostis, Daÿnum obsidione ingenti in coronæ speciem undiq; cinxit, nihílq; omittens/nunc leniter/ nunc aspere agendo/omni cura ad deditionem oppidanos sollicitabat/ Veritus ne si tum ea urbis potiundæ occasio præterlaberetur/allatus interea Venetias nuncius/patrum animos ad eam belli curam, & maiora ex Italia pręsidia mittenda excitaret/Abstinuit tamen à uastatione agrorum (quod primum obsessarum urbium malum esse solet) ne Daÿnensium iritaret animos ad seruandam tenacius hosti fidem, Néq; expugnatio oppidi usq̃ per uim tormentorum/& murorũ ruinas/ aut schallis tentata/ interclusis tantũmodo ciuibus facultate undecunq; annonæ/& commeatus habendi pręcisa/famẽ assuetum diuturnæ incommodum obsidionis iamiam imminentem minabatur, quũ coacti ad deditionem sero eius clęmentiam implorantes hostilia omnia essent passuri. Præsides prouinciarum Veneti nominis/ & ciuitatum adiacentium præfecti audita urbis obsidione, admonuere de singulis senatum/ & decreto accepto/ coactis undiq; subitariis auxiliis/ tam ex Epiroticis militibus, q̃ Illÿricis, & Italis, Quorum præsidia semper in propioribus locis hosti/à patribus haberi solita/mox ad eam obsidionem soluẽdam impigre se accinxere/ A duobus quóq; uiris Epirotici nominis adiuti summopere sunt/& auctæ eorum copię, Leccha Dusmano/& Petro Hispano, qui licet contra Turcas Scanderbego perpetuam operam polliciti essent/néq; unq̃ illi defuissent/Antiquior tamen longe cum Venetis necessitudo/præsertim q̃ uicini etiam Driuasto/ & quibusdam eorum oppidis erant, & ueteri ingentium officiorum uinculo astricti illis, ut præsto essent fecerunt eum apparatum. Scanderbegus/ nihil tanta exorientis undiq; belli mole territus, lætis auribus accepit, simúlq; impigre diuisis copiis suis, Quæ .XIIII. miliũ hominum numerum excedebant, Septem equitum milia/ tot enim non amplius erant, & duo peditum nouo hosti destinata, reliquũ agmen suorum relictum ad urbis obsidionem, quã nulla satis hostilis fama exercitus/ omittere decreuerat, cura omnium habita disposuit. Ita trifariam diuiserat uires inuicti prudentia Ducis, & aucta stolide audacia inani singulorum animos benegerendæ rei spe erexerat, Daÿnenses nánq; sublata Castrioti præsentia/ obsidione ipsa soluti uidebantur, Segnior pro portis excubare miles/ Rarior in muris aspiciebatur numerus armatorum/ patentibus portis sæpe hostis cum ciue recipi potuit, Negligentius rerum omnium interposita cura, fames sola iam uicina uexabat animos, quæ néq; contemni poterat per audaciam/néq; ferro uinci. Firmabat tamen uires, & ad quęq. asperrima ferenda cogebat promissæ semel fidei pudor, & pascebat uelut uicina spes quædã hominum animos/q̃ suoꝝ copias ad ea mitiganda mala/& leuandam obsidionem maximis itineribus aduentantes audiebãt, néq; parem Castrioti militem eis uiribus credere, sed certum iam conceptæ uictoriæ nunciũ solliciti undiq; prospectantes

expectare/Sic omnium fermé ingenia/qui quũ plus tribuunt fortunæ/eidem fi/delius parent. Mustaphæ quóq; in eo rerũ Epirensium tumultu, & Scanderbegi absentia insignis lętitia erat. Crescebãt iam fracti eoúsq; animi, & prioris fortunæ memoriã omnem tacita quædam inuaserat obliuio, libenter relicta ibi hostis prę/sidia tentare Barbarus, & debiliorem sine duce militem amissis nuper sociis imo/lare/libenter cupiebat, & cũ Venetis inuisi capitis uictoriam partiri peroptabat/oblatæ occasionis pené studiosior/q̃ mandati, Verũ dubiam mentẽ sæuera Otto/mani mandata reuocabant, & plura aliorum uiolatæ obedientiæ documẽta, Exin (quãuis non improbaturum forte Amurathem tam opportuna consilia crederet) tutius uisum ei segnem imperio alieno, q̃ propria temeritate fœlicem dici, Vene/torum interea exercitus cõtractus ad urbem Scodram, quæ est caput gentis, dum in apparãda belli eius materia morã trahit / Scanderbegus instructis iampridem copiis Drinonem fluuium superauerat, & (quod maximũ erat audaciæ/ac fidu/ciæ signum) præoccupatis prior ipse hostium consiliis/ uel in ipsis hostilis soli ui/sceribus ad congrediendum cũ hoste pergebat ire/Non tulit id Venetus, sed mo/tis ocius castris infestis signis illi occurrit/ Iam & clamor undiq; armatorũ/& late auditus clangor tubarum aduentantes hincinde hostes prodebat, Tunc uere hosti les animi, & feroces spiritus reuocabantur uiris/Ardere iam oculi militum, & in/dex irarum fremitus passim exaudiri, Vota tum publice à ducibus/tum à singu/lis priuatim, & omnis generis supplicia non omissa, Iustiora quisq; arma sua, & æquiores partes credebat, Omniũ una mens ad iniuriã propulsandam/parq. belli ratio uidebatur. Epirensis ad obtinendam ablatæ iniuria possessionem urbis, Hi ad tuendam deditorum fidem, Maiorem illis animum tot indies contra barbaros bene gestarum rerum, & parti nuper aduersus Mustapham decoris memoria fa/ciebat. Venetus/& si procurata essent omnia, quæ uel ad maioris usum belli suffi/cerent, & non stolidam sibi prębere possent uictoriæ spem, Tamen etiam si uictus eo prœlio aduersis diis fuisset, haud summissurus animos uidebatur, neq; cessurus in omni belli euentu hosti, quum inuictas patrum uires ad instauranda/& præpa/randa perpetua arma aptiores longe uiderent, quin omnia magis bello arsura, & exitialem futuram Daÿnensem oppugnationẽ Castrioto, augebat tamen curam miserabilior obsessorum fortuna (audierant nánq; ibi ad obsidionem maximam uim armatorum relictam). Apparebat iam certior aspectus hostium, & propius erat puguę tempus, Tum subito silentio quies utrinq; mira insequuta est, Et signa humi fixa, Castrísq; momentaneis loca oportuna capta sunt ducibus, ubi & cor/pora curaret miles, & ducum hortamina tum præuenirent fortes uiros/ tum ali/quem timidis adderent uirtutem, Danieli Iurich Sebencino uiro impigro, & mi/litiæ perito Veneti exercitus cura tradita erat (Vaiuodam uulgo dicunt), Is ubi certos singulis ordines statuit, & parata quæq. uidit in hostem ita cœpit.

Adhortatio Imperatoris Veneti exer citus ad suos

OMNIA sibi licere statuit stolida mortaliũ temeritas/ubi semel aliquo secun/darum rerum incremento delinitus est animus, Inde uix sui compos mens, & prę/sentis iam impatiens fortunæ/modo hac/ modo illac perertrans ocia alioq; turbat,

& pro libidine aucupat bella, Donec miserrimo tandem exitu inanium luat cogi/ tationum pœnas. In oculis exemplum est Milites tam uanus iste/q̃ superbissimus hostis, quem eo iam funesta audacia, & indulgentior prouexit fortuna, ut audeat indies ex bellis bella serere/eosq̃. lacessere principes / quorꝫ si recenseat in se offi/ cia, nihil est sibi temeritate excepta reliquum futurũ, quod ad illos non possit re/ ferre, Sed subuertit ita iam rerum omniũ discrimen ferox hominis ingenium, ut non publicis nos tantũ hodie, sed priuatis quóq; singulorum odiis in eum hostem armatos esse oporteat, Obuersetur nanq̃. ante omniũ oculos Daynensium fortu/ na, Iritet animos iustissima ira, sociorum cura, Sunt ibi liberi uestri Scodrenses, urbis præsidio positi/Sunt multorꝫ fratres, sunt consanguinei, & affines in ea ob/ sidione tam Illyrici, q̃ Itali nominis strenui, quibus iampridem à perfido præoc/ cupatis hoste in rerum omnium necessitate nulla spes alia, nisi in uobis relicta, Vos late sollicitis/ac pendentibus animis mœsti prospectantes é mœnibus expe/ ctant, Vestra hodie uirtus uel libertatem eorꝫ uindicabit, uel præcisa spe omniũ rerum fœde iugum hostile subire illos necesse est, & ad superbos Castrioti uul/ tus spiritum precarium trahere, Quo nemo intolerantior in uictoria, nemo inclę/ mentior facile inueniri potest, utpote qui cũ barbaris diutino usu educatus omnẽ superat feritatem, Vt enim taceam cætera, Quid hac temeritate maius? Quid sto lidius? q̃ dum nefario iure cuncta occupare nititur, & inani colore pactorꝫ scele/ ratam regni libidinem excusat, prohibet perdito exemplo mortalibus rerũ pro/ priarum deditionẽ, & aufert iura ipsa libertatis. Indignatur Venetos sibi à Day/ nensibus præpositos, Oppugnatq̃. liberꝫ matris consilium in defuncti bonis filii, Sed excæcauit (ut uidetis) eousq̃. ea cupiditas hominẽ / & studium indignatio/ nis, ut uel in perniciem ipse suam amens ira / odióq; ruat, Non potuit tantũ hu/ iusce belli curam differre, donec pulso barbaro hoste, quem in imperii limitibus assidue habet, integras ad odium Venetorum uires afferret, Non in obsessę urbis aspectu maioribus copiis congredi nobiscũ melior ratio uisa, Diuisit uires ubiq; peritus belli Dux/uobis q̃ sibi æquior iudex, Dumq̃. hinc Mustaphæ/ inde Day/ nensis obsidionis cura mordet animum, Vobis uictimam potius/q̃ hostem suum reseruauit exercitum. Agite dum igitur multi paucos/ Bellatores prædatorꝫ tur/ bam cædite/urgete, & inflatis stolide animis extorquete iniusti belli confessionẽ, quibus profligatis nihil est/q̃ de reliquis copiis hostilibus / quæ Daynũ obsident/ uos noua cura terreat, Sequentes nánq; rei bene gestæ modũ/tenore eodẽ infestis signis/prę̃occupatis eorꝫ cõsiliis/ priores ipsi petemus hostem, Vbi euocato præsi/ dio/ex urbe interclusis his/undiq; uictoria omnis per summũ ocium expedietur. Scãderbegi ratio néq; ita hostilis/néq; crimine alieno, lęta, sed moderata/leniorq̃., & in hanc fermé sententiam dicitur fuisse.

Adhortatio Scãderbegi ad milites.

HONESTA / necne uideat suscepti belli ratio milites/néq; disquirendũ ho/ die armatis/néq; decernendũ nunc in ipso hostis conspectu fuerat/ prę̃sertim quũ à me ipso uobis arma tradita uideatis/quẽ uel iustiora recusasse/uel appetisse ini/ quiora nullo satis tempore conqueri potuistis, At quando illud maxime/in rebus

omnibus agendis torqueat mortaliũ ingenia,& ſollicitudinem augeat militarem, priusq̃ gladii cominus in hoſtem ſtringantur,ſcire unde iuſtior eſſet cauſa/& utrũ cum hoſte tantũ,an cum diis quóq; pugnandum ſit uobis, Non recuſo ciues/uel quocunq; ueſtrum iudice/ſi uelut temerarium conſilium meũ damnatis, & nimis ſtudioſus belli auctor uideor,ſtatim conuerſis ſignis abire, Néq; enim is ſum/qui uel ignaros uelim ad periculum trahere/uel in eo imperii mei ſtatu,& rege Epiren ſium tumultu nouas cũ Venetis obſtinato propoſito ordiri ſimultates,Sed ubi ua cet huiuſcemodi reprehenſione conſilium , & iuſta æque/ac neceſſaria præſentis belli ratio uideatur.Nullius magis intereſt, q̃ ueſtrum efficere uirtute ipſa,ac ani mi pertinacia,ut fœlix quóq; euentus arma ueſtra iuſtiora oſtendat.Quandoqui/ dem nihil eſt turpius uiro forti/ nihil magis contra regium decorem / q̃ per igna/ uiam pati iura ſua occupari ab aliis/& compreſſis (ut aiunt)manibus ſedere,ubi ius omne in armis uideas,Noſtis ad unum omnes,quæ beniuolentię uis/ac idem prope uitæ uſus fuerit mihi per omnem ætatem cũ Leccha Zacharia, cuius ho/ die tam crudelis / q̃ præacerba mors,tot undiq; arma concitauit/ & q̃ uehementi illo affectu impulſi inter nos legem mutuo conſenſu dixerimus.Qui noſtrũ prior deceſſiſſet ſine liberis regnum eius ſuperſtes iure pacti haberet. Sublatus eſt ille prior,ita agentibus fatis,Veneti imperium obtinent,Ego lachrimarum tantũ re/ lictus hæres/renunciaueram olim rebus ipſe meis in illa pactione,quum & priori mihi caſus aliquis finem uitæ afferre potuerit ob communem mortis fortunam. Nunc bello renunciare,niſi uel uictus aduerſis diis/uel Dayni recuperata poſſeſ/ ſione apud animum meũ non ſtatui.Nemo ſanus belli huiuſce culpabit me/quod ſuadet tã pulchra ratio. Nemo illata mirabitur arma chriſtianis/Venetis/uicinis/ quoq; ipſi iuſtam dederunt occaſionem,& quæ ipſi fermé nobis in manu tradide/ runt. Obſidemus conſanguineorum/& ſociorum urbem non infeſtis adéo,ut ipſi putant animis/ non regni/ non ſanguinis hauriendi libidine ulla,ſed ut eam pari/ ter é manibus hoſtium, ac ingratis ciuibus obſtinati erroris confeſſionem extor/ queamus.Deſcendimus in aciem cum hoſtibus,priores ipſi hoſtilia paſſi/Quam/ obrem certis iam animis ſinguli pulchrum tuendæ dignitatis ueſtræ propoſitum induite , ſatis amplam belli materiam ſuppeditare uidebatur Daynenſe imperiũ propoſitum uictori/ſed nulla (quæſo) talis uos armet ratio,cupidorum hæc ani/ morum uota,& ignobilis uulgi iritamenta eſſe ſolent/ Conceptæ dũtaxat deſide/ rium laudis,ſtimulos ingerat fortibus uiris , quãuis omnia ſint ueſtra / ſi uiceritis hodie,Pulſo nánq; hoc hoſte. Oppidanus tum ſpe ſociorum deſtitutus,tum fame ipſa uictus/mox patentibus portis uictores eſt accepturus.De uictoria autem ni/ hil eſt q̃ agam uobiſcum aſſuetis uincere uiris , Nouus hoſtis eſt/ nouum gloriæ genus , ſed multitudine ſuperat Venetus/ eſto , non ne pauciores ſemper uos ad hunc uſq; diem belli laudem ex hoſte tuliſtis . Indignatur eo modo uincere præ/ clarus miles / ubi nec ſingulorum uirtus ſpectari , nec priuatæ multum laudis domum afferri poteſt . Quid præterea momenti in maioribus eorum copiis.qui/ bus ſicut diuerſa lingua/ alius ueſtitus/ alius armorum uſus/ ita nec idem habitus

animorꝫ. Confectus eſt exercitus ex multarum gentium colluuione, Illyrici, Itali, Epirotæ ibi uario ritu/eadem ignari ſigna ſequũtur, diſſonus erit in bello clamor uirorum, Inaniores ducum adhortationes. Quare agite primo impetu ad fugam/ q̃ ad pugnã paratiores impellite/ diſſipate/& renouate hodierna quóq; laude tot cõtra barbaros uictoriaꝝ ſpecioſam memoriã/remiſſiore tamẽ ira in hũc hoſtem utendum, & pro moribus ad pietatem animis, captiuos ducite, néq; per intempe/ rantiam belli, & ſtudium indignationis, ſanguine deditorꝫ uictrices dehoneſtante dexteras, Non enim res eſt nobis cũ barbaris/aut efferatis gentibus/ ſed cũ chri/ ſtianis, quibus iure decertamus, ut propulſemus iniuriam / & in pace uiuamus. Acuit magis Scãderbegus militũ ſtudia, & ſuorum animos deuinxit ea modeſtia ſermonis, Quod raro exẽplo ſimul/& eorꝫ rationẽ, & curã hoſtiũ habere uideret, tũc ordines circa eũ effuſi laudare conſiliũ ducis, animatũ quiſq. ſe dicere in oẽm euentũ ad eius augendã/nedũ ſeruandã gloriã pugnare. Venetorꝫ arma nõ eouſq. fore expaueſcẽda, ut dum nimis multũ defertur illis/proprii decoris obliuiſcatur animus. Cõmunẽ ſubditorꝫ populorꝫ iniuriã eſſe ſi per ſecordiã multa Dayneſis ignominia omittatur, neq; cadendũ animis in ea rerꝫ uexatione, & duplicis mole belli, Nihil acturos mortales ſi retardet ſemp feroces ſpũs/quæuis ea conſultatio, & ſingula ignaua cogitatione metiantur, Audendũ fortibus uiris/tendendũ recto in pericula uultu. Neq; ſemp retro aſpiciẽdi cura augendũ ſibi ipſis timorẽ, & ſol licito cõſilio recondita mala homini interprẽtanda, Condiri neceſſitate uirtutem, Pluraq. iritatis ſemel mentibus/ & militũ furore ſupari, quæ liber alioqn/& quie/ tus nunq̃ auſurus eſſet animus. In diis præterea non nihil debere eſſe momenti, qui iuſtiori aſſidere bello cõſueuerunt, ſed & ſi in enſe uiris tantum poſita ſit ſalus, Munitã ſatis fore rem Epirenſem ipſo fidei præſidio, & cõcordia populorꝫ, Amu/ rathẽ demũ hungarico bello occupatũ, Venetorꝫ uires magnas noſce, ſed italicorꝫ gentẽ ſegnius ſequi, q̃to longius à domo trahat, Iactabantur hæc paſſim incõdite à militibus & alia plura/ uelut inſtinctũ/cuiuſq. erat ingeniũ, & ut priuato officio audienti ſe duci conciliarẽt, Ipſe ſingulorum uoluntate/æq; collaudata iocularitet mixto rixu dixiſſe auditus/Reprehendi merito poſſe naturã/q; tã prẽclaros Epi/ roticæ gentis ſpũs nõ altiori incluſerit fortuna. Tum iuſſis curare copora/oibuſq. procuratis alacer animis, atq. fiducia ingenti ſexta fermẽ hora diei in aciẽ proce/ dit, Sagittarios/& leuiorẽ armaturã ante ſigna locat/Deinde grauiorẽ armis/pedi tem diſtinguit p Cornua/Duo equitũ milia in utranq. partẽ ſtatuit/ Media acies Tanuſio tuenda data. Ibi quóq; equitatui pedites aliquot immixti. De ſubſidiariis non multũ curatũ/quũ certã uictoriã/& facilioré longe armis ſuis hoſtem. q̃ inito prœlio incrudeſcẽs Mars, & obnixi Venetorꝫ uultus oſtẽdere cõcepiſſet/ tantũdẽ de caſtrorꝫ prẽſidio procuratũ, Vacua nãq. relicta raro cuſtode/qui uix ab inermi prẽdone ea tutari potuiſſet/Nõ abfuiſſet à reprehenſione temeritatis tã ſecura fi/ ducia ducis/ni uerius præſidiũ ſibi in obſidentibus Daynũ copiis ſtatuiſſet/Nam ſi præter ſpem ſuperiorẽ uidiſſet hoſtẽ/ad eos ſe recipe deſtinauerat/Quũ néq; mi litum numerus/néq; habitus ipſe locorꝫ ad firmãda ibi caſtra ſuaderet/Sed indi/

Inſtructio acierũ: & concurſus hic inde. Victoria Caſtrioti: fuga Venetorum: Vana petitõ ſcãderbegi ad Dunenſes de deditione oppidi: Inſtauratio baleſii a Scanderbego: Vana Driuaſti oppugnatio ab Ameſa: Deuaſtatio agri Driuaſtenſis ab eodem. Deſcriptio Driuaſti: & diſceſſ? Ameſæ ex agro Driuaſtenſi.

gnius adhuc istud cōsilium tanta prudentia uiri, quū perniciosior magis uictis eo modo fuga futura/q̄ pertinacior resistendi animus fuerit/ Nam tum insequēs palatos Venetus uictor/tū difficilior in tā pręcipiti tumultu trāsitus Drinonis, quicquid erat reliquiarū hausisset. Quare eo decurritur/ut insuetam uinci uirtutē in se tantū spem positam habuisse dicamus/Venetus quóq; Italis hastatis pręmunit signa/cornua hostili exemplo disposita/ Daniel in dextro Illyricorū ualidissimo cinctam præsidio stationem sibi eligit/Italicos nonnullos equites grauis armaturę in fronte/& post ipsum cornu disponit/Colla humoi Scodrensis/cuius secundę erant in ea belli cura partes à leuo cum ciuibus suis Mosi, & Dibrano militi oppositus, Andreas frater cū Simeone uulcathanio mediā aciem obtinuit/ promiscue ibi uario militū genere/& inutiliori pręsidio onerati magis/q̄ firmati ordines. XIII. paulominus milia Veneta fuere/ His copiis cōcursum est. Prælium ab hastatis incœptū auertere primo impetu sagittarii eos/Sed ubi inaniores propinquitas ipsa sagittas effecit. Qui scutati erant obnixis clypeis cū reliqua leui armatura strictis gladiis cōminus hostem petūt/Cæteros Castriotus extēplo circūdedit equitibus, & retractatos aliquantulū utiliorē illis restituit telorū usum/hastati/qa tuta ferro pectora/ & loricis tecti audacius se obiicientes in hostē incubuerāt, dederunt reliquis spem bene gerendæ rei/tū omnis circūfusa acies, clamorq́. utrinq́. ingens sublatus Epirensis equitū & numero/& uirtute supabat. Locus nō uni æquior, q̄ alteri pugnatum est enim in lata planicie/& ampla nō procul à Drinonis rippis, Par uiribus aliquantisper magis q̄ animis Venetus fuit, Et circa Illyrici stationē ducis uariante fortuna diu pugnatū/ Donec Scanderbegus concitato ibi equo cū paucis equitibus in mediū agmen hostiū inuectus uulneratis pluribus/multis pauore dissipatis extorsit spem uictoriæ Veneto, Illyrici undiq; mox in unum conglobati (ut egregia est gentis eius uelocitas) densiori præsidio munita statione ducis/ excluserunt hostem, Defendebant tamen magis/q̄ pugnabant/Media acies utrinq; spectatrix potius/q̄ pugnatrix eoúsq; aderat/dum uario adhuc euentu res agerentur à cornibus/tū Tophia ubi oneratū satis dexterum cornu hostiū uidit/erectus & ipse Castrioti exemplo confestim lectiori equite/& parte peditatus in medios præterlatus hostes/nouū iniecit pauorem, Illyrici nánq; qui in fronte expositi fuere hosti, non tulere impetū/ sed mox in cornu dextrum deducti/ac se ipsos tutati, & hinc prodidere socios/& inde interuentu suo auxere difficultatē Scāderbego stationē oppugnanti/Idem reliquus peditatus fecit. Impar nánq; Epirensi equiti. passim effusus in fugam se saluauit/ quæ res effecit, ut nudatus pręsidio Scodrensis eques, ac oppressus ab hoste circūueniretur (capti enim sunt ambo pręfecti cū aliis pluribus, qui à pedestri robore relicti/desperata in armis salute sese tradiderunt hosti) reliquis quóq; turmis incusserint pauorē/tumētibus ne penetrata acie Epirensis à tergo adoriretur cornua, & interclusos ferocius pręmeret/Sed nō id succurrit uictori quod pauebat uictus (ita uel obtusiora iugenia hominum efficiunt res secundæ) Nihil enim quærens ultra lętus ea uictoria animus/gratū dūtaxat suis spectaculū uinctos hostes offerebat. Castriotus quóq; rerū aliarū omissa cura, gregarióq; omni

milite præterito/uelut dedignans ſanguinem cæterorꝫ ad ducem tantũ animũ in/ tenderat/ſed fortiſſimorꝫ agmen militũ difficilem ei aditũ faciebat,ac inanẽ red/ debat ferociam uiri.Cõuerterat omniũ animos in ea dimicatione Moſes/& Sco/ drenſis à ſiniſtro cornu/Multus ibi labor/periculumq́./Ita uelut ipſi de ſumma rerꝫ decertarent/obnixi ingentibus ſine reſpiratione odiis mutuis uulneribus incũbe/ bant,haud impares equis uiribus aliquãdiu pugnauerũt. Sed hauriente iã laſſitu dine Dibrenſium ictus fatigati equi,uiriq;/ac uicti propé ſenſim ceſſiſſent hoſti/ ni referentibus gradum Moſes increpando ſimul timorem/ſimul ignauiã pudore laſſitudinem excuſaſſet,& uinci fermé paratos uincere docuiſſet/clamans.

QVÆ ignauia uiri? quod perditum inſueti pauoris exemplum? Potuit Dibrenſis aſſignatũ ſemel locũ uiuus relinquere? Potuit bellicã laudem uendere hoſti? Vbi miles ille qui Alybaſſę copias deleuit? Ferisii inhibuit ferociam? Muſtaphę uires contudit? ac barbaricis ſpoliis Epiroticas domos dicauit? Quo tumor ille animorꝫ euanuit? Quo minaces illi in caſtris uultus/ac fortia promiſſa abiere? Sic Daynũ Scanderbegio reſtituitis? Sic obſeſſæ urbis hoſtiũ intrare paratis? Nuſq̃ ne alibi hoſtiũ uirtus/Nuſq̃ fortis dextera/nuſq̃ radians enſis niſi hic? At ubiq; iam ſocii ueſtri uictores parti decoris fructus recenſet. Tanuſius captis ducibus/ac iunctis poſt terga manibus deductis in caſtra/mediã hoſtium aciem omnem aut deleuit/ aut diſſipauit. Scanderbegus perfracto Illyricorꝫ robore iam ſingulis per ocium iniicit uincula.Hic pauor tantum/& fugæ memoria relicta.

INIECIT ea obiurgatio militi tã acres ſtimulos uincendi, ut alii repente facti uiri/equiq; uiderent, Tum recenti renouato prœlio mutata fortuna,iã pelli paula tim Scodrenſis,reſiſtebat tamẽ magis numero q̃ animis.Donec Humoi cõiectata ex hoſtili ſermone fortuna fratris/quũ uix prę impatientia doloris armorꝫ tenen/ dorum potentia eſſet/oblitus ſociorꝫ ad ſerũ germano auxiliũ ferendũ progreſſus & in medios illatus hoſtes certã Moſi uictoriã reliquit,docuitq; quantũ ordinibus in duce ſit momenti, Mox nánq; effuſi in omnes partes terga ferienda prębebant hoſti.Daniel quóq; ex altera parte iãpridem omni præſidio anteſignanorꝫ exutus pudore magis q̃ uiribus ordine ſeruato ſuſtinebat hoſtem/ſed ubi haud dubiam ſuorꝫ fugam/& eandem omniũ fortunã aduertit, citato & ipſe equo fuga cõſuluit ſibi,ſparſos paſſim per agros Epirẽſis ſegnius eſt inſecutus,impediebat nanq́. laſſi tudo uiros/quũ dimicatũ ſit uſq; in ultimã defatigationem/Non tamen licet feſſi/ liberam fugam fecere hoſti,Miſſum enim pręconiũ á Scãderbego/ut totis ſignis inſtaretur agmini fugientũ uſq; ad urbem Scodram.Pulchrũ fortaſſe uiſum duci ſimul ira/ſimul gloria elato conſpici uictorẽ à mœnibus hoſtiũ,qnæ ingenti mul/ titudinis turba cõpleta erant.Carpebatur in multis locis poſtremũ agmen,& ma/ gna pars moratorꝫ capti/prohibuerat nãq; quéq̃ occidi/Mox in propinquo urbis cõſpectu inhibita ſigna & acies firmata/Tum uictores cõglobati circa ordines in/ genti clamore/lęticiáq; mœſtę urbi publico/priuatóq; dolore captiuos ſuos ſubii/ ciebant oculis,Ingerebat ciuibus hinc nouos iraꝫ ſtimulos tam miſerabilis aſpe/ ctus/& fortuna ſuorꝫ,Hinc recens iam clades ſpiritus omnes hauriebat,Cura prę/

terea captiuorꝫ maior iiecta] hominibus prohibebat uiam ullam hostis iritandi tentare. Castriotus ubi uel ad sacietatē militi uictoriæ laudem explendam permi/ sisset/signo dato/Parꝫ nánq; supererat diei/collectis hincinde uasis ad Dayńensem obsidionem dirigit iter. Sed fefellit omnino inanis spes ducem/quū reclusis portis oppidanos fortunam omnem/legemq. deditionis sub se uictore confestim subitu/ ros cōcepisset, Dayńenses nánq; licet & subita legionum suarꝫ clades/& intus cre/ scentia indies incōmoda annonę (prohibuerant nánq; semper frumentationē ob/ sessis Epirenses copiæ ad id ipsum locatę) dolorē simul & curā auxissent, nulli ta/ men satis tot undiq; malorꝫ effugii fœda cogitatio succurrit/sed omnia in ea rerū necessitate constantissime procurata/dispositáq; singula exacto iudicio ac parcior militi prębitus cibus/quo fidelis tantū spiritus seruaretur/ seniorꝫ nulla cura uiris/ utpote qui & pręualido urbis situ/ & ualidiore multū fidei munimento tutabant/ Castriotus nánq; ut primum uictricibus signis reliquis copiis ibi cōmorantibus se adiunxit, multā nequicq̄ uani iritamenta pauoris obstinatis animis/ac oculis ob/ sessorꝫ subiecit/Ostentata ingenti militū clamore/& insultatione capta ex hoste si/ gna/Ductum circa muros mœstū captiuorꝫ agmen fixis in terrā oculis pudore so ciorꝫ intuendorꝫ, quibus circūfusis per mœnia lachrýmarꝫ uim magnā excutiebat tam fœdum suorꝫ spectaculum (erant nánq; in eo numero multi obsessorꝫ consan guinei, ut intelligi potuit ex iis quę supra retulimus/Tum ubi admonitos satis cre didit oppidanos Scanderbegus de deditione cū illis agere cœpit, & præsidiū Ve/ netū certa iam fiducia petere tradi sibi/Insigne tamē tulit pro inanibus postulatis liberorꝫ ciuiū responsum/Desineret eiuscemodi spectaculis oculos/& aures minis territare, Non esse tam leui momento fidem suam fundatā/ ut se potius ex recenti rerꝫ aduersarꝫ euentu/q̄ ex ueteri habitu animorꝫ metiantur. Fixum omnibus, de/ stinatumq. esse / si aliter non poterunt / laceratione corporꝫ suorꝫ infœlicem fidem bonis principibus testatam relinquere, Neq; eam fore beniuolentiam suorꝫ/& so/ ciorꝫ uincula, ut tam fœdam illis pietatem extorqueant/quod nec ipsi capti/ si in/ terrogentur/sibi præstari cupiāt, Sperare præterea sub Venetis patribus neq; per/ petua uincula eorꝫ/neq; longam suā obsidionē futurā. Exemplum hoc uere pro do cumento habendū/Non esse gerendā populis mutabilem fidem cū instabili prin/ cipū fortuna. Fuit & in Scanderbego illud non indignū admiratione liberalitatis/ & ingenitę pietatis indicium. Quod quū spreta consilia sua ab oppidanis uidisset, & sublatā spem omnē habendæ urbis in ea pertinacia animorꝫ/non ad aliquā indi gnationē cōuersus (ut procliuia sunt principū ingenia/non ad rabiē ultionis pro/ currit/saltē in captiuorꝫ terga sęuiendi/quū omnia illi in eos solutissima essent/sed demi protinus uincula iussit, & liberaliter habitos / cultósq; ad domos suas quēq; remisit/Ni fecerit fortasse callidus princeps (id quod licet nō ita eleganti propo/ sito actum/laudari tamē omnino debuit/ut quū aliter Dayńēsiū animos superare nequiret/eo uinceret beneficio, & quos metu nō poterat humanitate sibi tacite con ciliaret/Duos tantū uiros honestiores Andreā & Vulcathaniū uelut quædā futuri fœderis pignora, & Scodrensis ferocię inanē cautionē apud se tenuit, quos in arce

Petræalbensi sub custodia benigne tamẽ lautissimẽq; haberi iussit, His ita transactis noua illi urbis potiundæ cura incessit/Inde/quo celerius cupitę tãdiu rei compos fieret, utile cõsilii genus est aggressus ad eã obsidionẽ & Veneti belli cõmoditates. Balesiũ oppidũ fuit/tunc monumẽta tantũ urbis nullo satis cõditore sed uetustate sola notũ/situm in radicibus montis Sardonici/Maranai uulgo appellant/ Iuxta ager/& locus quidã, quẽ accolę supra Scodrã uocãt/distans à Scodra. XII. à Driuasto. V. à Dayno uero. XV. feré milibus passuũ/Restaurare eã urbẽ Scanderbegus olim à barbaris euersam animo concepit, ubi imposito prę̃sidio/copiisq; cõmodius inde & Venetum agrũ late infestari posse & prohiberi obsessis subsidii qcq̃ à tot undiq; uexationibus occupata hoste decerni putabat/sicq. partim muro, partim lignis ocissime renouauit locũ/Et quũ urbis speciẽ quandã effinxisset, relicto ibi prę̃sidio Amesam nepotẽ Marinũq. hispanũ epirotã notę uirũ fidei & reliqua peragenda præfecit operi/Procuratisq; his/ipse ad obsidionẽ Daynensem nullis satis temporũ/ uel bellorũ incõmodis omissam in ulteriorẽ rippam Drini eo die se cõtulit. Amesa absoluto murorũ muniméto, & quibusdã stationibus militaribus prout operæpreciũ uisum, Ipse impatiẽs ocii adolescẽs (acuebant nãq; iuuenile desideriũ tum oẽs laudes domesticę/tũ recens in oculis patrui uirtus) quũ multas secũdas populationes & uastationes agrorũ fecisset/maiora quęq; cogitatione aggressus, Driuasti uicinæ urbis oppugnationẽ toto animo induerat, Itaq; expedire iã tota die copias/& exhaurire nouã urbẽ præsidio/ratus amplioré eã sibi laudem futurã/si priusq̃ præstitisset cũ apparatũ patruus/inscio adhuc illi subitũ tã egregiæ gestæ rei nuncium cũ ipsis captæ urbis spoliis mittere posset, tacitéq; cõsenescentẽ eius uirtutẽ sub Dayni mœnibus argueret/ Ita feruens adolescẽtis ingeniũ intumuerat fortunæ inani sponsione, Sed Marinus/cuius ęque industria in nouæ urbis cura á Scanderbego electa fuerat, & coniuncta perdito exemplo prudentia cũ temeritate/doctior longo rerũ usu & uenerabilior ętate uir, ne aperta cõtentione refragando iuuenis uoluntati, simultates sibi cũ illo/pestiferum in rerũ administratione malum aliquas pararet/primũ impedire ex occulto eius consilia/& abire tacite militum fauorem ad ludificandos ipsius conatus. Deinde ubi propensiores illi uulgi animos/ & militarẽ libidinẽ uidit propalam libera uoce se omni alieni consilii euentu exonerans his uerbis adolescentem dicitur admonuisse.

VERIVS hostẽ te mihi Amesa q̃ Venetos Scãderbegus reliquit, quo cũ hodie qñ omni bello flagrante prouincia longe aliæ cõsultationes nobis ineundæ erant, nouas ordirer cõtentiones, & latentia aliqua odia excitarẽ/ dũ studio aduersandi/ & iuuenilis glorię inuidia dissuadere istuc ipsum fortasse uideor tibi/Sed quid de me doleo? qui diis/hominibúsq; abunde uidebor satisfecisse/ si consilium in hac re meũ neq; omissum desiderari, neq; impensum reprehẽdi possit/Vestra est iactura teipsum patruũq. hodierno bello nõ Driuasti urbẽ oppugnare paras/ad ciuiũ sanguinem hauriendũ & exsaturandũ militũ tuorum cruore hostile solum properas/ Siccine instaurauimus hanc nouam urbẽ firmauimus cõpiis, ac robore armatorũ, ut tã cito præsidio exutã intento ad id hosti, ac nihil magis optanti/ dũ alias stulte

appetimus/uelut ĩ manibus tradamus? Siccine (ut nulla sit huius loci cura) ea militũ paucitate oppugnari urbes quisq̃ duxerit? Qui uix sufficerẽt ad tutãdas/Driuasti præsertim oppidũ, quod sicut amplum est/& numerosum ciuibus/ita (liceat hæc in hoste quóq; laudare) & armis/ac fortissimis uiris refertũ. Idem (ni fallor) & tu & hostis expectat, Irridebũt é muris senes/& imbellis multitudo leues apparatus/& inania urbis capiẽdę cõsilia, Iuuẽtus uero certaminis auida uel facta erruptione ad fugã ab oppugnatione per summũ dedecus nos cõuertet/uel patẽtibus late portis deceptos intra muros per securũ ocium recipient, & ulciscetur recentes suoꝝ clades/ac Scodrẽsiũ iniurias/tollent tũ animos cęterę urbes, insurget ferocia uictis. Depone igit'/quęso/dũ ítegrę sunt res pniciosam audaciã istã, neq; adoratũ patrui nomẽ ea indignitate p hostiũ ora trahi patiare. Expecta secũdis diis laudis ampliorẽ/& tutiorẽ materiã tũc arma suadebo ipse, & in manu tradã. Nemo inuitus fœlicia signa sequet'/cohibe nunc feruorẽ istũ, & si difficile sit cohibere. Disce prior ipse pati iugũ à senioribus, quod hosti cupis imponere adolescẽtia nãq; haud capax cõsilii (ut liberius iã tecũ loquar) nõ sibi q̃ hosti sępenumero ęquior est, trahitur magis/q̃ ducit', Nullũ ea pniciosius onus mortalibus datũ / cõsilio bella sunt gerenda/& uix/ubi omnia caute/rectéq; egeris/fœlix respondet euentus.

F R Egissent animũ adolescẽtis prudentia dicta uiri, sed quũ iãpridẽ omnia præcipiti cõsilio ad eã belli curã uelox temeritas expedisset/turpius uisum arrepta semel arma prudẽter deponere q̃ uel infœliciter exercere/Spreta itáq; salutaris adhortatio, & utilis pudor inani pudore uictus. Militũ p̃terea receptus fauor/& uulgi promptior opera iuuenis desideriũ magis acuebãt, prohibebantq. dubias aures sani quicq̃ sermonis haurire. Ad ea igitur/quæ egerat Hispanus primũ insolenter dicere, Aequatũ sibi cũ eo à patruo imperiũ/non esse cur alieno arbitrio uel bello, uel pace utatur, retineret sibi ille milites suos/posse de copiis suis quod uis ipse uelit statuere, uel ubi loquendo ira aliquãtulũ resedit, & quieuit ĩmodicus animi motus/tũ modestior lingua/& lenior oratio adolescẽtis fuit. Laudaturũ se esse college consilia/ni simul tũ & Balesii/& Driuasti cura posset expediri/neutrã alterã impedire, Sat esse copiaꝝ quæ & præsidio hãc firmẽt/& oppugnent illã/neq; ita stolide spem eam conceptã sibi/aggressurũ improuidos ciues/& inermẽ iuuentutẽ inuenturum/nullis custodiis portaꝝ/nullis muroꝝ stationibus dispositis/plures pręterea fore oppidanos/qui agentem se de deditione libẽter audiant. Et si difficiliora cuncta pręter spem uiderit/non immoraturũ longius ibi obstinato proposito cũ militũ suoꝝ pernicie/Tum apprẽhensa Hispani manu ut bono esset animo hortatus, Deosq. insup præcatus/ut faustam sibi eã oppugnationẽ faceret/ Copias impiger educit. Prę̃sidio Balesii ægre duo milia cũ Marino relicta/nõ q̃ quisq̃ inuitus duceretur/sed qa tũ patientiora piculi/q̃ ocii Epirotaꝝ ingenia/tũ nullũ familiarius/gratiũsq; militi belli genus q̃ urbiũ oppugnatio erat/ Verũ Amesa/quãuis silenti admodũ agmine improbũ desideriũ celaret/non potuit tamẽ nunciũ aduentus sui anteuertere, Admoniti nánq; Oppidani (utpote/qui à Daynensis primordio belli semper circa quasdam stationes urbis dispositũ tenebãt armatoꝝ numerũ primo

ſolliciti progreſſi in muros neceſſaria ad propugnationē parare, & conuehere undiq; ſaxa/ac omnis generis Miſſilia. Deinde ubi ex propinquo uiſus hoſtis/negligentius acta res/& contempta paucitas cū ipſo duce/Nihil tamen minuit fiducia eorꝫ inſignem adoleſcentis fiduciā/quin extemplo ciues ingentibus oneratos promiſſis ad uoluntariā deditionē pelliceret, & urbem patrui nomine peteret/Repulſus acriter ab eis/Incertus adhuc animi grauíq; indignatione percitus duodecim pauloplus ſtadiis à muris abſceſſit/Ibi multas nequicq̄ uario militū aſſenſu oppugnandæ urbis rationes uerſare/tormentorꝫ uis nulla aderat, Ita conſultabat ſimul/& obſidebat. Diſpoſitis tamē circa cuſtodiis, ne alicūde impetus/prçſertim à Scodrenſi agro in ſe fieret/Interim Oppidanos egregia eius obſidionis ſoluendç cura inceſſerat/Qui priusq̄ motus aliquis in muros moliretur ab hoſte, fortunā certaminis experiri ſtatuerant/Auctor eius rei erat Andreas Angelus unus ex optimatibus, Clarus uir factis / & emeritç in bello laudis, qui ad portam inferiorem, quæ planum, & occidentē uerſus ſpectat inſtructa acie, ubi & diſpoſita per muros de induſtria armatorꝫ agmina/ & firmata præſidia portarꝫ uidit, priusq̄ eruptionem faceret in hoſtes, his uerbis ſuorꝫ animos ad pugnam accendere adortus eſt.

SI Vnq̄ inquit Milites ſuperuacua ulla eſt habita fortibus uiris adhortatio/ Hic plane dies/ueſtérq; omniū hilaris/& promptus acceſſus id ipſum mihi nunc charíſſime oſtendit/Quū quiſq. ueſtrū à parentū/ab uxorꝫ cōſpectu/ab ipſo amplexu liberorꝫ huc alacriter ſponte ueſtra cōueneritis/& omnia ea uobiſcū feratis/ Quū pugnandū, & ſub mœnibus, & pro mœnibus inſigni ſpectaculo obtulerit fortuna. Nō ne uultis cōmilitones, & ciues mei amātiſſimi, urbē ueſtrā/patriā/lares/& deos penates exēplo maiorꝫ tueri defendere atq; ſeruare? Quid omnes nunc triūphos/ quos de hoſtibus reportarūt, ſcientibus/gnaríſq; cōmemorē? ſat erit de multis paucos in mediū afferre/longā.n.narrantis orationē anguſtū nō patit tēpus. Memini me audiuiſſe à maioribus noſtris quēadmodū Barach ille turcarꝫ prçfectus Amurathe imperāte cū uiginti milibus equitū in agrū noſtrū irruens pactis quibuſdā & cōditionibus urbē à ciuibus nrīs primū petere aggreſſus ē/Cui quū hi minime obtēperaſſent. Iſq; ſata omnia/& quicqd frugiferi ī campis erat igni ferróq; dare cœpiſſet ciues noſtri & populus Driuaſtenſis in unū coacti agmen hoſtes hincinde per agros & cāpos ſparſim diffuſos & pallantes aggreſſi, partim eorꝫ trucidarunt/ partim uiuos cœperūt/& in fugā cōuerterūt/Eoq; modo præclarā/ac memorabilē uictoriā reportarūt, & ueluti triūphantes urbē uictores ingreſſi ſunt. Quid prçterea de Stephano cognomine herceco duce Boſnç dicam? Qui quū & ipſe cum uiginti quinq; milibus militū in agrum noſtrum irruiſſet, ſimilemq. expeditionē ad uerſus urbē noſtrā tentaſſet, & prius illam in ſuā ditionē poteſtatēq. petiiſſet, quū ei populus noſter Driuaſtenſis parere noluiſſet, Is in furorem & indignationē uerſus, per oēm agrū/& cāpos ad illū depopulandū, incendendūq./effuſus eſt. Noſtri prçclaro ad modū agmine tā equitū q̄ peditū facto, hoſtē adhorti in fugā cōuerterūt/atq; pfligarūt, de eoq. inſigni uictoria potiti/q̄plurimis ſpoliis & ſignis militaribus captis, ouantes ad urbē reuerſi, patriā decorātes incolumē egregie ſeruarēt.

Quare agite præclarum hoc obſtinatę ciuitatis reſponſum ſolido hoſti afferamus & extorqueamus prædonibus impoſterũ inanem ſpem urbiũ capiendarũ. Pudeat deorũ hominúmq; tam ignauũ agmen diutius nos intra muros/& ſub tectis clauſos continere/Quid Daynenſis pertinacia? In quã tam diu Scanderbegus totis uiribus incubuit. Non ne omnium animis graues iniiciat ſtimulos pudoris? Nepotiuilis ueſtrum tradita cura cũ ea hominũ paucitate/quæ mox uix ad tutanda propria caſtra idonea erit/ſi uiri eſtis cũ uobis in promptu erunt / Cum nihil roboris ibi ſit/Non gnarus dux/non certus ordo. Promptiſſimus quiſq; cum patruo obeſt. Coluuie tantũ multitudini impatiens ocii adoleſcens ad hanc obſidionem traxit. Mouit hæc oratio militũ animos/omnéſq; fremere cœperũt, & in hoſtem duci cõclamarunt. Tum dato ſigno oẽs ingenti ſublato clamore erũpunt. Reliqui per muros undíq; ad ſua quiſq; miniſteria diſcurrentes augent ſuperne & ipſi clamorem/ Iniecit primũ ſtationibus hoſtiũ tã repentinus tumultus/& clamor inſuetus/ unde minime fuerãt ſuſpicati/Dehinc ubi excurſare ubiq; armati uiſi/& tenore eodem impeti caſtra ab oppidanis/inſiliens uelociter in equũ Ameſę cũ expedito agmine ſuorũ impigre illis occurrit, ut ludificaret eouſq. hoſtem/Donec reliquæ copiæ, quæ paſſim uagabantur per agros coactę, & quæ in caſtris aderant/cõmodius inſtructæ prodeuntes cũ ſignis in unum aggregarent ſe ſe/ ſed turbauit peritus dux ſerum iuuenis conſiliũ, Tripartito nánq; milite quoſdam Italici generis/ quod ibi præſidiũ Venetus poſuerat/Cum parte equitatus ad aggredienda ſuperne caſtra prępropere mittit/Alteram partẽ in qua maior uis agreſtiũ ſagittariorũ erat/obſidere uiam caſtrorũ iubet, Qui & hos auerterẽt & interciperet illos, Ipſe cum tertia parte expedita ferocius Ameſę obnixus diſiecit primo impetu omne agminis robur/& ducem exactum prę ſidio trepidum auertit in fugam/Cui penetrata ſagittariorũ acie (ut dat plęrunq. uires nimius timor) tutus cũ ſociis in liberos campos euaſit. Tum renouatus undecũq; clamor/& hinc ducis fortuna/hinc ſubitus interuentus hoſtium præcidit ſtationariis omnẽ facultatem inſtaurandæ pugnæ. Exin tota acie in caſtra incumbente, ibi quóq; aliquãdiu dimicatũ uincentibus egregie Driuaſtenſibus/Quare ubi proniora omnia ad uictoriã hoſti uidere Ameſani, relictis munimentis per omnes partes effuſi fugientes ſimul & reſiſtentes decurrunt in planũ. Angelus non inſecutus palatos/neq; occupatus in caſtris diripiendis/ſed ſat indulſiſſe uictorię ratus/mox reuocato milite urbẽ ouans ingreditur. Non tamen diu lęta ea uictoria Driuaſtenſibus fuit. Ameſa enim cũ collecto ex fuga milite eam ignomíniã uerius/q̃ cladem perpendere, ſimul & ademptã ſpem omnem cerneret urbis habendę/temerariã iritati animi ultionem aggreſſus/quicquid fructiferi/amœni ue circa urbẽ erat deuaſtauit/ tecta omnia diruta incenſáq;/ oleaꝝ/ qbus maxime laudatur illa ciuitas/uſus fermé nullus relictus/ſed nõ idcirco oppidanos fœlix ſemel audacia extraxit ex urbe, quin procul à portis ſæuirent hoſtis/ ueriti ne longius progreſſi à ſuis excluderentur/uel in inſidias aliquas inciderent. Opportunũ mihi uiſum eſt hoc loco Driuaſtenſe oppidum nullo ſatis conditore uel uetuſtate nobile quoquo modo ſubiicere legentiũ oculis/quãuis ad Romanos

urbis conditæ originem credulus ciuiũ error cõtumaciter referat/Hinc & gloria/bundos audiſſe memini Romanorũ Colonos ſe appellantes, & inde originem ſuã traxiſſe contendentes. Ignoſcendũ id tantũ cupidioribus gloriæ ciuibus potius/q̃ credendum cenſeo, quũ nullis uſq̃ uel ſcriptorũ/uel rerum monumentis id comprobetur. Quod etiã Antibaro notiſſimo hac ętate in ea regione oppido accidit/quod de ueterum ingrato ſilentio non immerito conqueritur. Cæterũ non indignus quidem uidetur locus (ſi rationẽ ſequamur), qui uel amœnitate/uel cõmoditate omnium rerũ Colonia fieret/& ad ſe habitãdũ colendumq̃. homines alliceret. Eſt enim ager ipſe omniũ quæ ad uitam pertinent feraciſſimus. Scaturientes undiq̃. fontes/& colles uelut manu diſpoſiti planiciẽ exornant, Aer quoquo uerſus ſaluberrimus beat omnia/conditq;/Vrbs in monte poſita/qua parte meridiem ſpectat in planũ uergens à torrente Clyro alluitur, quem uerius fluuiũ dixerim quãtalibet æſtatis intemperie indeficiẽtibus aquis. Murorum ambitus duo milia paſſuum amplius complectitur. Arx in montis uertice natura/humanóq; opere munitiſſima tuetur urbem. Diſtat à Scodra. VIII. à Motri ſeptem &. XX. milibus paſſuũ/Ita eam in hanc formã poſt inclinationem Romani imperii euerſam à gallogræcis. Hellena regina genere Francigena fœmina Chriſtianiſſima Simeonis nemagnę Myſſorũ/& Illyricorũ regis uxor poſtmodũ erexit/atq̃. inſtaurauit/quæ & alia uicina oppida ęque dirruta renouauit/Zenobia & loca religioſa plęraq̃. in Epiro atq; Illyrico cõſtruxit/ut ex his in marmore inciſis aliiſq̃. monumentis licet intueri. Expleta ad ſacietatem ira Ameſa, & deſolato hoſtili agro, nõ Baleſii repetendi amplius illum cura inceſſit / pudore fortaſſe collegæ quem integra re non audiuerat/ & ob illius ſpreta conſilia ſero tum dolebat/cũ ſtolida temeritas ſe etiam nouiſſet infœlicem. Sed Daynum conuerſis ſignis pergit ire/imprudens dum Hiſpanii reprehenſionẽ fugit/grauiorẽ patrui iram ſubiturus, Inſtructus enim de omnibus à nũciis locorũ Scanderbegus/ubi de eiuſdem aduentu cognouit/uocatum ad ſe protinus plenus irarũ propalam in uulgus (quod acerbiſſimũ fuit adoleſcenti) omnium criminũ reum inſimulauit, & debitorem poſtulauit ſanguinis ſociorũ, temerarium clamans, q̃ tam ſtolidum conſiliũ iniſſet ſine mãdato/ ſe quũ à Baleſio diſcederet nihil horũ ei præcepiſſe interpretandam conticentis fuiſſe uoluntatem/ut prohibuiſſe intelligeret/Deinde qui proximi erãt milites ſciſcitatus/ubi trãſacta omnia cõtra aſſenſum collegæ cognouit infeſtius exarſit / & perſtabat in incœpto immitis animus, doleréq; ſe ex eo non minus dicere/quod eam temeritatem grauiore alia & longe imaniore culpa auxiſſet in deuaſtandis nefario exemplo oppidanorũ agris/ igniq; & ferro in arboribus ædificiiſq; deſæuiendo. Ad ea Ameſa quum haud facile eſſet reſpondere uocem non emiſit/ Illud tantũ ad ſocios conuerſus/Nihil inquit uicto turpius eſt dii boni/quũ & hinc hoſtiũ ſuperbas inſultationes/& hinc moleſtiores tuorũ uultus expectes/Tum circũfuſi omnes deprecare Scanderbegum/ ut modũ indignationi faceret/Caſtigatam ſatis adoleſcentiam nepotis eſſe & oneratam triſtibus uerbis illius fortunã. Se quóq; uná cũ eo eius criminis reos damnari. Mitigauere itáq; ſubito militares preces populare ingenium ducis.

# MARINI BARLETII/ SCODRENSIS DE VITA/ ET GESTIS SCANDERBEGI. LIBER .IIII.

DVM Sic inter Christianos tumultuatur potiusq̃ belligeratur & sub Dayni mœnibus Scanderbegus consenescit Amurathes de singulis tũ á Mustapha iam inde certaminis auido/tũ fama ipsa admonitus multa uario cõsilio agitabatur. Nunc pulchrã opprimendi hostis occasionẽ laudare, Nunc inuictam eius fortunã admirari. Demũq. quod magis dubiã mentẽ detinebat ficta christianorũ odia & uanos tumultus uereri, Ita dũ inops consilii princeps sollicite alia ex aliis interpretat' præterlabebat' paulatim é manibus occasio mitescẽte iã Venetorũ ira. Sed ppulchre ad infœlicia arma Ottomanũ frequẽtes Mustaphæ adhortationes poscentis bellũ/ ad delendam priorẽ ignominiã nequicq̃ tendentis. Quãobrẽ laudata ducis uolũtate, mox nunciũ ad eũ cũ eius generis litteris mittit.

Mustaphas obtinet ab Amurathe cũ Scãderbego cõsligeret.

BELLVM quod tantopere postulas Mustapha/en dedimus tibi laudẽ ex eo (si uera sunt quæ ad nos de Venetorũ armis afferuntur) tua tibi uirtus/ac dextera pariet. Caute tũ agẽdũ est cũ eo hoste/néq; sumẽda credule arma/quæ ubi nõ credas per summã fœditatẽ deponas fallacis forsan inter christianos belli species, & inanes simultates te tantũ capiãt, quippe quũ (ut aiunt) nulla sit breuior cõtentio/ q̃ inter patrem & filium, Nos neq; monere absentes præsentẽ possumus, néq; stolidam pugnæ libidinem laudamus. Obeunda sunt tibi omnia & disquirẽda singula inermi quæ armato postea sunt agẽda/Militẽ habes insignẽ numero uiribusq. integrũ/hostem tum fessum tot prœliis/tum exhaustum. Reliqua ages pro arbitrio tuo. Nihil enim ut facias prohibemus quod é dignitate nostra censeas futurum.

POstq̃ facta belli copia ab Amurathe Mustapha/ instructo agmine/ ingentibus animis eo certamine totius belli labores finire cõcepit/néq; insidiãtis more eũ celabat apparatũ/sed palã hostis animũ præferẽs ubicunq. sui copiã faceret Epirensis/Iusta acie collatisq; signis oẽm fortunã subiturus uidebatur. Interea nuncius à præsidio, quod ibi ad Macedoniæ fines Castriotus reliquerat. Daynum missus magnis itineribus illũ instruxit, qui de singulis & omnia prout erant exposuit, Quare intrepidus princeps/& impiger belli artifex aliũ recentẽ uiribus nunciũ celeriter ad suos expedit, qui moneret eos/ut cauerẽt oino aliquã pugnæ facultatẽ præbere barbaro, sed uel per montiũ saltus & inaccessa fermé loca ducẽtes agmen ludificarent. Interim hostẽ uel quadã fugæ specie paulatim deciperent/differẽtq. eousq. fortunã certaminis/donec ipse cũ copiis suis opportuno aducẽtu reformaret singula/quẽ ubi uidissent/mox eodẽ tenore sequerent'. Ibi signa/ibi acies/ibi robur belli foret ubi ipse esset. Dehinc quãuis moleste à Daynẽsi negocio abstrahere' accito Amesa obsidionis curã illi tradit/nõ cõsilio solũ/sed præce etiã agens cũ iuuene/ne aliquid se absente moliretur inobsessos/Satis proprio edoctum malo/né ue pedem

uſq̃ à mœnibus referet/quo uel reſpirãdi copia fieret oppidanis/uel frumẽtationis faciẽdę facultatẽ haberẽt,ipſe diminutis ibi copiis qngẽtos equites, mille qngen/tos letiſſimos pedites ſibi ad uetus pręſidiũ augendũ contra nouos barbari motus elegit. Driuaſtenſes copiæ ad obſidionẽ cũ adoleſcẽte relictę ægretulerũt/Cupie/bat nánq; quiſq;,& Scanderbegũ orabat/ ut cõcederet ſibi recenti cõtra barbaros uirtute culpã priorẽ corrigere/& abolere ignauię memoriã noua gloria/Nemo tñ acceptus quũ neq; oẽs ducere ex re ſua eſſet / neq; alios poſſet ſine cæteroꝝ mole/ſtia/ & diſcordia quadã ſeligere/dũ nullus ſe ſocio deterioré credit/Veteranos tan tũ/& emeritæ militiæ uiros totius robur exercitus elegit/nõ ignarus optimus belli dux/aliud eſſe muros obſidione cingere, & ſub ignauis mœnibus cõpreſſis mani/bus ſedendo uincere hoſtẽ/aliud cominus furẽtibus gladiis,& cruento marte diffi cilem laudem appetere/uix abſceſſerat Scãderbegus/cũ Scodrenſes & de turcaꝝ motu/& de ducis cõſiliis pariter & profectione nõ ignari ſumma diligentia copias & magnã uim tormẽtoꝝ ad nouę urbis oppugnationẽ parabãt ueriti niſi inde Ca ſtrioti pręſidiũ expelleret,& expurgaret locus ille hoſte/ ſe in uiſceribus ipſis bel lum ſemp habituros/neq; facultatẽ unq̃ reſpirandi futurã. Quare uelut auidum lu poꝝ agmẽ/ ubi abeſſe paſtoꝝ curã nouerũt/irrũpũt intrepidi in imbellem gregẽ, & indefenſa ouilia rapiũt/diſiiciũntq;. Ita intenti iãpridẽ hoſtes/poſtq̃ pfectũ ad aliã belli molẽ Caſtriotũ aduerterũt/ſtatim infeſtis ſignis/ infeſtiori apparatu Ba/leſiũ petentes inde acceptaꝝ iniuriaꝝ ultionẽ ordiunt. Nihil abfuit/quin pręſidiũ ibi opprimeretur/ſi expectatus fuiſſet hoſtis/Sed Hiſpanus ubi afferri machinas & reliqua quatiendoꝝ muroꝝ inſtrumẽta cognouit/collecto milite cæteriſq; impe dimẽtis Dayńũ ad ſocioꝝ copias ſilenti agmine iter arripuit/ uacuis tantũ muni/mẽtis hoſti relictis/Supauerat iã Clyrũ ſcodrẽſis & duobus fermé milibus paſſuũ diſtabat ab oppido,Cũ tacita omnia ſubito uiſa/Non clamor uiroꝝ/ non præſidii ſignũ aliquod pro muris auditũ, Iniecit pauorẽ primo & horroré quẽdã animoꝝ uiris tã in prouiſa res & ſuſpectum ſilentiũ / Deinde ubi exploratores miſſi uacua omnia cuſtode nunciarũt,audacius pceſſere ſigna inſidiaꝝ ſublato timore/Mole/ſtior tamẽ ea res & hoſtiũ fuga fortibus uiris fuit/ quod ſibi tantũ cũ ignauis mœ nibus/& inanima urbe pugnandũ aſpicerẽt. Humoi pſertim duci illi/qui ſeruituté fratris pclaro aliq̃ facinore ulciſci cupiebat/Indignatus/q; tãdiu libertatẽ illi apud Caſtriotum exorare nõ potuiſſet/ni fecerit fortaſſe(ut ingenioſos reddit homines amor) eo cõſilio/q; expugnato Baleſii pręſidio ſperaſſet habere efficax aliquod pi gnus captiui hoſtis,quẽ poſtea cũ fratris corpore pmutaret/ Subiere itaq; muros undiq; milites,ad quos diruẽdos nõ ſatis neceſſarius uſus tormẽtoꝝ fuit. Recenti enim feré adhuc cemẽto inutilis cõpago lapidũ uectibus tantũ ferreis acta paruo impulſu ſua ſponte ruebat. Diſiecta igit pauco momẽto omnia/reliqua lignea ma teries/& ſtipitũ robora iniecto igne arſerũt/Stationes militares/ & cætera muni/mẽta pariter ſolo æquata/Ita inanimi ultiõis genere Scodrenſes odio expleto de/formem urbis aſpectũ reliquerũt duci ulciſcendũ præpropere maximo ſuo malo/ & grauiore longe calamitate / Non deerant ibi,qui ducendas recta uia copias ad

Scodrenſes Baleſiũ incẽdunt/fundi/tuſq. euertũt

Daÿnensem obsidionē soluendā dicerēt, & tentandā ibi fortunā/quū oia essent ad uictoriā ꝓniora Scāderbego absente. Sed tū paucitas ipsa suorꝫ minuebat audaciā/tū moliri qcq̄ noui cōsilii in hostes ꝑter mādatū ꝑfectī urbis cęteri ꝓhibebant/ Signa itaq; conuersa Scodrā/& retro actæ domū copiæ nullo fatis speciosо glorię genere/nō captiuis spoliis/nō hostili sanguine decore. Marinus quóq; Daÿnū reducto prędidio/& dolorē Amesę ꝓꝓ publicā ignominiā/& risum quēdā ob priuatā eius fortunā excitauit/ne solus ignaue repulsus à Driuastēsibus uideret/Cū & collega socius mœsticię/ac fortunæ esset/tū publice ad milites cōuersus adolescēs.

AGE nūc inquit misereamur posthac misereamur eoúsq; hostiū/ Donec funesta pietas ista nosipsos prędipitet. Soluamus perniciosо exēplo Scodrensium uincula/ Reddamus libertatem captiuis/ut facilius postea in capita nostra desęuiant. Quis animus patruo erit? Vbi deformē urbis aspectum cernet, ubi diruta mœnia aspiciet ab illis/quos captos nuper in Drinoniis campis tā speciosо omniū spectaculo libertate donatos patriæ reddidit/ut noua hodie aduersus se arma sumerent/& feroces instaurarent spūs. Ignoscamus Driuastensibus/abstineamus ab hostili agro/ hostiliáq; æq. in corporibus nostris passuri/Iam eo decurritur/ut dum tā faciles in ignoscendo sumus/omniū in nos arma excitemus, & dū aliorꝫ uincula rumpimus nobis iugum ipsi imponamus/Habendus ita est hostis quū in potestatē uenerit/ne dum pii magis simus q̄ par est/pietatis ius omne amissum in eum transferamus/ Nemo cōqueri poterit de nobis si belli iure utamur/nemo crudeles appellare eos/ cū quibus pari odio de uita/de sanguine decertet.

Tacita Amesę de patruo querela.

Mustaphas nō facta sibi copia pugnādi à Scāderbegano ꝑsidio, agrū incēdit atq. deuastat.

GERebantur hinc res ignauis querelis/Inde Mustapha ímisso agmine Scāderbegi ꝑsidiū quiescere nō ꝓmittebat/Sed assiduis procursationibus lacessebat magisq̄ terrebat hostes. ipsi nūq̄ ęquo marte cōgressi defendebāt se/ nunc munimētis castrorꝫ, & locorꝫ potiusq̄ propriis uiribus/Nunc modico agmine educti simulata fuga per ludificationē barbari diem extrahebāt. Ille itáq; ubi inanē spem præsidii opprimēdi uidit/néq; oppugnare stationes eorꝫ aggressus/néq; palantes longe insecutus timore insidiarꝫ custodiis tantū diligēti cōsilio dispositis in deuastādis adiacentibus agris reliquū opę cōsumebat. Donec admonitus de Scāderbegi aduentu retractis copiis, non multo minus q̄ duo milia passuū ꝓcul ab hoste firmatis signis cōsedit/locus ipse quē ad id certaminis elegerāt/Oronicheus/uel notiori uocabulo Oronochius appellatus, in Dibra superiore est / in quadā planicie haud multū lata. VI. milibus passuū procul à Croia. Castriotus quóq; cū nouo milite receptus in castris primū omniū edicto admonitos/ne quis iniussu exiret statiōes/singulos ad opus muniendorꝫ castrorꝫ traducit/neq; à barbaro motus aliquis exortus, Quieta igitur utrinq; statiua fuere/ Dehinc Epirensis ubi procurata est satis castrorꝫ cura/ & arma munimētis firmata/tū armis firmare munimenta cœpit, & ordinū habere rationē. Veteres copię triū miliū & qngētorꝫ equitū numerꝫ cōplebāt/peditū sexcētorꝫ. Nā licet Castriotus haud multo minus q̄. V. hominū milia ibi reliqsset/quū ad Veneti belli apparatū ꝓficisceret/plures tñ inde ab eodē postea diuersis rōibus euocati/Cōputatione itáq; omniū habita sex hominū milia inuecta/qui eo prœlio

Aduēt⁹ Epirēsis ad prędidiū/ Descriptio loci pugnę cū Mustapha cōmissę. Nūer⁹ copiarꝫ Scāderbegi. Instructio earū/& ꝑparatio ad pugnā. Singlar barbari certamen cū xꝑiano, & victoria xꝑiāi militis.

barbaro opponerentur, & insignis gloriã certaminis subirẽt. Neq; tñ oibus copiis pugnatũ, Vacuas nãq; custode restare statiões (quẽcũq; euentũ dedisset fortuna) nõ passa est solertia ducis/sed trecentorũ uirorũ lectissima corpora ei custodię addi xit/Copias summa rõne/cõsilióq; deduxit in alas/equitũ robora in frontibus loca uit/mille & qngẽtos utrinq; dispositiões/ueritus imparẽ peditẽ p̃ impetu hostiũ fa cile pelli posse. Circũfusi itáq; pauci post alas/nã in mediis ordinibus maior uis pe ditatus reseruata/Ibi quóq; munita quingẽtorũ equitũ robore/ut prima eruptione undiq; eques cũ equite/si ordines turbati nõ essent, cõcurreret. Dum ita instructa acie Castriotus ĩmota signa/& silentio militẽ cõtineret, expectans ut hostis moue/ ret. Barbarus à reliqs copiis euectus (Caragusio nomẽ erat) in mediũ, quod uacui interiacebat cãpi ꝓuocationis signũ dedit. Deinde progressus anteipsas stationes insigni uoce fortissimũ quẽq; poposcit/qui secum singulari certamine decerneret/ Tenuit silentiũ p̃ uiros/quippe q̃s sicut à detrectãdo pudor/ita ab accipiẽda cõdi/ tione metuendũ pugnæ genus impediebat. Non tulit tñ diutius insultationẽ bar/ bari Paulus Manessi notus equestri gloria bellator, quũ & ad id ipsũ oẽs ordines spectabãt/uelut potissimũ illũ ea appellaret ꝓuocatio. Sed surgẽs ingenti ferocia/ lęticiáq; ad Scãderbegum uoluntatẽ eius sciscitaturus ire perrexit/à quo laudatus egregie est/& accẽsus grauioribus stimulis iraꝝ simul/speiq;. Pergeret secũdis diis tũ ad priuatũ decus petendũ / tũ ad insignẽ sociorũ uictoriã/eo præclaro facinore auspicandã, quẽ cæteri postmodũ imitentẽ, & lętus exercitus pulchra recentis eius glorię auspicia sequatẽ. Circũfusi igitur undiq; turmales uelut iã inde uictorẽ lau/ dare. Ille tantum moratus/dum arma/& solitus ad id genus certaminis apparatus expediretur. Mox equum conscendit, & in subiectum prouolans campum expe/ ctantem hostem infesta uoce compellat, & ad ictus se parare iubet/Barbarus autẽ tantulum more petens/dum loqui pauca sibi cũ eo liceret.

VICTOriam inquit dextera/& fortuna decernet/leges ipsæ uictoriæ nobis sunt statuendæ. Si gloriam de me hodie tibi promisere fata. Nihil recuso uictus belli iure/& opima spolia tibi/ & cruentũ cadauer auferas/Sin ipse sub manibus meis occumbes/idem iuris seruari mihi in captiuo corpore posco. Idq̃. ratum habeant duces/ne uel in ipso certaminis ardore/ uel post decretum duellum motus aliquis oriatur à stationibus adiuuandam alterutrius fortunam.

AD EA Paulus cõprobatã esse eius pugnæ legẽ/quã ipse uelut timido desiderio seruari postulet sibi, Cedere aperto iure uictori reliqua, ubi ferox spiritus cesserit. Pugnaret ĩtrepide/ hostẽ nisi se tantũ habituꝝ, quẽ ubi spoliasset uita/Inulti quóq; cadaueris liberã potestatẽ futurã. Nam uel si ipse cõcedat eas inanes reliquias mi/ litũ lachrỳmis/nõ passurũ Scanderbegũ ut ignaua mẽbra ad se deferantẽ, Mouit Barbaꝝ audax uiri respõsum/& facilis uitæ contẽptus/Adeo ut prouocasse fermé pœniteret/Tũ ubi firma oia & rata sanxere duces destituti in medio ambo omniũ in se oculos cõuerterũt. Defixerat pauor mixta spe hoies q ad spectaculũ aderat/ sollicitos euentorũ. Pares nánq; uisu ambo/ ac specie erant. Media uirorũ statura, ætas fermé eadẽ néq; patiens ignauiæ/néq; iuuenili calore uana, Idẽ ambobus ha

bitus armorꝫ/hastę equestres/clypei laminis ex calybe in umbilico distincti/Ensis utriq; de more recuruus, & ferrea claua/ corpora loricis/ & capita galeis tecta. Addebāt ꝑterea decorē quēdā(licet nihil ad uictoriā facerent)fulgentes ex serico tunicę.Citatis itáq; ocissime equis trucibus oculis simul & animis cāpū diuersi rapiūt,Et quū infestis cuspidibus cōcurrissent,Paulus supra scutū dextrū oculū rimatus Barbaro hasta trāsfixit. Delapsūq. humi cū uulnere/ex equo desiliēs armis corpus/& capite trūcū priuauit/ ac cęsi hostis onustus spoliis equū cōscendens ad suos redibat,quē effusi undiq; ex stationibus milites ingēti gratulatiōe ꝓducūt ad ducē collaudatū eū Scāderbegus mox insigni clamyde ex auro contexta/ac uilla quadā opulenta publice donauit/Tū cęterorꝫ ordinū aios (pugnæ nánq; & iaciē/dę cōgressus illius aleę tēpus instabat) solitis de more adhortationibus accēdit.

ANImatos satis uos singulos ꝑclaro hoc priuatę uirtutis spectaculo/si facta qcq̄ uiuaces fortiū uirorꝫ spūs mouent esse existimo milites,quippe quū nullū acrioré stimulū subiicere dii hodie potuerint uobis,quā fœlicia hæc uictorię delibaměta, quæ & augerēt ferociā uestrā/ & minuerēt hostiū. Quare agite factā ad laudē uiā audacter ingressi/fumantes adhuc cruore hostili militis uestri manus/pulchra oēs cōtentione imitamini. Vouit pro uobis/uouit pro uictoria sollicita socii cura/Immolauit uictimā pro uobis fortis dextera/ quo incruenti uos postea secūdo marte deuota uobis corpora cōficeretis,& ꝓmissa peteretis spolia/Irrūpamus igitē nunc nūc in hostē/Prouocauit prior extra ordinē uos ille/ Prouocemus priores nos tota acie iꝑm/Extrahamus inuitos infunestū cāpū dū ignauus dolor uires hausit/& torpor animorꝫ hoies mœsto silentio cōpręssit. Sub iis dictis curatis iāpridē corporibus/signa canere iubet/ & qnta fermé diei hora i aciē educit/Insignis sané ferocia uiri/& digna inuictę uirtutis fiducia,quā ois ętas admiretur/Ausus est ea hominū paucitate unicus belli artifex contempto egregie hoste æquo cāpo/collatisq; signis tanti fortunā certaminis subire.(Nulla nāq; tū ignauę fraudis/nulla insidiosi stratagematis ratio ꝓcurata/)Ausus est prior relictis monumētis libero euectus cāpo ei hosti insultās uelut renitentē educere ad pugnā. Iamq. ad ipsas hostiū stationes ingenti militū clamore ꝓgebat,Ni Mustapha tumultuario primū agmine dehinc totis uiribus illi occurrisset,sed sicut timide ꝓgressi/ita facile ꝑ impetu pellebantē, & uix dū oēs é castris educti iustā aciē cōpleuerāt/q; plures subita fuga iā recipiebantur inter statiōes/Id ubi aduertit barbarus/néq; signa suorꝫ/néq; militē usq̄ cōsistere/quo accenderet audaci exēplo uiros,clamitās ut se sequerentē/ & ubi eū uidissent/cōuolarēt signa/Concitato repente equo primā hostiū frontē inuadit/ꝓtinaci cōsilio aut uictor ad Amurathē reuersurus/aut nō inultus casurus/ secuti sunt plures ordinū ductores/& turmaliū nō ignobile agmen/Reliqui quóq; pudore ducis relinquēdi paulatim inferētes pedem ora hosti feriēda prębebāt,& uariis locis cōferti obnoxius quo poterāt sustinebāt aciē/Ita ubiq; iā ordines instaurati/ac renouata pugna erat. Sed nullū usq̄ indiciū uariantis(ut solet) fortunę uisum ꝓdita æque ex omni latere uictoriæ spes/uincentibus perpetuo tenore christianis. Adeo duorꝫ militū euentus fortunā quóq; uniuersi exercitus iā inde formauerat, & sim/

Pugna utriusq; exercitus/ Victorē nostrorꝫ/ fuga barbarorꝫ numerus cæsorꝫ/ captiuorūq. direptio castrorꝫ & hostilis agri.

gulorꝫ animis impręſſerat audaciam/& pauorem/Moſes à ſuo cornu nunc equite immiſſo/nũc ſubiecto pedite/ & deducto pro ſignis turbabat barbaros, ac diuiſos acrius pręmebat/Illi uelut fato quodã magis/q̃ ab hoſte ſupati/& uix ad deuitãda uulnera idonei uinciri magis/q̃ uincere aptiores uidebantur/Paulum in media pugnantẽ acie maxima undiq; hoſtiũ ſtrages ſequebat/Turbati iã hincinde ordines erant/Non equitis/nõ peditis locus/promiſcue æquata omnia, & maior fermẽ ibi turcarꝫ numerus confoſſis ſibi equis ab Epirenſium/peditibus uerutis/pedes pugnabat/ſed tũ inaſſueta corpora pedeſtri pugnę/tũ in incõmodiora arma pniciose perpediebant uiros. Augeri ſemp hoſtiũ illis uidebatur acies/rareſcentibus copiis ſuorꝫ, Stabant tamẽ ceci pudore expectantes ducis euentum altera parte, quẽ cũ nobiliſſimis quibũſq;/& omni exercitus robore ad Scãderbegi ſtationẽ præteruectum reformare cunctorꝫ ordinũ fortunã poſſe credebãt. Pauli aſpectus nũc urgebat/quũ metirentur timidis animis maiorẽ quęq; in hoſte/ex perempti nuper uiri gloria/Nunc iritabat ardentibus ſtimulis hoſtes / quũ deformis militis ſui ſpecies/ & inulta ſocii umbra ob oculos uerſaretur / Ingentia præterea (quod maximum irritamentũ erat) pręmia à Muſtapha pro inuiſo capite ꝓpoſita uictori auidiora periculi militũ ingenia faciebant/Denſati itaq; plures circa unũ totis uiribus incubuerãt, & uelut obliti cæterorꝫ obnixis uultibus unũ appetebant/Per cædes/per uulnera ſuorꝫ emere quiſq; preciosi capitis munus nõ recuſabat, ſed ſtolidũ hominũ deſideriũ/pniciosum ipſis etiã reddebat ꝓtinax uiri uirtus, qui ſtipatus quorũcũq; fortiſſimorꝫ caterua propellere ſatis eã uim poterat/& cõtemnere inanes conatus/tũ cõſpiciẽs Barbarorꝫ exercitũ à reliquis copiis inceſſantẽ infeſtius agmen ſuorꝫ tacite cõſecutus obliquũ uiri caput gladio ꝓſtrinxit/& uno ſubinde alterõq; ictu pręcipitẽ deiecit ex equo. Stratũ humi ubi uidere ſocii retracto protinus pede/neq; ulciſci iacentẽ/neq; corpus à reliqua hoſtium uexatione tutari curabant/ Inſtare tũ acrius Epirenſes/ac ſine reſpiratione urgere turbatos/ Donec pulſi penitus omnẽ laudem ceſſere uictoribus. Fugientes Paulus quantũ maxime poterat/ carpebat poſtremos mordacibus ſubinde uerbis in illos cauillatus.

QVO fugitis ignaui? Ita né omnis ſociorꝫ memoria abiit? Nullúſne hic Caraguſii frater? non cõſanguineus? nõ neceſſarius iacentis quiſpiã in tanto numero? qui deformẽ truncũ ultione ſaltẽ/quæ ſola ſupereſt auxilio proxima honoret, En ipſe ipſe nũc uos appello/prouocoq;, quẽ priores uos nup ad male cõceptã glorię ſpem euocaſtis, Siſtite gradũ/Accipite cruẽta ſocii ſpolia, quæ ultro uobis ipſe offero.

ILLI nullius rei ꝓterq̃ fugę memores turpi ſilentio hoſtis increpationẽ néq; approbabãt, neq; reprobabãt/Sicq. liberiori paulatim euecti campo ex oculis euaneſcebãt/ut uix fremitũ inſequentiũ audirent, Sagittariorꝫ tantũ obſtinatior ſęuitia in eos fuit, Cęteri ordines abſtinuerunt fugientiũ tergo, Nánq; tũ laſſitudo, tũ ſaccietas hębetauerat hominũ uires/animoſq./Abiecta tñ ubi ſigna/& ſparſas paſſim lunas collectas militaris id genus eſt ſigni turcarꝫ populis) lęti milites pulchro clamore/& iactatis incõdite carminibus ad Scãderbegi ſtationem cõtentione quadã afferebãt, Læta nãq; ibi omnia iãpridẽ erant/hoſtes uel cęſi longo ordine iacebãt,

uel ſeruati belli iure inutilibus poſt terga manibus/& propriæ ignauiæ & hoſtilis clęmẽtiæ cõfeſſionẽ faciebãt. Muſtaphas quóq; ipſe cũ.XII.purpuratis ſimili cõſpiciendus canterio ducebat/augebátq; ſpectaculũ,& leuabat uelut fortunã cæterorũ.Nã quũ prętерlatus pnicioſo glorię appetitu in Caſtrioti cohortẽ eſſet,& obſeſſum ſe ibi, ac omni ſuorũ robore exutum uidiſſet, néq; aut effugii / aut pulchri interitus facultas ulla adeſſet/maluit infœlix dux oia/libertatem quóq; ipſam pro uita paciſci.Neſcio an pulchrior res/& magis ſecũdis diis toto belli tpe cũ Amurathe geſta/Ita ſpecioſa omniũ eo die opera fuit,Non dux/nõ miles/nõ ordo aliqs onuſtior priuatæ ſimul & publicę laudis antea redactus, Cęſa ex hoſtibus referũt .X.milia/captos.LXXXII.ſigna militaria.XV.Scanderbego modica militũ iactura ea ſtetit uictoria/uix trecentorũ (ut aiũt) hominũ.Caſtra quóq; nõ ignobile præda ditarũt militẽ/nã quũ barbari aliquot menſibus ibi morã traxiſſent/peculium quoddã ſibi qſq; conſtituerat/Cæſorũ ſpolia pulcherrima inuenta/Equorũ inſignis numerus/Non tñ licet pręda militẽ oneraſſet/exaturauerat ira ferocẽ ducis animũ/quin extẽplo refocilatis corporibus/quod reliquũ ſuperat diei ad deuaſtationẽ agrorũ militẽ traduceret,Sicq. uictoriã recentẽ ſecutus iniecto late igne quę ferro nõ potuit/abſumpſit/Néq; inde tñ uulgi manus uacuę receſſere,& nõ ſolum ſiqd preciosi fuit/nihil relictũ/ſed peccorũ quoq. magna uis abacta/Ita dum feſſos pręda etiã iſta magis tardat/uix prima noctis uigilia recepti ſunt in caſtris/Reſiduũ noctis ibi quieti datũ/tranſactúmq; tacite ſine iocis/ſine clamore,& nullo fermé uictoriæ indicio,mœſtiorẽ nánq; ducẽ uiſum pp auditã Baleſii ruinã, Modeſtiora quoq. militũ ingenia/& ad idipſum cõpoſiti uultus imitabant,nunc conſolantes leniter/nunc priuato odio fremẽtes in hoſtem,Sed nõ poterat ęger animus ſomnũ capę/ dũ Scodrẽſiũ ferociã/dũ ſua in illos bñficia collata crebro retractat/ Mane itáq; dubia adhuc luce relicto ibi ut cõſueuerat/pręſidio duobus equitũ milibus/& mille peditũ cũ reliquis copiis ad Daÿnenſem obſidionẽ conuertit ſigna/ Captiui quoq. oẽs abducti,& prædę fermé qcqd preciosi fuit/Vbi quũ ab Hiſpano ſingula magis certo ordine didiciſſet/tantũ moratus/dũ renouaret militẽ/Mox recẽtibus copiis multa ſimul dãna importãs Scodrenſibus Drinũ traiecit,Immiſſoſq. paſſim equite,quicqd ſati in cãpis fuit (Autũni nánq; in ipſo exitu altiori tũ herba ornabant prata) deuaſtauit,Vites uniuerſę interneciuẽ deletę,Omnis fermé fructifera arbor ęquata ſolo,Agreſtes qui inuecti fuere occiſi plures,dũ arceret hoſtẽ/reliq oẽs male habiti/exutíq; patrimoniis/Subide ad alia loca/& oppida Venetorũ pgreſſus/eãdẽ oium fortunã faciebat/Ville/& ſiqd pſidii reliquũ i agris erat/cũcti ad ipm defecerũt,priusq; ruinã ſentirẽt/ Culpauit Scãderbegus Ameſę indignationẽ ſuã nõ cognouit/Execrauit adoleſcẽtis ferociã pferuidã i ſe irã cohibere nõ potuit.Tũ ubi pcurſata oia,& inſolẽti dñatiõe ſubiecta ſibi uidit/urbibus quoq. ipſis incipiebat eſſe terribilis/ Sed appetens iã frigoris uis/& increbreſcẽtes quottidie pluuię inuitũ ſub aſſuetis mœnibus in hÿberna cõpulerũt/Veneti interea puicię pſides/& Scodrę magiſtratus ſolliciti de rebus oibus pſertim de Daÿni pręſidio/ubi ad ultimũ inopię uẽtũ ſciebãt,litteras ad ſenatũ de ſingulis decernũt.

Mustaphas cũ aliis.xii. purpuratis captiuis.xx. aureorũ milibus redimitur.

Sub idẽ quóq; tempus & Barbari cũ ingẽtibus donis ac magna ui pecunię pro captiuis redimendis ad Scãderbegũ accesserant. XXV. numũ aureorũ milia fuisse nemo dissentit. Datus itáq; Mustaphas cũ cęteris, & honorati hostes/habitíq; liberaliter sunt/uelut omne odiũ resedisset. Exin & duces dati regionis periti, qui ignaros regerẽt, & seruarẽt ab insidiis suorũ, Captiua pecunia oís militibus erogata, ut penes eosdem pręmia penes quos pericula essent / De Dayni oppugnatione nihil per eos dies tentatum/prohibebat nánq; molestia frigoris quicq̃ moliri in muros/ Oppidani rerũ omniũ præterq̃ fidei imemores de assueta ptinacia nihil mutabãt/ Hauserant uires hominibus tot undecunq; incõmoda, sed idẽ feruor animorũ erat/ uegetiorq́. indies in diminutis corporibus spiritus. Ita pusilla urbs fortissimi ducis impetus retardabat/& tot simul bellorũ uictorẽ sola cõstantia uincebat. Nũq̃ tamẽ Castriotũ pudor ullus ab incœpto auertit, sed sedendo/si aliter non posset/uincere destinauerat. Ferebantur iam obscurę quædã uulgi uoces/& incerta murmura de propensioribus ad pacẽ patrũ animis. Quare mitius & Scanderbegus agebat cũ hoste, leniusq́. in procursationibus assuetis indultũ iræ/Nunciat extẽplo sibi legatos decreto senatus missos/qui noua pacis cõsilia inirent, iãiã adesse/Prę̃misso itaq́. de more obuiã nobilissimorũ ordine uenientes honorifice excepit, Deinde habitos lautissime/postero die exhibuit copiã dicendi ea quæ à patribus afferrent, Proposita simul & accepta sine uariatione inter eos est unica illa pacis cõditio / ut soluta Dayni obsidione Epirensis/acceptam semel in suã fidẽ urbẽ cũ omni iure Venetis cederet/Ipsi ager quidã iuxta Drini flumen/& locus/quẽ busegiarpeni appellant, adinuicem cõsignatus. Nihil negauit Scanderbegus, sed quæ statuissent ipsi lętus tulit. Firmata igit pace/& rite peractis omnibus/Tũ silentio facto, parabat nánq; generosus animus insigne indicium liberalitatis ostendere, ita exorsus est.

Grata lautáq; oro Castrioti ad Venetorũ legatos/q cũ pace ad eũ uenerint.

VIVEret utinã nunc bonus princeps ille, cuius mors & præcipuũ simul dolorẽ mihi/ & molestissima uobiscũ arma excitauit, Néq;.n. dũ impii belli auspiciis/ac domestico sanguine cruentã Dayni possessionẽ á uobis quæro/cernerẽ hodie prouinciam christianorũ/& sociorũ tot immersam malis, Et inuiolata cũ optimo senatu pace gloriarer/quã lęsam nunc tã leui causæ momento uix unq̃ cõcoquere poterit animus/sed alia contentionis huiusce origo, Excusabilẽ uestrã sumpti belli rationẽ illorũ perfidia fecit, quibus auctoribus primũ Daynensis deditio facta uobis/dum & iniquis consiliis facile mulieris ingeniũ à me abalienassent, & quæ acta iãpridẽ inter me & Lecchã fuerant/dolose/& assentationis studio quodã reticuissent, Non sum igit succensus eousq́. uobis/nõ arma sumpsi, ut iniustos argueré/non ut regni libidinẽ imputarẽ Venetis, quos unq̃ iniqui alicuius belli auctores nulla satis ætas uidit/Illud tantũ molestissime tuli/q; minus mihi/q̃ par erat/credidissetis, & dũ à uerbis illorũ non disceditis/cõtentionis me studio motũ/& cupiditate aliqua impetrandi arbitrati essetis/Inii tũ ipse belli occasionẽ, quã in manibus fermé mihi tradita uidebã/quũ ius omne in armis resideret, Depono nũc ultro poscentibus diis, & si uos nõ posceretis, agrum & campos/quos in Dayni cõpensationẽ decreto senatus attulistis mihi ad fœderis huiusce firmitatem libenti animo accipio, uolun-

tatem patrum/liberaliſſimorumq. principum amicitiã amplector aliud quippiam néq; peto/néq; accipio, Sed te quicquid agri eſt mihi ſi oporteat/ regnũ fortunas/ uitam deniq; pro uobis/ liberíſq; ueſtris/ & imperii dignitate deuoueo.

HIS dictis pręconia ꝑ uniuerſam regionẽ decerni iubet, & cupitã tãdiu pacẽ lętis populis annunciari, Obſidio tũ diſſoluta ocius & demolitis oppugnationis operibus alacres ordines excipe oppidanos, ac inuitare ad ſtationes, deleto odio omni ſimul publico/ſimul priuato. Andreæ quóq; & Vulcatanio/libera abeũdi poteſtas data/Reſtitutáq; cætera legatis/uillę/& caſtella/quæ Scodrenſibus nup ac uicinis urbibus adẽpta fucrãt, Poſtridie editis de more uariis ludorꝫ ſpectaculis cũ ingentibus donis legatos à ſe dimiſit. Ipſe impatiẽs ocii cũ omnibus copiis ad barbarorꝫ fines deuaſtandos/& aſſuetã prędam ire perexit, Collectóq; ibi uetere pręſidio, ac coactis in unũ ordinibus iuſti cuiuſdã exercitus formã expleuit/ut nõ ad depopulationẽ agrorꝫ/ſed ad ingentis alicuius belli morẽ inſtructam aciẽ diceres/Ita lętus quiſq; ſequebat̃ ad accipiẽda promerita diutinę militię ſtipẽdia/Aliud enim nihil tũ a duce poſcebat militaris cupiditas/niſi quod qſq; ſua manu cœpiſſet, Hinc ioculariter ſæpe uicini principes/Aerariũ Scãderbegi agrũ hoſtilẽ appellabant, Tũ tripartitis copiis turcarꝫ fines ab omni parte ingreſſus biduũ in depopulãdo, conſumpſit, colonorꝫ magnus numerus cęſus/niſi qui chriſtianum nomẽ profitebant̃, His quóq; nihil ꝑter uitã/& libertatẽ ręlictũ, Ignis poſtea tectis imiſſus deformauit omnia/ac ĩ cineres uertit, Ita ut ſi exercitus hoſtilis eo tpe ueniſſet in Epirꝫ niſi cõuecto ſecũ cõmeatu uix unius diei alimẽta inde ſperare potuerit/Vbi igit̃ nuda tantum tellus/& ſola cladis ueſtigia relicta/tolli ſigna Caſtriotus iubet/& retracto intra ſuos fines exercitu collaudata ſingulorꝫ opa/milites oẽs exauctoratos domũ dimiſit/prętcr tria milia/quod pręſidiũ nũq̃ à ſolita cuſtodia reuocatũ, Ipſe cũ reliquo ciuiũ agmine/& ſtationariis ſuis Croiã petiit. Quũ relatũ eſt in Senatu de Epirotica pace, Et Scãderbegi munificẽtia/ac laudes celebratæ publice a legatis, ingẽs patrũ gratulatio exorta/q; reſpiraſſet eo bello ꝓuincia, Tũ ut decorarent eã uiri uirtutẽ ac libertatẽ aliq̃ gratorꝫ animorꝫ exẽplo/primũ habitis ſuffragiis ſine uariatione abſens cũ omni poſteritate ciuitate donatus / & inter clariſſimas familias receptus eſt/Deinde & unus electus ingẽti patrũ cõſenſu, cui ĩ ea regiõe totius rei uenetę ſumma demãdaret̃/Datæ itáq; mox litterę ad eũ cũ regiis muneribus. De barbarorꝫ morꝫ/& aſſuetis excurſionibus nihil per eos dies auditũ. Defixerat nãq; pauore quodã eos Muſtaphæ fortuna, ac ꝓhibebat Amurathẽ ſolita agmina decernere in Epirũ & eiuſcemodi copiis augere magis/q̃ oppugnare hoſtis uires/quũ oẽs exercitus ſuos/qui ad id tẽpus ad Scãderbegũ laceſſendũ Macedonię fines intraſſent/uel maiori ex parte deletos/uel fœde fugatos/aut redactos in ſeruitutẽ cerneret/Maioribus ꝓinde uiribus/& alio apparatu ad id ꝑagendũ opus eſſe ratus terrebat dies cõſultationibus, & laudis materiã ſibi olim inani ꝓpoſito reſeruatã differebat, Sed ubi & fama Venetę pacis & ꝓuincię deuaſtatio/ac clades alia ſup aliã audita/pronus iã inde ad bellum animus/acrioribus ſtimulis impulſus eſt. Sollicitus itáq; ſenex priuſq̃ decretum aliquod de habendo delectu interpoſuiſſet/

Excurſio atq. deuaſtatio agri Amurathis à milite Epirenſe facta.

Caſtriotus à Venetis ciuitate donat⁹, totius rei Venetę ĩ Epiro, Illyricoq; ſũmus creat⁹ ẽ impator.

accitis purpuratis quibusdã qui propiores tyrãni lateri assidere solent (cõsiliarios illi uocant) amens ira furoréq; nutritũ tãdiu odiũ his tandẽ uerbis explicauit.

Acris tyrãni adhortatio ad suos sup bello cõtra Scãderbegũ decernendo.

FOVImus iam hucusq; optimi duces/auximúsq; nefarii transfugę fœlicẽ semel audaciã/dũ nouis semp Hũgarici belli necessitatibus prępediti inuisi capitis suppliciũ distulimus,ut tot subinde iniuriis/cõtumeliisq; Ottomanũ imperiũ impune lacessiuerit,quas neq; audire iã aures/neq; uidere oculi possunt/Creuit (proh pudor) processit eo ferox insania/ut audeat hodie prior totis nos armis impetere,& aperte timorem simul/& ignauiã uestrã arguere. Quid Alybassę nũc fortunã alio rũq. ducũ eundẽ euentũ narrẽ uobis? Sumamus ex Macedonia imaginẽ conditionis nostræ,quã ita assiduis euersam excursionibus/& haustam incendiis audio, ut nulla iã simus prouinciæ/sed sola hostiũ uestigia uisuri/Ita integros dies nuper populabũdus ingressus cõpositis ad id ipsum copiis/ signísq; in deuastanda ea regione cõsumpsit/Quousq; tandẽ scelerati hominis propositũ passuri sumus,an dũ uincula nobis ipsis circũdet? Extinguẽdi sunt improbi conatus/ ne sensim per negligentiam nostrã crescat incendiũ,& serum (quod ominari reformidat animus) remediũ conqueramur/ quũ à paruis initiis cõtemptus hostis olim funestũ caput extulerit,& auxerit uires, Inuitant ad bellũ omnia, & arma tradunt uobis,Nam & si nulla sit consilii huiusce ratio,Non ne satis fortium uiroꝝ animos sollicitare debeat miserabilis aspectus subditoꝝ populoꝝ? An pudorem nõ excitent tot indies uincula nostroꝝ/& fumantia late incendia uillarum ultorẽ eo ipso poscentia, Compressimus iam totiens Hungaricã rabiem memorabili semper clade,Sordidáq; in luctu suo Gręcia relicta hausimus tot insolentissimoꝝ principũ uires/Epiroticos tumultus per secordiã nostrã crescere permittimus? & uectigalẽ/ac stipendiariã nuper prouinciã æquo nobiscũ bello decertantem diutius cernimus? Itá ne alios tã repente Epirenses terra edidit? Noui ne /& inusitati nobis hostes repente apparuerũt. Experiri iuuat igitur ipsi mihi/ utrũ tam inuicta bello gens/& inflati pertinacia ducis/iugum assuetum subire possit,Neq; enim amplius ineunda sunt nobis inania consilia opprimendi per insidias hostis/non alternis ducibus/copiisq; solitis decernendis exaturandũ sanguine nostroꝝ inuisum solũ. Habemus nánq; in oculis eandem omnium fortunam/ uel ductorum/ uel copiarum,quoꝝ ad hanc diem operam uerius ad nos/q̃ ad hostem oppugnandũ elegimus/ Alybassæ Ferisione exercitum tradamus? qui præter uulnera suorum/deformésq; reliquias/nullum reliquũ hostile signũ afferant,Mustaphæ infœlicia consilia ulterius exerceamus,ut stipendiis alat christianos, & foueat hostiũ uires/dum ignaua uincula cupit exoluere. Victi totiens/capti/ac redempti tot pœnas dedimus, ut pudere merito iam nos debeat fortunæ nostræ, Quare subeunda est omnino nobis belli huiusce ratio,incũbendũ iis uiribus/Progrediendũ eo exercitu, quẽ uix capiat Epirus/nedũ eius sustineat impetũ/Sicq; incruenti omnia expurgabimus/ hostibúsq; aut expulsis/aut memorabili clade domitis,amissas populoꝝ pfidia urbes in antiquã formã redigemus/uel si pertinacia gentis(ut solet)temerario proposito ducis tutandi studio in arma ruet, Dabimus excidio auidos supplicii animos,& cupita

tandiu ultione ueteres publicas/priuatáſq; iniurias cõpenſabimus. Sumenda hæc arma ſunt uobis fortiſſimi uiri non uelut aduerſus hungaros aliósq; hoſtes cõſue/uiſtis/ſed maiori longe ira/indignationéq; tanq̃ in ſeruos ueſtros/ & trãſfugas/qui inſolentes in uos ſpiritus nefario iampridem conſilio ſeruatos excitarint.

CLamabat hęc cõcionabũdus iraq;q. plenus maxioq. ſilẽtio/ac aſſenſu auditus eſt à ſuis approbãtibus oẽm belli eius rationẽ é totius dignitate imperii futurã. acclamãtibúſq; curã apparãdoq; armoq; ſubeũdã q̃ maxima fieri poſſet/feſtinatiõe/Neuernũ tẽpus (nã miteſcente iã hyeme ueſtiti niuibus colles aperiri incipiebãt) in apparatu per negligentiã cõſumeretur/Tum cõfeſtim per prouincias & ſubditos populos/ac regna ſocioq; pręconia emiſſa/ & ędictáq; propoſita ac iuſſę nomina/tim urbes/prout tyrãno uiſum tot hominũ/tot equoq; milia impendere, qui ad regiam urbẽ Adrianopolim qua maxime poſſent feſtinatione properarent, Nondũ enim mœſta tanto funere Græcia nobiliſſimoq; impatoq; ſedem ba barico ſubditã iugo ingemiſcebat/Inuaſerat rumor/terrorq. pariter uicinos populos/urbéſq; chriſtianas ignaras, quo tanti belli moles eruptura foret (occulta nánq; tyrãni conſilia uix ullus poterat cõiectare/ne illoq; quidẽ qui magis intimi/domeſticiq; erãt/præter cõſiliarios, quos diximus aliquod maxime obſeruant Ottomani/ne prẽmoniti hoſtes ad uim propulſandã cõſilii copiã habere ualeãt. Hinc memini prima Scodrenſi obſidione prius fermé uiſos nobis ſub muris, q̃ auditos fuiſſe hoſtes/Sed & illa inſigniori fallacia perfida gens uti ſolet, ut alio plęrúmq; mendacẽ belli famã/ac inanẽ tumultũ prẽmittat/alio ueros exponat impetus, quo pniciosa credulitate ductos facilius incautos opprimat, Quare omnia ingenti tumultu undiq; miſceri. Hinc hungari uerentes æterni perfidiã hoſtis exhauſtas iam tot cladibus uires/ac infœlicia arma erigebãt, Hinc gręcia ſollicita tenues inclinati iã imperii relliquias defenſura diſperſos domeſticis odiis ſpiritus colligebat/Non fefellit tamẽ Scãderbegũ Amurathes qui oẽs ſimulationes/ & diſſimulatiões Ottomanas longo iã uſu callebat/Admonitũ tamen illum etiã ferunt à primoribus quibuſdã/& purpuratis principis per indicia quædã/& occultiſſimos nuncios/licet nihil ualde certũ affirmarent/ſed credita ſunt facile omnia ab Epirenſi/Augebat nánq; præcipue fidem inſolitũ Amurathis ociũ/q; nihil penitus præſidii/& copiaq;/uel ad recentes Muſtaphæ iniurias ulciſcendas/uel ad tuendos fines ad eã diem miſiſſet. Dimiſſa itáq; urbanaq; req; cura Caſtriotus nihil ex tam uaſto belli motu/ac hoſtili tumultu fluctuatus animo expedito cõſilio omnia, quæ uel alius impator prudens/& impiger in tali re præciperet/ageretq. præcepit ordine/atq; egit. Illicóq; ſimul nuncios cũ litteris ad uicinos/regulos/& ſocios Epirotici nominis mittit/quo inſtructi ſtarent in armis/diſponerẽt præſidia/ac firmarent armatis oppida/cõmunirentq. Promiſcua etenim omnibus dãna/cõmuneſq. uaſtitatis ruinas tanti exercitus magnitudinem afferre/tenderéq; Ottomanũ/non ad eius perniciem tantũ/ſed ad cõmune excidium Epiri, Ipſe ſimul/dimiſſo prius Moſe/pluribúſq; optimatiũ ſuoq;/tũ ad copiaq; cõquiſitionẽ/tũ ad frumentationẽ habendã ad eas belli neceſſitates/nihilo ſegnior ab alia parte peragrans omnia/obequitanſq. crebra edicta per uniuerſam

Apparatus belli Amurathis cõtra Epirenſem.

Quę Caſtriotus i re/& cura regni ad ſalutẽ pcuraueritaudito tyrãni aduẽtu i Epirum.

prouinciam decernere, Non dies/non noctes cessare/ donec omnem materiam se/ uiendi hosti/& gloriæ occasionem sustulisset/Agrestium itáq; magna pars/& inu/ tilis turba cũ uniuersa suppellectili in urbibus reducta. Quod roboris uiroꝝ fuit/ & omnis militaris ætas retenta ad belli diuersos usus, Præsidiũ quóq; à Macedo/ niæ finibus reuocatum ad nouũ apparatũ belli, Coactæq; undiq; copię ad regiam urbem Croiæ non cõtemnendã formã effecerant exercitus speciẽ, Tum Castrio/ tus conuerso animo ad secernendas copias primũ omniũ. X. hominum milia, qui secum nuper contra Venetos/& apud Oronichiũ meruissent/eligit sibi/quos bar/ baris, prout opportunitas locoꝝ suggessisset occasionem/liberiori certamine oppo neret, Croiæ pręsidio. M. CCC. milites ad ueterem ciuium numerum adiecti Epi/ rotici generis omnes/spectatæ uirtutis ĩ multis belloꝝ casibus. Ciues quóq; ipsi tũ omni genere teloꝝ/quod ad propulsandum á mœnibus hostem in rem est tum ro/ bore animoꝝ pręcipue/ac deuotoꝝ fide pectorum armati. Simul igitur & nouum præsidium impositũ/& imbellis turba fœminaꝝ/ac inutilis pueroꝝ ætas extracta ex urbe/Sola militaris iuuentus/neq; tamen cũ uulgi promiscue colluuio relicta/ quoꝝ non sic facile ardentes animos penetrant uirtutis stimuli & segnius pręcio/ sum libertatis nomen ignaua pectora acuit/Habitũ summa ratione, exactóq; cõ/ silio rerum omnium discrimen/ utpote q; claustrum totius prouinciæ ad compri/ mendos barbaricos tumultus ea urbs uidebatur/ à qua reliqui spes imperii pende ret/salúsq;. Sed nescio an meliori consilio abstrahi à ciuiũ cõspectu filii/uxorésq;/ an relinqui sibi potuerint/Quũ acrius longe iritamentũ mœsti pręsentium uultus/ uisæ lachrymæ/auditi gemitus/ac oberrans pręoculis seruitutis calamitas/& fœ/ ditas uinculoꝝ/ q̃ sola absentiũ memoria armatis futura fuerit, Ni tutius idcirco fortasse id consilii genus peritis militiæ uisum/ q; licet apta sit ea adhortatio cer/ nentibus ad labores, & pericula subeunda, Simul tamen/& hostilis audaciæ/per/ tinaciæq; non leue momentum est/ Quod speratę prædę libido impingit obstina/ tiori ad arma proposito milites, & feruidioribus ad insistendum stimulis acuit bar barorum ingenia/acrius in uulnera, acrius in tela ruunt, néq; illos uel muri, uel su/ perstantes armati arcere queunt/quin certatim subeant, segnius si nihil audiant in urbe præter fortiũ præsentiam uiroꝝ, si nihil aspiciant in mœnibus præter auidas sanguinis dexteras/& morti destinata pectora, Miserabile spectaculũ erat/flebile Croiensiũ discedentiũ agmen, Plena omnia gemitus/ululatúsq; fœminei, Non do mus/non uicus/non pars ulla urbis expers luctus/ Personabat uario clamore forũ nunc reprehendentiũ/nunc inuitantiũ suoꝝ lachrymas/ Præcipua tamen in tem/ plis/& delubris eius fortunæ/ac publici doloris species erat, Ibi nánq; ingens po/ puli concursus/ & omnis generis multitudinis uersabatur. Supplicationes/uotáq; mixta cũ miseranda ui lachrymaꝝ per aras omnes cadebant, Pectoris/ac oris (ut mos est gentis) laceratio fœdiorẽ aspectum calamitatis faciebat, Matronaꝝ ni/ hilo segnior dolor, & præter uultus deformationem dulce uidebatur imitari reli/ quaꝝ mœstitiã, Nihil pudendum/nihil immodicũ in ea sorte censebatur, Et lauda tior ea cessit, cuius insignior mœror iudicatus/ Non deerant quóq; sicut solitæ ita

impiæ mortaliũ querelę/ac improbę uoces fœminarũ/malorũ suorũ causas in deos uertentiũ. Deinde ubi resedit aliquantulũ per lachrỳmas exaturatus dolor/ad allo quia suorũ uersę matres iterato sermone undiq; tumida cũ osculis mandata dabãt/ Nunc præstita olim officia filiis/& promeritã pietatem cõmemorantes nunc infir mã senectutem/& uerendã caniciem oculis subiicientes. Idem omniũ status/& ha bitus sermonis/uxores paruulos obiectantes uiris uiduos iam inde penates/& sor/ didam orbitatem deplorabant/Senes mœsto silentio defixi, & æque de natorũ sa/ lute solliciti, neq; accendere ulterius uerbis feroces suorũ spiritus/atq; auidam suo/ pte ingenio periculi iuuentutẽ, neq; dehortari à laboribus, & perfungendis perti/ naciter muneribus/ne liberorũ amorẽ patriæ charitati præferre uiderentur/ Mox decretum à Scanderbego missum/ ut leuaretur eo onere ciuitas, & armati ad sua quisq; munia abirent, quũ satis iam impensum ignauo dolori/& priuatis singulo/ rum consiliis diceret, Renouatus igitur iterũ luctus/clamorq. cũ lachrỳmis subla/ tus/uelut rapi iam ab hoste omnia/uiros/parentes/mœnia/delubra/deos ipsos ui/ dissent, Vix abstrahi poterat multitudo à possesso semel amplexu/ manere quisq; socius periculi suorũ/ac comes fortunæ uellet, Sed ubi iam instare molestius prę/ cones/& apparitores ducis aduertere/ In ultima oscula prolapsi oẽs paulatim cha ra pectora relinquebant, & fixis semper in mœnia oculis incerta humi uestigia fi gentes abibant, Transportatos ferunt in maritimas Epiri urbes & alia sociorũ op/ pida/ac Veneti nominis, Ibidem & ingens colonorũ multitudo cũ armentis/ gre/ gibúsq; ac patrimoniis redacta/ne opportunũ quicq̃ calamitati relinqueretur/un/ de alimenta eliceret hostis, quibus abunde uteretur. Postq̃ summota est turba/& sedatus clamor/ ac tumultus in urbe/ solóq; uiris armorũ cura relicta/Scanderbe/ gus reliquũ eius diei in recipiendis frumentatoribus/ac disponendis publice hor/ reis consumpsit. Diuisa est & uiritim annona militibus/ telláq; omnis generis/ ac ingens scutorũ copia dono data/ ut inde iam liberali erogatione suorũ fidem præ/ ueniret/arma se/ferrumq. ita largiri dicebat hominibus/ut sibi perpetuo libere ha berent/ uel gloriosius transferent in hostem/ Clỳpeos ita demũ tradere/ ut iterum restituerent. Sic procuratis his per iocũ/& deuinctis uariis muneribus uulgi ani/ mus. Postero die Vranacontẽ quẽ urbis præsidio præposuerat/Epiro oriundum/ gratum & auorũ meritis/ & propria uirtute uirum ad se accitũ. Primo summotis arbitris multa cũ eo de Croiensi obsidione/ & barbarorũ ingeniis longo examine egit. Deinde propalam in foro/medio armatorũ agmine immixtus altiori sono uo cis/ut sermo ad omnes peruenire posset/singulorũ fidem appellans patriæ salutem cõmendabat/Nunc hortans/nunc imperans/ nunc precibus agens, & tũ perfidiæ pœnas/ac sceleris/tũ generosa fidei prę̃mia statuẽs. Subirẽt fideliter patrię onera. arcerent pertinaciter hostem, néq; quicq̃ satis hostilis colloquii ad obstinatas au/ res deferri paterentur/Insidiaturum eo modo Ottomanum, & captaturum eius/ cemodi persuasionibus/ac funestæ pacis colore/si faciles ad credendum inueniat/ Contra si nihil præter feroces spiritus, & surdas inanibus blandiciis aures uideat/ pulsum primo impetu aduersis diis collecturum uasa, néq; moliturum diutius

quippiã in muros, ni perniciem militũ ſuorꝫ capiat, & in indignationis explendę cauſa apertũ ruat diſcrimen, Eum nánq; ſitũ urbis inſigni munimento naturę eſſe ut locus ipſe/uel ſi cõpreſſis manibus ſedeant ciues iniuriam facile credere poſſit. Exin/ſi motus aliquis fiat in muros neminẽ exceſſurũ integrũ pręclarámq; ſimul/ac incruentam gloriam paratam ſibi/dũmodo uti ea uelint.

Adhortatio Scãderbegi ad Croienſes ſuos.

ECquid inquit orationis uobiſcũ mihi eſſe poteſt amplius? Quid horter diutius/accendamq. eos/ quorꝫ totiens uirtus/ fidéſq; ſpectata iam omni fermé terrarum orbi innotuit? Quin/& ſi minus omnia tuta mihi uiderentur in uobis, & nulla hucuſq; dediſſetis conſtantię/nulla fidelis operæ pignora, Iuſtius tamen crederẽ à ciuibus ipſe meis decipi, q̃ diffidere.

HIS dictis uix ſecũda hora diei exit urbe/ingẽs/ac omnis fere ciuiũ turba prodeuntem uſq; ad portas ſecuta eſt/Tum relictis/& obſeratis portis/ad reliquas copias in ipſo conſpectu urbis in campeſtrem locũ deſcendit, Ibíq; ſigno ocius dato mota ſunt caſtra/haud multo longe progreſſus, Moſem cũ expedito militũ agmine obuium habuit. Redibat aũt à Sfetigrado, quod oppidũ ad barbarorꝫ fines poſitum impenſius ſollicitudinẽ augebat Scanderbegi. Munierat id uero Dibrenſis rebus omnibus uiris/armis/ cõmeatu/ operibúſq; quibuſdã in muris/ quæ in rem uidebant extructis. Impedimenta præterea omnia inutilis ætatis/ſexúſq; abducta ex urbe/Cura urbis Petro plato graui/ac perito militię uiro tradita erat/Sed illud longe optimum uidebatur, quod perniciofiſſimũ ex ipſo poſtea euentu apparuit. Quod omne fermé præſidiũ armatorꝫ ex Dibrano milite cõſtabat, quos de induſtria Moſes tanq̃ longe bellicoſiſſimos Epiri populos ex totius corpore imperii ad id elegerat, Laudatus eſt multũ à Scãderbego/q; omnia ex animi eius ſententia geſſiſſet, Traditis itáq; illi aliis copiis/quas ad cętera præſidia urbium parauerat ipſum cũ optimatibus quibuſdã ad cętera prouincię loca/& oppida firmãda mittit, & ſingula fermé munia ſingulis deſignat, quo celerior foret omniũ procuratio, néq; periculi quippiã ſequeret ex mora/ Ipſe cũ paucis equitibus Sfetigradi portis adequitauit/ſollicitus nãq; de ea urbe erat ſupra q̃ dici poſſit/uelut tacita diuinatione præſagientis animi imminens malũ, ut aũt pręſenti ſermone firmaret magis/accẽderetq. ſuorꝫ animos, & barbarorꝫ inſidias/ac delinimẽta Amurathis, quæ magis etiã/q̃ arma ipſa timebat/doceret pręcauere. Sfetigradum ingreſſus in media urbe ubi maior aderat cõcurſus, & fremitus armatorꝫ/ac circũfuſa undiq; nobiliſſimorꝫ quorũcunq; aſtabat corona exorſum ita ferunt.

Oro Caſtrioti ad p̃fectũ Sfetigradenſem/ & Oppidanos.

NON poterat hodie meliorẽ materiã Sfetigradẽſes offerre uobis deus optimus maximus, nõ pulchrior occaſio laudis ardẽtibus animis/& cupidis militibus ſubeſſe, q̃ ea q̃ nũc iuſtiſſima uobis arma tradidit/q̃ & priuatã ſimul fidẽ mihi, & publicã Epirotico nomini ĩ omne tẽpus p̃claro exẽplo teſtatiorẽ ſanciretis, Pro uictoria hucuſq; pro decore impii dimicauimus, nũc pro ſalute/libertate/& mœnibus ipſis patrię pugnãdũ eſt uobis, Enitẽdũ ne quas tot bellis fœliciter geſtis meis auſpiciis laudes p̃meruiſtis, Nũc p ſũmũ dedecus/& ignauiã dehoneſtetis, multa/ac maxia fermé fortunę huiuſce pars à uobis pẽdet. Primus nãq; Amurathis trãſitus ĩ Epirꝫ,

Primus (ut nuncius ſim ipſe uobis eius periculi) barbaricus furor uos impetet, ut inde uelut demolitis clauſtris Epiri opportunioré iniuriæ prouinciã perrum/pat. Vos belli eius primiciæ manent, Vos (ſi reſidet quidq̃ in pectore uirtutis/ſi uiget in fortibus uiris memor libertatis animus) cõtundere poteſtis ſupbas hoſtis uires/& feroces frangere ſpiritus/a uobis & timoris/& ſpei initium ſumpturus eſt Ottomanus, Si ita animatos offenderit, ut nunc ego uos in pulchro furore cõtemplor, & lętus imodicos fremitus audio/maioré ubiq; uim piculi timebit/& documentũ eo ipſo feret abſtinendi à cæteris urbibus Epiri, Neq; premet diutius uos inani obſidione, ni cõſeneſcere hic copias ſtolido propoſito uolet obſtinatus ſenex. Is enim urbis eſt habitus/ ea natura loci quæ cõtemnere æque quãtũlibet iritatũ hoſtem poſſit. Quare inducite in animũ ciues ſola pertinacia animoꝝ/ac fidei cõſtantia incruentã hanc pariter/& ſpecioſam uobis uictoriã parare. Ex euentu uirtutis ueſtræ (id quod libenter repeto) fides quóq; cæteroꝝ populoꝝ plurima ex parte pendet, Vos ſpectabũt oẽs/quos laudent/quos accuſent/quos demum uelut omni reformata belli fortuna imitentur. Quid enim obtendere fatũ/& caſuũ humanoꝝ neceſſitatem fortes uiros decet/Ratione res optime & ſuſcipiuntur/& finiuntur. Vix eſt ut fallat conſiliũ fortuna/& non ſequatur uirtutẽ. Habetis autem omnia/quæ exactiſſimo iudicio potuerũt prouideri/& prẹſtari uobis. Non arma/non cõmeatus/non ualidiſſimũ prẹſidiũ extrinſecus deſiderare poteſtis/Non inutilis uos turba uulgi impediet/nõ querulę fœminaꝝ uoces/ & moleſtę occurſationes liberoꝝ à muneribus publicis/ab armoꝝ cura/& patriæ cuſtodia auocabunt, Solos uos uobis/& patriæ mœnibus/diis/aris/focíſq; reliqui. Vt glorię tantũ/& libertatis ſtimulis/laboris/ac periculi certamine/ipſóq; inter uos conſpectu accendamini, Adero tamẽ & ipſe non longe cũ expedito milite & ſpectator/& hortator tacitus uirtutis ueſtræ, Et licet non in temeraria libidine pugnandi omnẽ cruenti hoſtis impetũ/ & uniuerſi fortunã belli æquo marte ſubiturus. Multos tamen labores ueſtros in me tranſferã, & uanos hoſtis conatus crebris infeſtationibus ludificabo, Quandoquidẽ nulla potior ratio dimicandi/nulla tutior militia exercenda eſt nobis inter eã hominũ colluuiem/ & tot armatoꝝ milia/q̃ nunq̃ ſatis copiã facere pugnandi hoſti, Nunq̃/uel ſi certã uictoriam uideamus/totius aleã fortunæ intrare. Dabit nánq; de induſtria primum materiã nobis benegerendi barbarus/fouebit audaciam noſtrã ſanguine ſuoꝝ/ ut uelut ineſcatam fœlici ſemel ſucceſſu teneritatem facilius circũueniat/opprimátq;/Sed eludenda erunt ſumma ratione/conſilióq; improba Ottomani deſideria, carpendúſq; paulatim immodicus hoſtis/prout temporꝝ ſuadebit/ & locoꝝ habitus/luctuoſa nánq; mihi profecto illa eſſet uictoria/quã militum meoꝝ pernicie emerem, & triſtius (mihi credite) q̃ lætius ſpectaculum cernerem/ cæſa octona, uel. X. hoſtium milia pauciſſimoꝝ quantũcunq; ueſtrum iactura, non nihil actum cenſebo, Satis laudabo Epirenſes meos, & honorabo pro uictoribus/ſi non uinci ſe à turcarum rege permittent. Reliqua uoſipſos uobiſcum reputare Dibrenſes q̃ ſollicite monendo de fide ueſtra tacita aliqua dubitatione referre/malo.

Procurata p Amurathem de sua profectiõe/& expeditione in Scanderbegum.

PER eosdẽ dies qbus Castriotus collectis hincinde copiis ad Croiã firmandã cõcessit. Asianus miles est ĩ Europã trãsportatus/Adrianopolimq; magnis itineribus cõtẽdit/Haud multo plus q̃. XL. hominũ milia fuisse oẽs cõsentiũt, Nã quũ bellũ in Europa esset. cõfectus est ibi ex maiori parte exercitus/utpote q; & aptior esset ad belli assueti usum miles/& cõmodius in ea celeritate domesticus fermé apparatus fieri poterat. ¶ Dũ sic ex omni parte indies aduolarẽt regię copię, & ingentis iã speciẽ exercitus cõfecisset Amurathes, ac ꝓpe finẽ apparatus esset/uaria exordiendi belli cõsilia apud tyrãnũ afferebãt purpurati/ ac periti militiæ/alii nõ amplius morandũ rati/Mittendũ prius expeditoꝝ eqtũ agmen in Epiꝝ (pręcursores illi de more gẽtis appellãt) qui uelut procella subito impetu cõfunderẽt/turbarẽt, miscerẽtq. oia, ac incautũ hostẽ extraherẽt ad certamẽ p ludificationẽ, donec subsequẽs deinceps ipse toto exercitu facilius opprimeret/Alii abstinẽdũ omnino ab eiuscemodi inanibus iritamẽtis censebant/ ne uel maiorẽ hosti materiã procurãdi pręberẽt, quæ ad totius belli molẽ ĩ rẽ essent/uel priores ipsi p̃cipitarẽt in insidias, Satis multa esse alioꝝ recentissime cladis documenta/audire se præterea/id quod & ꝓpalã quottidie in uulgus nunciẽt/totã Epiꝝ iãpridẽ instructam in armis esse, Vrbes oppida rebus oibus/ & præsidiis armatoꝝ affatim cõmunita/ Loca cuncta fermé/& aditus locato ad id ip̃m milite teneri/ Epirensem cũ reliqs copiis tota die pagrare ꝓuinciã/ac plustrare saltus ad fœlices totiens insidias siquas deinceps etiã posset/cõcinãdas, Perniciosum esse cũ eo hoste seruare eũ belligerãdi morẽ/ineunda alia cõsilia, quæ nõ/ut cõsueuit/adhuc improbet euentus. Quid. n. obstare ut nõ ad unũ pereãt sub hostili gladio oẽs/anteq̃ serum lenti exercitus auxiliũ adsit oppressis. Cauendũ ne belli eius auspicia à suoꝝ sanguine capiãt/Progrediendũ cũ oibus signis/ac integro apparatu, exoluendũq. tandẽ eo labore Ottomanũ impiũ. Vicit tñ media quędã snia, utpote quæ aptior tẽpori/ac reꝝ gerẽdaꝝ dignitati uidebat/ut haud multo minus/q̃ tertia pars exercitus præmitteret, idoneũ numerũ rati nõ ad ꝓpulsandã solũ/sed inferendã quóq; ignominiã/qui turbatis repentino aduẽtu hostilibus rebus/cõsiliisq; liberiorẽ deinceps regio exercitui aditũ pararẽt. Electa mox igit. XL. equitũ milia leuis armaturę, eóq; ipso magnis itineribus expedita recta ad Sfetigradũ uia/ut priores eius obsidendę urbis rationẽ inirẽt, Tũ surgẽs ex toto tyrãnus plustrare reliquas copias iubet ac in ordines deduci, Legionũ duces pené inumeri erãt, diuidi nánq; cõsueuit p flambura exercitus, qbus feudatarii quos ipsi Timaratores appellant, pręstent, & singula flãbura plures subassidas/ac capita ordinũ/& pro qualitate maiorẽ/uel minorẽ equitũ numeꝝ hñt, Pedestres item copiæ tã Asianę/q̃ ex Europa certo quæq; ordine cõstant/ ac ducibus suis distinguunt. Auxiliarioꝝ quóq; armoꝝ, quæ belli tpe decerni cõsueuerũt tyrãno nõ ignobilis numerus erat. Non deerat etiã ut solet in oibus fermé negociis/ multitudo uolũtarioꝝ. Aderãt pręterea haud multo minus/q̃ tria milia/obęratoꝝ/ ac exauctoratoꝝ/& alioꝝ florẽtissimoꝝ iuuenũ/qui mercedẽ regis/& stipẽdia militaria/ac restitutionẽ ordinũ p̃claro aliq̃ facinore/atq; ignominiæ abolitione expectantes quærũt/Prætoriũ/ ac stationem principis/amplius q̃. VII. armatoꝝ milia/

Ianizaros uocant, custodiunt, & hæc uerius familia tyrãni dicitur/pedites omnes cæterorꝫ longe bellicosissimi, quos uelut Triarios in subsidiis habent in bello barbari/sed & ad augendã speciẽ exercitus magna seruorꝫ colluuies/& ingẽs inermiũ fermé numerus ad terrendũ magis/q̃ ad belligerandũ appositus cogebatur / & ut ea materia cedendi oblata occupatus hostis exhaustis uiribus facilius fessus oppri meretur / Id quod inter maxima turcarꝫ stratagemata numerat'. Huius exercitus duo pręcipui ductores ex more fuere, quos illi Beilarbeidas/hoc est ducum duces uocant/unus Asię, alter Europę/nos usitatiori uocabulo Bassas nũcupamus/nimis molestũ esset animis legentium/si demonstrare nunc singula propriis nominibus, & suis quæq; numeris recensere uellem. Satis igitur fecisse mihi in hoc proposito scribendi uidebor si totius exercitus summã certa aliqua eius rei noticia perstrinxero/sed & in hoc etiã sicut in multis nõ transit sine uariatione res/quæ minuat aliquantulũ fidẽ certa approbantibus. Aliqui.n. CL. milia armatorꝫ tũ affuisse Amurathi narrant. XC. equitũ/peditũ. LX. Quidã. CXX. tantũ, & de equitibus. XX. milia detrahũt. X. de peditibus/ipse utrãuis sententiã sequar nõ multũ uideo momenti, Inclinat tamẽ in maiorẽ numerꝫ animus/ut parem magis tãdiu præparato bello apparatũ dicamus. Quãuis nõ sic exactissimo eousq̃. ordine cõfectus est hic exercitus ueluti quũ ad dimicandũ collatis signis/ubi uera appareret uirtus/proficisceretur Ottomanus/omnia cõsilia/omnes apparatus potius ad obsidionẽ urbiũ/& murorꝫ euersionẽ/q̃ ad ulla cãpestria certamina ordinabantur. Scãderbegus firmatis Sfetigradensiũ animis/rebúsq; prout operæpreciũ uidebat'/ad cætera loca/urbésq; imperii sui experrexit, peragransq̃. maxima solertia uniuersam prouinciã nunc laudibus/ nunc pręmiis/ nunc ipsa etiã periculi uastitate suorꝫ fidẽ acuebat/accendebatq̃./Firmauerat aũt omnia ualidissimis pręsidiis Moses/annona/armis/cæteróq; apparatu ad sustinẽdã quantãlibet belli fortunã, Dimissa itaq; eorꝫ cura Castriotus ad copias/quibus nõ longe à Croia se operiri mandatũ fuerat recta iregit. Assecutus est eũ Dibrẽsis in ipso itinere, & reducto simul milite in castra lęti se recipiebãt. Vix spaciũ ad colloquendũ fuit uel militibus/uel ducibus/quod subito undiq̃. trepidi nuncii/clamorq̃. insuetus iã iã in uestibulis adesse hostẽ, ardere omnia/miscericq; miserabili tumultu/nunciabãt/Ignari (ut credulos facit hoies timor) Amurathem ipsum adesse/cõplessęq; iã armatis montes/iuga/prata & ualles oẽs asseuerabãt, obtestabanturq̃. solliciti ducẽ/consuleret sibi copiisq;/ne cãpestribus locis pniciosa audacia primos tã ualidi hostis impetus excipe uellet/ reduceret militẽ in aliquo editissimo loco/unde ex cõspectu ipso melius/tutiusq̃. possit sumi rerꝫ omniũ iudiciũ, Non multũ mouebant hæc Castriotũ/ut semel possessa castris loca iuxta eorꝫ suasiones relinqueret/ sed ubi undiq; custodias ad se aduolare uidit, & eundẽ fermé omniũ sermonẽ/ nisi q; de magnitudine copiarꝫ hostiliũ incerta ferebant' hominũ iudicia, nondũ.n. descenderat omnis in campos barbarus, nec collecta in unũ agmina consederãt, ut de numero certa posset fieri ęstimatio, Tum sublatis ocius signis/quattuor equitũ milia/mille peditũ se sequi iubet, & ad Sfetigradũ/ubi castrametaturũ hostẽ sciebat q̃to maxime potuit silentio ꝓcedit.

Processus Castrioti aduersus hostẽ erũpentẽ in prouinciam.

Extremũ noctis erat/quũ ſignũ proficiſcendi datũ eſt militi/Subſequenti die igit̃ uix ſecũda noctis uigilia cõſederũt circiter. VII. milibus paſſuũ ab oppido ꝓcul. Diſtabat.n. à Croia Sfetigradus per. CCCC. fermé/&. LXXX. ſtadia ubi tutum caſtris locũ cognouit Epirenſis/aggere quóq; ducto ut tutior eſſet curauit diſponi pedites/equiteſq. ſuis locis/decerni cuſtodias/ac quęrere tacite idoneos inſidiis ſaltus/Prohibuit tñ ignes uel priuatim/uel publice fieri/ſic omnibus ꝓcuratis/imperatóq; ſilentio uiris, Ipſe ad ſpectãda caſtra/& cõtemplandas res hoſtiũ cũ Moſe/& Tanufio Topia perrexit/tacitéq; nunc per ſiluas/ modo ꝑ occulta uallium collem aſcẽdit oppoſitũ urbi/Inde certa iã luce quietiſſime pluſtratis omnibus repetit ſtatiua, Ea res nõ ſine multa uariatione cõſiliorꝫ eſt tranſacta/ nã quũ ſub ipſis mœnibus caſtrametatus eſſet hoſtis, & partim ſubiectos cãpos/partim montes teneret/ uix aliqua ſpes rei benegerẽdę apparebat ducibus ſine multa ſuorꝫ ꝑnicie, ne pauci ſcilicet multis/nunc in plano/nũc deſcẽdentibus ex monte integris ſuccũberẽt, Verebant̃ præterea (id quod etiã abſtinere tũ fermé eos ab omni rõne pugnandi cogebat) ne ſi reliquæ regiæ copię ex improuiſo ſupueniſſent/opprimerent̃ in medio oẽs/eademq. rõne & euocare pręſidiũ ex oppido periculoſum cenſebãt/tutior illa uia uiſa/ut cõſuetis artibus/ſi poſſent/diuiderent hoſtiũ uires, & diuiſas in magis opportuna iniurię loca traherent/Nihil tñ actũ ea die, nã nox agẽdis interuenit, miſſi tñmõ exploratores latiſſime ꝑ oia loca/ qui obſeruarẽt aduentũ Amurathis, & ne qd inſidiarꝫ ab hoſte fieret. Dimidiũ eius noctis quieti datũ eſt/reliquũ diuerſis operibus cõſumptũ, motis.n. inde caſtris Epirenſis propius urbẽ trãſtulit uaſa/ut uix à ſtationibus hoſtiũ. XL. ſtadiis diſtaret/facilius nãq; extractos ad certamen ex propinquo opprimi poſſe putabat, ordine deinceps curatis corporibus/ & inſtructis (ut ſic dixerim) ad manũ ſingulis, quæ apta inſidiis uidebant̃ loca/ cõplet armatis, & ꝑ oẽs ſyluas/ dumetáq; circũfundit milites, peditatus ſupne per magis ardua montis/& ſaltus inuios diſpoſitus/Ipſe latuit iter equitatũ, & ſecũdũ radices montis uallium ſinus obtinuit. Moſem deinde pluribus uerbis cohortatus/ & Muſachiũ angelinæ præcipuũ bellicis ãrtibus uirꝫ cũ. XXX. ferociſſimorꝫ iuuenũ agmine ad hoſtes è ſtationibus eliciẽdos & trahẽdos ad locũ inſidiarꝫ mittit/ Electi ſunt equi/uiriq; ex omni turma maxime inſignes gregalibúſq; amicti ſagulis/ne militaris/& ſpecioſior habitus ꝓderet inſidias, quas maxime tegi cupiebat/ Data fermé ſingula iumẽta eqtibus agẽda onuſta frumẽto / ut frumẽtariorꝫ ſpẽm quãdã ꝑ ſe ferre uiderent̃/Iuſſiq. (ne deeſſet qꝑpiã ad fraudẽ ꝑ latẽtia itinera adeqtare oppido/qua ꝑte liber hoſtilibus tẽtoriis mons patebat/ut inde intrare urbẽ ſimularẽt, nihil horꝫ ẽ ꝑtermiſſum à ueteranis & ſagaciſſimis ducibus, Milites q̃q; intrepidi, & obediẽtiſſimi in oẽm euẽtũ ſequebant̃. Rareſcẽtibus iã ex interuẽtu diei ſtellis mille fermé paſſuũ ſpacio appropinquauerãt hoſtiũ caſtris, quũ barbarorꝫ cuſtodię ex alto cõſpectos primũ ſublatis ſignis, deide clamore ꝓdiderũt, Ipſi nihil his uocibus turbati accelerabãt inſtãtius gradũ, Nõdũ.n. uel ꝑiculũ ab hoſte timeri poterãt, uel utilis fuga uidebat̃, Sed exprecti à uigilibus turmales qdã incerti ex ſomno arreptis armis incõdite/è ſtationibus progreſſi in eos proruũt/pa/

Diſtãtia iter Sfetigradũ/ & Croiã.

Stratagema Scãderbegi ad alliciẽdũ hoſtẽ ad pugnã. Eruptio hoſtis/ Certamẽ ex utraq; parte/ Victoria Epirẽſis.

storꝫ, & agrestiũ frumẽtatorꝫ gregẽ rati, Epirẽses cõtẽpta paucitate uenientiũ maiori q̃dẽ animo q̃ cõsilio p̃parãt se ad dimicãdũ/p̃ tm̃ p̃cursu hostiũ paululũ retrocedẽtes terga uertũt, & simulato pauore relictis iumẽtis arripiũt fugã, Barbari ubi timoris indicẽ fugã aduerterũt/q̃ cõcitatissimos equos imittũt in eos, & insultant ferocius fugiẽtũ tergo. Tũ cõuersi uno impetu oẽs sistũt equos, & strictis cominus gladiis inferunt pedẽ/tãq̃ uel necessitate coacti p̃iculũ ultimũ subituri, uel obiectis corporibus, & obnixo uultu uim insequẽtiũ p̃pulsaturi, quũ p̃niciosam iã fingerẽt fugã afflãtibus fermẽ humeros hostilibus equis, Turcę nihil territi, & ex habitu solo metiti uiros sublatis uelociter scutis appropinquãtes hosti ordiunt̃ priores pugnã, Vnusq̃ ex eis Asiatici generis ingẽti mole corporis ante alios p̃gressus ferreã clauã maximo simul clamore & impetu rotatã dextera/ut telũ magis cõcitaretur/iacit in hostes, Qui cõferti in unũ/ac cõglobati uitare ictũ uenientẽ nõ potuerunt/licet uulnus uitassent, Perlata nãq; in medios ingenti sonitu à Dibrensi q̃dã iuuene porrecto scuto est excepta/Dehinc secuti cæteri/ & gladiis geri cępta res, Pulchrũ spectaculũ faciebat, & speciosam formã dimicatiõis idẽ fermè utrinq; numerus armatorꝫ/& nõ dispar armorꝫ habitus, nã neq; barbaris/ut in ea celeritate/& p̃ cõtẽptũ quendã eruperãt è stationibus/præter singula scuta/gladiósq; aliud teli genus aderat/Illud tm̃ onerabat hostes/quod electissimi ex omni uirorꝫ robore/ & principes iuuẽtutis nr̃i erãt, Illi sine discrimine ignaui/ fortésq; simul/prout tumultuarie exciuerãt eos uigiles p̃ruerãt. Sicq̃ haud dubie p̃ furore cõgrediẽdi fortuna eorꝫ longe inferior apparuit. Cõfosso nãq; sub Mosis manibus Asiano, uim q̃ totius robur agminis erat/ingẽs terror cęteros/ ac despatio simul incessit ne dũ uictorię/sed salutis quóq;/ni auxiliũ aliq̃d adesset é castris, Quare referẽtes paulatim pedẽ terga dant hosti, & p̃ quẽ modo alios insequebant̃ mutata sorte fœda fuga cãpũ deserunt, Epirenses liberã p̃buere facultatẽ fugiendi, neq; molestę q̃cq̃ uocis/aut indicẽ uictorię clamorẽ sustulere in uictos. sed exactissimo cõsilio collecti circa duces/relictis corporibus/spoliísq; occisorꝫ repetunt iumẽta, & agere fugientibus simillimi unde uenerãt/p̃gũt/Creuerat audacia/animiq; uiris ex eo p̃spero pugnę successu, Differebãt tm̃ gaudiũ omne in secũdũ cœpte iã rei euentũ, Vnus erat notę in multis bellis operę miles, cuius assiduus gemitus/& impatiẽtia doloris ex uulnere cęterorꝫ solacia perturbabat/& impediebat læticiã sociorꝫ trãffixerat nãq; barbarus gladio leuũ uiri humerũ, ut neq; ad arma gerẽda/neq; ad regendũ equũ sufficerẽt uires. Hunc miseratus Moses desiliẽs ex equo sublatũ suis manibus uni ex militibus cõmisit/ne inter cursum equi p̃cideret inutilibus ad sustinẽdũ manibus, & q̃ocissime priusq̃ alius excitaret̃ tumultus ab hoste, ferri in castra ad statiões suorꝫ iussit. Reliq̃ integri oẽs erãt/nemóq; p̃ter illũ eo certamine uiolatus excessit, Barbarorꝫ q̃nq; occisi/uulnerati octo, pauci quidẽ numero multi tamẽ/ut ex ea paucitate. Simul itáq; & equus hinc ex oculis sociorꝫ rapuit milites/& clamor inde/fremitusq̃ ingẽs à castris hostiũ exauditus, Impleuerãt nãq; querelis oia saucii, & deformia ostẽtantes uulnera excitauerãt ad arma totius exercitus furorẽ, illòsq; præcipue, qui affinitate aliqua cõtingebat occisos/ Proinde impatientes impii prorũ/

pebant undiq; ſine duce/ſine ordine è ſtationibus/ut quēq; ira/cupiditáſq; ultionis ducebat/Miſo tñ edicto à ꝓtorio impatoris reuocati ſunt oēs/ & cōuenere circa tē toria/iuſſa eius expectātes/Ille aſſuetas ueritus hoſtiū inſidias/& ne ſub ſtumētan di ꝓtextu fraus aliqua circū latitaret, ꝓſertim q; plagę ipſę ſuoꝝ/& uulneꝝ uaſti/ tas/nō humilis uulgi dexteras,& agreſtes gladios arguebat,Quattuor fortiſſimoꝝ equitū milia/ne ita expoſita ignominiæ eſſet paucitas,ad id muneris eligit,qui ſi/ mul/& id agmen frumētarioꝝ opprimerēt,exuerētq. iumētis,& uicinos colles/ual les/ſyluas/ac latebras locoꝝ diligēti indagine oberrarēt/ad aperiēdas inſidias ho/ ſtium,Peruenerat interim ad Caſtriotū miles à Dibrēſi miſſus,& tradito ſocio ſta tionariis obuiā ꝓgreſſis,ut uulnera uiri curarēt, Ipſe uix ſui cōpos ꝓcurſans huc/ illuc/ob oculos armatoꝝ/& multos noibus appellans/arma arma clamabat/Iamiā adeſſe barbaros/cōcitata oia caſtra hoſtiū,& tolli indicē uenientiū puluerē oſtēde bat,Tenuit dolor ꝑ/timórq. Scāderbegum/ſollicitū de ſalute ſocioꝝ/quū & duos tñ ex toto agmine/alterūq. ꝓfluēti recentiū uulneꝝ cruore oblitū ad ſe deuectos turpi fuga cerneret,& ſtolidū clamorē militis/ac plenū pauore exaudiret/ſed ubi ordine quæ acta fuerāt,didicit ab hoie/mutata in riſum mœſtitia / & ſollicitudine in audaciā oēs bono eſſe aio/& equos/tela/armáq; uiris in ꝓcinctu eſſe iubet/Con ſpiciebat iā Moſes à cuſtodiis ſuoꝝ,quæ ꝓ montiū iuga diſpoſitę fuerāt,apto cā/ po hoſtes eodē tenore inſequētes,iāiā ad locū inſidiaꝝ pertractos ſocioꝝ manibus cędēdos traditurus,nā lentiori ḡdu primū nri interagēda iumēta deflexo nūc hac nūc illac ꝓcurſu expectātes magis/q̄ fugiētes carpſerāt iter,Sed ubi ꝓrūpentes è caſtris aſpexere hoſtes relictis ſaccis/impedimētiſq; in apertā fugā inclinauerant, Momēto itáq; tꝓis planicie ſuꝑata cōtigere collē qui à ſeptētrione oppoſitus tege bat uallis umbilicū ubi aderāt armati,Et priuſq̄ imineret ꝓpius hoſtis/recepti ta/ cite ſunt inter ſuos/ita labore/& curſu continuo exhauſti equiq; uiriq;/ut uere fu/ giſſe appareret,Barbari uelut ꝓlapſos mox eos è collis uertice aſpiciētes ualle im/ merſos latitare arbitrati recta illos inſequuntur,& appropinquātes loco/ut cōmo/ dius undiq; obſeſſos caperēt/effuſi paſſim ac inordinati, hi collē cōſcendere hi ab aliis ꝓtibus ingredi uallē parāt,Cōterruit tñ ꝑ uiros auditus ingēs fremitus equoꝝ imotiq; gradu ſilentiū tenuerūt,donec certior iam ſonus/ſtrepitúſq; increbreſcens apto indicio patefecit hoſtes/Tū audita maiora oia uiſa,& icerta timidius(ut fit) interpretata perpulere facile ad fugā hoies/Fugere iā parātes Scanderbegus dato ꝓprope ſigno ingēti/ut in re ſubita/iniecto terrore cōſurgēs à dextro latere eſt ag/ greſſus,Tanuſius à ſiniſtro,Supne quóq; peditatus,qui iter cōfragoſa mōtis loca, & aſpreta latitabat ex improuiſo deſcēdēs eodē impetu obruit,Stetere tñ admira tione quadā magis/terrorèq; perculſi,q̄ certo ad dimicādū aio, ſed ubi ſęuiētibus undiq; hoſtibus ſuaſit arma neceſſitas/concitatis ingenti furore equis occupauere collē. Et ꝑ equeſtris haſtas iacientes ex alto (nullus.n.alius in tā exiguo interuallo loci,ac ꝓcipiti, & inęquabili ſolo eius teli uſus aderat) arcebāt hoſtē,ſed ſuccedēs ab auerſa parte Peicus manudi cū agmine peditū, quoꝝ ducenti ſagittarii,totidē ſcorpionarii erāt/facile pulſos loco impulit in ꝓceps/Subter hoſtis undiq; circūſi/

debat. Deorsum ꝑmebat intollerabilis uis telorꝫ, ita ut uix ullus ad effugiũ exitus pateret oppressis, Strictis itáq; gladiis oẽs in duas ꝑtes diuisi irruunt in aduersos, ac uelut cęci multa suorꝫ strage incũbũt in tela & in ferrũ ruũt, sed facile pellebã/tur retro à pluribus pauciores/ & fessi ab integris. Præsertim à dextero latere/ ubi Scãderbegus uallũ/murũq. uelut fecerat densato agmine equitũ, peditũq; hasta/torꝫ. Coaceruati igit̃ eadẽ rabie oẽs à sinistro latere ꝑfracto robore nr̃orꝫ penetrãt aciẽ, emptáq; multo sanguine uia pugnãtes simul/& fugiẽtes cõsulunt saluti, Cõfusa repẽte sunt oĩa, néq; uel ordinis seruãdi cura uel retinẽdi collis habita amplius ab Epirẽsi/pro se q̃sq; instat uictis, & cędere fugiẽtes ꝑgit, Attriti sũt fermè plures in eo tumultu cõtentionèq; exeũdi/ ꝑprio onere, & sociorꝫ armis, q̃ hostiũ, Effugere tñ paulominus, q̃ duo milia/Reliq occisi/nudatáq; spoliis cadauera palpitantia adhuc iacuere/qua quẽq; oppresserat fatũ. Fugiẽtiũ. XXXIIII. uiui capti, Cęteros uix ullus est. XX. passus insecutus, mox nãq; receptui cani iussum à Castrioto, quũ cõtentũ se ea uictoria diceret, timeréq; /ne si exaturari ad finẽ libidinẽ suorꝫ ꝑmitteret/breue foret id eis/gaudiũ sibiq;, Signa militaria tria tantũ adẽpta, sed néq; plura tulerãt barbari, quũ tumultuarie, & quasi latronũ more uenissent, Equi occisorꝫ mille ãplius inuẽti, cęteri cõfossi inter pugnãdũ fuere. Victorꝫ. XXII. tm̃ iterfecti/uulnerati. XV. Ita cõpẽsauit egregia ꝑda uictoriáq; iacturã frumẽti albanus, Turcarꝫ statiua quę sub oppido morabant̃ lęta fuere primũ cõuecto frumẽto hostili, iãiã inde uinctos frumẽtatores expectãtia adduci ad præstitutũ suppliciũ ĩmolãdos manibus illorꝫ qnq; occisorꝫ. Vbi uero eã tanti agminis deformitatẽ/ac suorꝫ stragẽ aspexere/obortæ cũ inani indignatione lachrymæ uiris/obtorpuerẽq; insigni mœstitia animi, Trepidatũ quóq; sũmope est ĩ totis castris, ueriti ne elatus eo successu hostis ipsos eodẽ impetu adoriret̃, quũ maiorẽ lõge numerꝫ nr̃orꝫ/& totius uires, puincię adesse in oculis crederẽt. Quare dispositę undiq; ꝑcipua cura custodię, Partiti exactissime ordines, ac in spẽm coronę circa ducũ tentoria cõsidere iussi. Parata suis locis signa/Equi strati/frenatiq; uelut certissimo iudicio expectaretur hostis. Non tñ is animus Epirẽsi, nõ ea uictoriæ elatio & insolẽtia spũs erat, Quin timebat nõ minus hostes & ipse/q̃ ab eis timebat̃, & moliri aliqd in se ad eã ignominiã ulciscẽdã assidue putabat, ꝑsertim q̃ nõ lõge iã regia castra adesse nunciabat̃. Primũ igit̃ omniũ exortis tenebris colligi uasa iussit, & aliis qnq; milibus passuũ ꝑcul ab hoste locauit statiua, Mane uix dũ orto sole Tanusiũ cũ. L. militibus, & singulis famulis Croiã uersus ad accersendas copias ibi cũ Georgio Stresio relictas misit, equóśq; ac ꝑdã captiuã illis tradidit in tutiora ꝑuinciæ loca deportãda. Procurata sunt ea oĩa, expeditáq; septẽ diebus, ac coactę in unũ copię nr̃orꝫ. Biduo tñ prius q̃ nouũ istuc ꝑsidiũ receptũ est in castris. Quinq; milia antesignanorꝫ tyrãni secũda noctis uigilia aduolarũt ad urbẽ Amurathes cũ reliq̃ apparatu crastina luce inclinato iã sole est subsecutus, Milesimus hic quadringẽtesimus quadragesimus nonus a christi natiuitate cõputabat̃ annus/undecimus aũt à tꝑe quo Scãderbegus obtinuerat impiũ/pridie idus maias, quũ maturescũt segetes in cãpis, & uestita herbis prata cõmodã prębent pabulationẽ exercitibus, Id aptissimũ

Aduẽtus tyrãni ad urbẽ Sfetigradensem / Vana eiꝰ petitio in deditionem/ Deliberatio expugnandi eam.

belligerādi tēpus ad externas pręſertim expeditiones obſeruāt ſemp barbari, Par igit' rōne prohibuit tyrānus qcq̄ in hoſtilibus cāpis corrūpi/uel proteri frumentū/ ut maturefactū poſtea & demeſſum pręſtaret aliměta militibus, Sed ſumma rōne conſilióq; tū ex more gentis/ tū ut deterreret oppidanos huiuſmodi pōpa ſpecta/ culi eſt cōſtituta. primū inſtructa peditū agmina/& leuē armaturā aſappor. Dein de equites iuxta/ Timaratores/ Subaſſidas/ Sanzacchos/ ac cæteros ſuo ordine du ces obire mœnia urbis præmittit, atq; ingenti plauſu/ clamoréq; militari, & omni inſtrumētor. crepitu edito ſe præire iubet, Deinceps quiſq; ad eligēda ſtatiua diſ/ currētes fixis humi ſignis ſtatuunt diuerſis locis tentoria/ maior pars peditatus/ ac uilia uulgi capita ſecūdū radices mōtis ſub mœnibus, & in magis opportunis in/ iuriæ locis diſpoſita, Equitatus partim tribus/ partim q̄ttuor ſtadiis ſtetit ꝓcul ab oppido. Prætoriū/& ſtatio principis octingentis paſſibus āplius à muror. ambitu collocata. Totū id noctis in ſituādis caſtris/ ordinādiſq; cuſtodiis ꝑ iocos/ cantúſq; uarios trāſactū/ Non tñ expers moleſtiæ animus tyrāni erat, quū & recentē ſuor. ignominiā acceptā ab hoſte ęquo animo ferre nō poſſet, & difficilē urbis potiūdę ſpē cerneret in ea. Præſertim in acceſſi loci aſpitate/ qui in ardui crepidine montis ſitus uix habilē expedito pediti ꝓſtabat acceſſum, ita ni lenioribus cōſiliis magis q̄ armis fidē oppidanor. expugnaret. Nihil igit' poſtero die tēptatū uel molitū ho/ ſtiliter in muros/ retentus quietiſſime miles/ neq; procurſationibus ullis indultum. Miſſi uero ſub ſero diei caduceatores ad urbē cū poſtulatis Ottomani, q monerēt obſeſſos iminētis mali/ piculiq; ni priusq̄ bellicū cani audiſſent/ ad uolūtariā dedi/ tionē aios inclinarēt formula ea edita ſingulis, Nihil imutaturū Amurathē de pri ſtino ciuiū ſtatu, eadē onera/ muneráq; relicturū uiris q̄ ante á Scāderbego eſſent ꝓſtituta, Pręfecto multa dona/ honoréſq; ꝓpoſiti/ Pręſidio libera abeundi facultas &. CCC. milia aſpror. promiſſa (genus eſt argenti ſignati apud barbaros/ Dare ſe eius noctis ſpaciū ad cōſulendū, Si ꝓſiſtant in ꝑtinacia uiſuros craſtina luce ſupra caput armatos, & fruſtra ſtrictis idē gladiis/ ac ꝑfractis mœnibus ſpretas ſemel cō ditiōes imploraturos, Perlatus/ q in foro aderat cū agmine armator., ubi ꝓgreſſus è muris miles nunciauit adueniſſe regios quoſdā petentes ut eū alloquerent citato gradu mox proceſſit ad eā partē urbis/ ubi hoſtes expectare narratū/ Supſtanſq. é muris ꝑ interpretē dicere barbaros iubet, illi ſummoueri cęterā turbā hīe ſe à tyrā no/ quæ cū eo ſolo agerēt/ poſtulant/ Ad ea Petrus facete cauillatus & iocās, Aptū qdē tēpus ait obſeruaſtis amici, quo Archana iſthæc ueſtra in noctem differretis, ut ne dū milites meos/ ſed diem quóq; ipſum laterēt, Quare timeo ne eius generis iſthęc ſint quæ ad me affertis quę lucē ipſam nō iniuria horreāt, licet forſan uere/ cūde factū à uobis/ laudari debuerit, Non tñ accepiſſe ſe exēplū à maioribus ſuis inqt/ ut quicq̄ incōſulto milite ſuo ageret, quos laboris, & piculor. ſocios hēret, ac ſummoueret ab hoſtilibus alloquiis illos/ quor. ꝑcipue fidē ad Scāderbegi impiū/ ad Epiroticā libertatē defendendā/ ad ſui deniq; corporis cuſtodiā elegiſſet, Neq; cōſueſſe ſe ꝑterea noctē ullis externis cōſultationibus adhibere in eo ꝑſertim rer. tumultu, ueniā eius tpis darēt/ craſtina luce/ ſi uellent/ eos ſe ad ſacietatē uſq; audi/

turum, His dictis excedere illico à muris iussit/ Iritati tñ sunt maxime (ut leuiter impellunt) uulgi animi/ ac ingenia militū, coactiq; circa præfectum spectatores ad sitū urbis cōtēplandū/ & pscrutādas res oppidanorū nō fœderis cā missos uoci ferātes/ apiri portas rogāt: ut cōprehensos/ & adductos in urbē/ cōfessionē ueri ab eis extorquerēt, & præcisis manibus (ut puniri exploratores cōsueuerūt) remitterent in castra, Petrus nō solū negauit isthęc stolide petētibus, sed seueriori ēt castigatiōe uerborū repressit libidinē militarē, Non esse inquiēs aliqd i rebus humanis tā studiose obseruādū mortalibus/ q̄ ut fides nō lederet, Ipsos curiosos nimis & sollicitos interpretes factos, ut in ea incertitudine rei ius omne gentiū fasq./ & mores ac ritus bellorū uiolarentur, Rediere igit nuncii ad tyrānū æque/ ac uenerāt/ sicut nullo/ neq; facto/ neq; uerbo inclęmentiori uiolati, ita incerti omniū/ nullāq; re uel exposita/ uel impetrata. Indignatus est p̄ senex uelut p derisum cōtemni ab hoste, & ppior fermé ad oppugnandā prius armis/ q̄ uerbis urbē fuit/ tñ sedato animo/ nihil satis humile ratus/ uel pudendū principi, quod pro impii rōne, & cupiditate gloriæ non sit adeundū, præsertim ubi cōciliari p bñficiū populorū animi possint, & hēri oppida/ urbēsq; incruento milite/ & sine aliqua pnicie mortaliū subiugari. Postero die iisdē ipsis mandatis eosdē tentare oppidanorū animos iubet, Adiecitq̄ unū ex purpuratis suis/ uerendū animis uirū/ & præcipuę in psuadendo solertiæ/ Epiro oriundū, Quo & maior interesset agēdis grauitas fidēsq;, & notæ linguæ homo facilius obstinatos aīos nunc precibus/ nunc consiliis ad deditionē impelleret, Appropinquātibus illis oppido/ Perlatus priusq̄ ad colloquiū descēderet/ pcuraruit è muris undiq; plustrari oculis montē/ ac uiciniores mœnibus saltus ne insidiæ aliquæ instarēt à tergo/ Dehinc portula quadā, cui Dibrana nomen est, recepit in urbē barbaros/ Purpuratus tantū principis fuit cū tribus militibus, & duobus famulis, adductósq; p mediū forū in tēplo sanctę Marię cōuocatis senioribus urbis/ cōciliū indixit/ Iuuētus nāq; oīs exclusa/ ne id motus alicuius cā fieret. Tum cōsurgēs barbarus, quū suas diceret primas ptes loquēdi/ q prior ad colloquiū inuitasset/ multis prius uerborū lenociniis p̄struere fidem sibi/ ac prœoccupare oppidanorū aīos est conatus, atq; à multarū urbiū populorūq. exorsus exēplis tā accurate disseruit oīa, ut nihil haberes qd̄ reprehēderes/ nisi q̄ imodice ad terrēdos hoies supra mortaliū ingenia tyrāni uires extulit. Petrus elegāter ait/ & optie eā cām actā esse nisi apud tā obstinatos aīos/ & deuota libertati pectora ageretur/ Inclinaturos sine uariatiōe ad ea postulata oēs esse/ si uel Ottomanū & inanes hostiū minę ad fortes aīos penetrarēt/ uel impiū Scāderbegi illis fastidio eēt. Nullū neq; maleficiū eius ad hāc diē extare/ neq; bñficiū Amurathis/ quo p̄ponāt externū ciui/ amico hostē/ xp̄iano barbarū, Ageret/ tētaret expiretur armis tyrānus/ ferro pterreret obsessos/ pfringeret muros/ ederet prius occisorū aceruos, ut eo spectaculo exanimati ciues ad genua eius puoluti, tūc has pacis cōditiones approbēt/ turpe nūc uideri sibi/ ac ppe ridiculū tātę in dignitati submittere aīos priusq̄ infestis signis impeti muros/ & discurrere armatos sub mœnibus/ Priusq̄ gemitus uulnera & sanguinem suorū, priusq̄ effossam murorū cōpaginē/ ac nudata urbis latera cōspexissent. Rectius tñ

facturũ Amurathẽ/si cõuersis signis Adrianopolim repetat, & senilis quod supest spũs ĩmunis à bellica inquietudine trãsigat, neq; fatalẽ sibi populũ armis diutius lacescat/quoq; egregiã in tuẽda libertate fidẽ/ac priuata/ & publica in duces suos studia totiens tanto suoq; sanguine sit expertus/se promissam semel principi fidẽ/ & tradite curã urbis/nisi mortuũ non relicturũ, sat pręmioq;/ sat honoris delatum sibi credere/si uel defensam patriã supstes aspiciat spiritus/ uel ea collapsa uindex libertatis dextera/& insons animus inter suoq; cadauera liber ad meliorem patriã migraret. Idem finis & orationis/& cõsultandi fuit, nã primores urbis, qui aderãt ad unũ ingẽti assensu uocẽ pfecti laudibus efferẽtes approbarũt, Regii nihil ultra apud tã surdas aures agẽdũ rati re infecta exeũt de tẽplo. Præfectus cũ suis iuxta secutus, & qa prãdendi tẽpus instabat/laute & opipare acceptos, habitósq; ad portas usq; deductos ad suos redire permisit. Mouit maxime Ottomanũ audita oppidanoq; fiducia, & grauitas, prudẽtiáq; ducis, req; pręterea omniũ & alimẽtoq; copia nõ ad necessarios tm̃ usus sed abusus etiã in urbe reptoq;, quæ potius de industria curauerat disponi p uicos Perlatus itrãtibus oppidũ regiis/ut narrata postea Amurathi ammouerẽt spem urbis p diutinæ obsidionis/& famis incõmoda potiũ dę. Quare ubi nullũ aliud remediũ pterq̃ in armis cognouit tyrãnus/Indicto mox ad ptoriũ cõcilio purpuratoq;, & fortissimoq; quorũcũq;/ac peritoq; militiæ uiroq; ardens odio simul/iráq;/q; leges belloq;/& agendoq; consilia sibi ab infami castello/ & clauso latronũ agmine darent. Quod inuictos se/& fatales populos uelut usurpato prouerbio appellarent, Multa de oppugnandę urbis ratione quærens tacite/ & consulens disseruit præcepitq. tũ ordine quædam uiris, quæ ad id operis genus in rem essent, Reliquus apparatus / & exordiũ oppugnationis in posterum diem dilata, nam parum adhuc eius diei supererat.

## MARINI BARLETII SCODRENSIS DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI. LIBER .V.

Tumultus ingẽs totã pua sit Epirũ / & ad arma concitauit, ppter Ottomãi ad uentũ Procurata à Scanderbego ad regni salutẽ, & incolumitatẽ cõtra tyranni furorẽ & impetũ.

NVAS Erat iãpirdẽ ex Amurathis aduẽtu/& hostilis exercitus fama pauor/timórq; uniuersum Epiroticũ nomen/regulos psertim/ac principes uicinos sollicitos/ ne si tã ĩmodicus hostis obsessam urbẽ absorbuisset/eodẽ quóq; calamitatis tenore cęteroq; fortunã traheret/Quare secretis hincinde cõciliis habitis (licet plæraq;/ ac ferẽ oĩa ad locoq; psidia/& saltus regionis custodiendos antea pcurassent. legatos ad Scanderbegũ/ex oĩbus locis decernũt, qui monerent ducẽ/ne pateret ea impunitate diutius Amurathẽ urbes Epiroticas uexare, Nã (si iniquo aliquo sydere Sfetigradẽsis urbis atrox animus cõpos fiat) cęteroq; quóq; sumptis uelut inde uictorię auspiciis/ & ferocię alimẽtis eandẽ fortunã facere. Neué (id qd' longe pniciosius esset, & maximo omniũ piculo futuq;)

ſolus ea hominũ paucitate ad hoſtiũ uires tentandas/& tanti exercitus molem la/
ceſſendã animũ deſtinaret, Offerrentq. ei arma/equos/uiros/cõmeatus/aliáq; oĩa
quibus amoueri cõmode tantũ incendiũ poſſet/anteq uniuerſi cõflagraſſent/ſatis
ſe quiſq; defenſos/tutoſq. dicẽtes/ſi defenſum nunc eũ ab ea periculi uaſtitate præ
ſtent, à quo tum publice/tũ priuatim incolumitas omniũ/ & quietiſſima poſſeſſio
imperãdi/tũ prouincię totius robur/& perpetua Epirotici nominis gloria pẽdeat/
His/aliiſq; multis obedientiſſimoꝝ ſocioꝝ/& beniuolentiſſimoꝝ animoꝝ docu/
mẽtis onerati nuncii recta uia circũfuſos Sfetigrado montes ubi locata principis
ſtatiua eſſe ſciebãt, petunt, ſed nõ inuentũ illũ ibi per totũ diẽ expectarũt, Nánq;
quũ primũ Amurathes ſigna intulit in Epiꝝ, & tã immenſi exercitus, ac tantæ rei
fama omniũ aures/animóſq; formidine repleſſet/Poſtridie eius diei Scãderbegus
cũ Tanuſio/& Georgio/ac decẽ electis cuſtodibus corporis ſui/militari (ut cõſue/
uerat) ſagulo amictus ad pagrãdas propiores periculo puinciæ urbes/& firman/
dos animos/ ac ſtabiliendã ſuoꝝ fidẽ proceſſerat/Non ignarus (ut in re noua/ ac
recenti) multũ illos ex tanto reꝝ motu/atq; creſcẽtibus quotidie uel falſis rumo/
ribus & animo pculſos eſſe/& plurimũ ſe omniũ ſollicitudini/ ac timidis conſiliis
mederi poſſe/reſtitueréq; hoibus (ſi qua parte labaſſent) priſtinũ robur animoꝝ/
& ſolitę ptinaciã fidei/ſicq. nihil (ut inſtituerat) ptermiſit, Orſus.n.à Croia/tanq
à capite/uel impii/uel ſollicitudinis accito ad portã Vranaconte cũ agmine arma
toꝝ/ac nobiliſſimis/qbúſq;/urbẽ nãq; ingredi phibebat multo ex breui tpe agen/
doꝝ inſtãtia plæráq; cõcitatis (ut aiũt) calcaria addere ſupflua cura conatus eſt,
Rñſum à prefecto tulit, ſicut tantæ nõ indecẽs fidei, ita néq; iniuria ingrato ſilen/
tio à pclaro uiro auferẽdũ/Indignanti nãq; p ſimillimus/ & uelut mœſtior ex eius
aduentu LEzuis inquit hodie Scãderbege Amurathẽ/& hãc quã narras, præclari
exercitus formã/q te ipm uiſuri erãt Croienſes, adéo ſicut ingratus & publice om/
nibus/& priuatim ſingulis ſermo iſte tuus fuit, ita nihilominus aduẽtus quóq; ipſe
moleſtus, Quid.n.deterius afferre potuiſſet hoſtis uel uiſus/uel auditus/quod ma/
gis fortiũ uiroꝝ turbaret animos/& feroces oſtenderet ſpũs. Iam eó decurrit, iam
eos aduerſus te/& Epiroticũ imperiũ animos gerimus, ut donec uigent hi reꝝ mo
tus in puincia, & donec reddit in Epirenſibus cãpis armatis iura Amurathes/ex/
pectatior ſit omni tpe/gratiorq. nobis hoſtilis cõgreſſus/q tuus iſte futurus, qñqdẽ
hic nihil præter tacitas querelas/ac uelut inclinatoꝝ ad perfidiã animoꝝ ſollicitas
dubitationes aduehit. Ille totius materiã laudis/præclaꝝ fidei expimẽtũ/ac perpe
tuę occaſionẽ glorię eſt allaturus, Nihil aduerſatus iis Caſtriotus/ſed expurgãs ſe/
& nunciũ nõ hortatorẽ appellans dimiſſo inter oſcula præfecto militibuſq. ad reli
qua euectus loca ex animi ſnĩa oĩa & inuenit/ & reliquit/abſcedentibus tenebris,
neq; adhuc certa die applicuit in caſtra/feſſus longa itineris fatigatione/& conti/
nuis uigiliis propé exhauſtus, Sed uix reſpirãdi tẽpus conceſſit ipſe ſibi/ubi lega/
tiones ſocioꝝ uidit, Cõuocatiſq. extẽplo primoribus/ac optimatibus ſuis pmiſit li
beras cõciones uiris, Illis auditis liberaliter coſenſu omniũ laudati maxime ſocii,
& gratiæ actæ à Scanderbego, quod in ea pturbatione reꝝ tantã ſalutis/& laudis

Oratores ſo/
cioꝝ atq; pri
cipum Epiri
Illyrici atq;
Macedonię
ad Caſtriotũ
cõtinue con/
uolant auxi/
lia offerẽtes.

acceptis iacturis morã tracturum in Epiro/crebros tamẽ ſpectatores quottidie de cernebat, qui regis cõſilia explorarẽt, ſed nullus motus apparebat à caſtris hoſtiũ. Itáq; ipſe impatiens ocii cũ duobus equitũ milibus per aſpera montiũ progreſſus oberrabat indies loca/ & cõtẽplabat omnia/néq; ſatis poterat cõiectare/qd cõſilii uerſarẽt hoſtis/ſi quos frumẽtatores/& uectigales tỷrãni intercipe poterat affixus ſtabat. Aggrediendoq; nánq; caſtroq;/uel cõgrediẽdi apto cãpo nulla uſq̃ tuta occaſio apparebat/quũ & unitas tantę multitudinis uires/& detectas à trãſfugis inſidias machinaq; timerẽt. Obequitabat tamẽ pluribus locis cõſpiciẽdus hoſti/ut eliceret ad certamen uiros ea militũ paucitate ſpe bene gerẽdę rei iniecta. Sed ea cõſilia nullus unq̃ euẽtus eſt ſequutus. Nam uelut obſeſſi in ſtationibus barbari uix pedẽ extra uallũ mouebãt/quũ edictũ à principe fuiſſet capitali ꝓpoſito animaduerſionis metu/neqs iniuſſu ſuo, nõ ſolũ in hoſtẽ pugnaturus egrederẽt/ſed neq. ẽt pugnãdi ullã facerent mentionẽ. Epirenſis ubi inanem expectationẽ ſuã uidit, plenus curaq; indignationiſq; reuertit in caſtra/cõſultaturus/quæ ratio obſidionis ſoluendę/& fugandi ex ꝓuincia hoſtis eſſet ineunda/quũ alioqn & imparẽ ſe ad uim apertã/& hoſtẽ nihil temere agẽtẽ cerneret. Sollicitare ad arma ſocios/& regulos nominis Epirotici/cõcitare/ac dare fortunæ pignus totius ſummæ req; nunq̃ ſatis tutum uiſum/quippe cũ licet certa apparuiſſet uictoria/non poſſet tamẽ tanta res ſine multo ſuoq; ſanguine cõparari. Illud ex multis cõſiliis melius eſt uiſum receptũq́/ ut ſolito tenore bellũ cũ barbaro gereret/fineretq. marceſcere hoſtẽ/ donec tacitis exhauſtus incõmodis ſeneſcẽtibus indies uiribus ultro malecęptã ꝓuinciã damno ſuo deponeret/ſe eouſq. néq; de ullius fide/néq; de fortuna conqueri poſſe. Sfetigradenſis cõſtantiæ ea iã dilucere exẽpla/ut oẽs conſtanti/quietiſſimóq; animo eſſe poſſint/Vrbẽ præterea rebus ſingulis/qbus indigeant obſeſſi nõ ad uſum ſolũ, ſed abuſum cõmunitã. Itáq; hoſtem uel nihil diutius moliturũ in muros/uel maxima ſuoq; pernicie urbẽ tentaturũ, præſertim cũ opibus occupata oppugnationis multitudine caſtra ipſa inuadi paruo negocio campeſtribus copiis poſſent/ & affici undiq; ignominia tỷrãnus, Hæc propalã hilari uultu/pulchráq; fiducia iactabat Scãderbegus. Varii tñ intus ęſtus curaq; urgebant ſollicitũ uiri pectus, interpretabatur cõſilia Amurathis, prout euentus poſtea ipſe req; nõ falſum ęſtimatorẽ oſtẽdit. Silentiũ illud/& otiũ ſenis nõ minus q̃ arma ipſa timebat/utpote cuius longo uſu nouerat ingenium, auro & largitiõibus munerũq. copia oppugnari poſſe urbẽ aſſidue cogitabat. Subinde mortaliũ pectoq; cupiditas facile omnia timenti ſuadebat/& penetrabilia auro mœnia/ac corpora uiroq;, quæ omne ferri genus cõtẽpſiſſent/nõ uanũ ſuſpitionis metũ incutiebãt/ quũ præcipue facillimũ uideretur uoluenti ſingula, in tanta præſertim multitudine aliquẽ reperiri poſſe/qui nefaria ea libidine obcęcatus ſordidas cõditiones ad ſceleratũ animũ trãſmitteret. Néq; de Sfetigrado tm̃ ea ſollicitudo ducis erat, ſed de cęteris quóq; urbibus, Croia præſertim ne occulta alicuius pfidia/& ſecreta ſuoq; cõſilia cũ Ottomano aliqd ſtruerẽt. Quare nihil moratus Tanuſio tm̃/& Muſachio ſociis cõſilii acceptis/& triginta nõ amplius uiris ſibi adiunctis militari ueſte amictus ad diſquirẽda omnia/

Edictũ tỷrãni per oia caſtra.

& digitũ ad fontẽ (ut aiũt) intẽdendũ ire prexit. Ita hic Epyrensis/Inde Ottoma nus uariis ambo curis alter alterꝫ timentes anxie torquebant. Cæterꝫ Ottomanus totos eos dies (ut ante dictũ est) castris inclusus uafris cõsultationũ discursibus cõ sumpsit. Nã ubi nihil uel arma/uel minas/uel diutinã obsidionẽ/& crebros arma/ torꝫ insultus ad urbẽ potiundã satis esse cognouit/ & perstare in ꝓtinacia oppida/ nos uidit, alia sibi uia fortunã tentandã esse statuit, licet non deessent, qui instandũ adhuc ferro/& urgendã solito apparatu urbem dicerẽt. Plures autẽ qui nihil ultra tentandũ in ea rei difficultate affirmarent/Sed uel discurrendũ totis signis ad de/ uastationẽ hostilis agri/& cæteraꝝ reꝝ incendia/& insequendũ hostem qui tot ela tus uictoriis per omnis cõtemptũ periculi cũ ignobili uiroꝝ agmine passim uaga retur/Vel relicto Sfetigrado Croiã copias deducẽdas, ibi fortasse meliore fortuna rem gesturos/& obsideri posse in ea urbe Scãderbegum/ sicq. unũ tm̃ hostem ha/ bituros. Facile.n. credebant ducẽ curam eius loci nulli prẹterq̃ suo ingenio fideiq; cõmissurũ/Hæ sententiẹ haud quaq̃ ad animũ tyrãni transmissẹ, sed spretẹ æque/ atq. abiectẹ sunt. Nã prẹdandi agri ridicula/ac pené puerilia cõsilia nõ imerito di cebat esse, quũ nihil fermé usq̃ appareret/unde unius posset militis libido exatu/ rari, Ita ante eoꝝ aduentũ ꝓcurauerat omnia Epirensis/Castrioti quóq; insequẽdi nihilominus stolidas cogitationes suoꝝ ridebat, ꝓniciosissimũ inquiens saltus Epi roticos/& inaccessa ferrarum magis/q̃ uiroꝝ cubilia eo inani studio adire, quippe quũ nihil aliud eo cupiat hostis/Croiã præterea copias trãsmittendi nouas amba/ ges/& refugia fortunẹ appellabat. Scilicet pugnatiores ibi eos futuros/& alios Sfe tigradi/alios Croiæ deos esse. Subinde dictitans/scilicet in minoribus male exptã uirtutẽ/fortunamq. ipsoꝝ/ad tantẹ rei onus inani quodã appetitu trãsmittendam/ & intrantibus intima Epiri/ac umbilicũ ipm hostilis impii ueluti exordiũ/à tergo Sfetigradũ relinquendũ. Ita his cõsiliis spretis/aliis adhuc nõ inuẽtis omnia in in/ certo erãt. Et abscedere tyrãnũ hinc pudor/& indignatio plusq̃ credi potest nõ si/ nebãt/inde tentare quicq̃ diutius satis cognita fortuna ꝓhibebat. Stabat igit̃ dissi mulato dolore Ottomanus, & ne nihil ageret perstructa paulatim occasione, ac ca ptata colloquii copia benignis uerbis hostes pellicere aggredit̃/apta iritamẽta/ad ingenioꝝ leuitatẽ/& quod magis cẹcã hominũ libidinẽ inuitat/ingentia dona pro ponẽs/& ingentioribus etiã ꝓmissis sese ostentans ad portas aperiẽdas/& prẹsidiũ in urbe accipiẽdũ pellicere conabat̃. Varias subinde à ciuibus respõsa tulit, oia tm̃ recidentia in idẽ/nõ esse cur ad mutandã cũ muneribus fidẽ descenderẽt/Scãder/ begiq; amicitiã cũ alieno iugo ꝓmutarẽt, cuius neminẽ ad eã diẽ pœniteret. Con/ sociata sibi oia cũ eo esse, & ad ultimũ futura. Aluit tm̃ ea spes Barbaꝝ per aliquot dies, quũ tanta ꝓfidiẹ prẹmia ꝓposuisset, quæ uel obstinatissimos labefactare ani/ mos possent. néq; eũ sentẽtia fefellit postremo. Exciuit nánq; sordida cupiditas ho minẽ quẽdã ꝓditũ/qui ꝓniciosis muneribus/& barbari pollicitis muneribus corru ptus præscius/cõmodis/ciuiũ patriæ/ac socioꝝ salutẽ ne Flocci qdẽ faceret. Obser uato itáq; tꝓe quo custodias falleret, habitis ex occulto sermonibus cũ qbusdã ex/ ploratoribus regiis ignarã ciuitatẽ mercede pactus est. Sed nõ obtulit tã cito cõsi/

Sollicitat Ottomanus op/ pidãos ad deditionem.

Att. uanã Dibranoꝝ sup/ stitionem/ac oppidi dedi/ tionẽ hosti, eiusq. descri/ ptionem.

lium fortuna nefario proposito uiri, & hęsitabat timidus scelere aliquid temptare, Ne detecta fraude prior ipse tanti mali piculũ pnicie sua lueret/nõ portas/& serras moliri/nõ effringere claustra aggredi ad excipiẽdos hostes satis tutum uisum/quũ oia ciuiũ custodiis tenerentur/nõ sibi socios cõsciscere, qui nocturno tumultu occisis optimatibus cõsternatã ciuitatẽ opprimerẽt / traderẽtq. barbaro, quũ alienissimos ab ea re omniũ aios cognosceret, Infixũq. uiris/aut defensa patria uictoriã reportare/aut expugnata speciosam mortẽ oppetere uelle, cerneret. Montana urbs erat/& in editissimo uertice saxi sita/nulla néq; intus scaturientis aquæ/néq; ppinqui fluminis cõmoditate utens/unicus erat intus puteus aquæ uetusta populi cura/tũ ad priuata hominũ cõmoda/tũ magis ad bellorꝫ necessitates, si quæ incidissent, in medio urbis uico effosus constructúsq;. Pręsidiũ omne (ut diximus) ex Dibrensi milite cõstabat/subiecta ea gẽs Scãderbego/sed nõ usq;quáq; Epyrotici nois/& linguæ erat. Duas nánq; Dibras regio hẽt illa/sicut natura/ita nominũ etiã distinctione seiunctas. Et alterã qdẽ inferioré/alterã uero supiorẽ Epyri accolę uocant. Inferior plana feré tota est frugiferis circũdata cãpis/& rerꝫ omniũ fertilibus Albani/& Epirotę incolũt loca, fortissimi bello populi, quorꝫ pcipue armis Castriotus & seruauit/& auxit impiũ/& ardua quęq. ac difficillima expediuit/Ita ut uelut Colophonẽ quendã ad oẽm bellorꝫ uim/& hostiũ molẽ illos haberet. Egregios inde uiros uniuerso promptissimo tpe habuit/qui nõ impatoriis minus/q̃ militaribus rem Epiroticã iuuerũt. Superior Dibra Montuosa est & aspera ferax tamẽ/& Macedoniã tũ ipsa loci uicinitate/tũ similitudine morũ cõtingens Bulgari/siue Tribali habitant/Ferox in armis gens/& nõ minus Scãderbego multis pclarę uirtutis/fideiq; meritis grata. Propior tñ externis/q̃ Epiroticis moribus/& abhorrens in multis ab Albano cultu grecanico ritu uictitabat, & plęrasq. eorꝫ supstitiões sequebat/Hinc occasionẽ nepharii ppositi scęlestus ille pditor sumpsit, ratus si alicuius in puteo demersi aialis cadauer cõspexissent Dibrenses/subituros potius ultimã pernicie/uel fœdissimas pacis cõditiones admissuros/q̃ eã amplius aquã hausturos/néq; uanus eius rei æstimator fuit. Nã quũ noctu piecto in puteũ cane cõtaminasset aquã/ea re postridie mane pspecta/quũ rumor alius ex alio totã urbem cito puasisset/Tumultus ingẽs undiq. exortus, ac prope seditionẽ res fuit, dũ tanti auctor scęleris quæritur/nec inuenitur/ Dolentibus uicẽ suã Dibrẽsibus, proditos se/& uelut ignaua pecora iam siti oẽs extinctos iri. Vix.n.ullus est inuẽtus/qui nõ magis id aquę genus/q̃ hostile iugũ formidaret, Clamãtibus aliis incẽdendã urbẽ, & per medios hostes erũpẽdo cõsulendũ fuga sibi, aut fortiter cadendũ. Leuissimũ tamen malorꝫ deditio uisa/Sędatus itáq; paulatim dolor, & clamor ubiq. cessauit, Iam feroces uiris spũs tã paruę rei momentũ abstulerat, Iam relegata fides snpstitiosa pectora reliquerat/Iam facilior barbaris aditus, & placidiores hostilibus alloquiis aures factæ/sollicitiq; undiq; milites quas nup tã gloriose spreuerãt/sordidas pacis cõditiones ab Amurathe petituri ultro ire parabãt/Ciuium minor numerus longe erat/Itáq; impares uiribus Dibrensiũ nulla uel cędendi/uel expellendi pręsidii/cõsilia inire poterãt, quũ præsertim uel si eiecissent eos/nõ satis paucitatẽ suorꝫ

Descriptio Dibrarꝫ.

ad muroꝝ custodiam esse uiderent/Fremebant tamẽ omnibus locis/nunc perfidiã illoꝝ,nunc inanem superstitionẽ accusantes, Incessentéſq; querelis Scanderbegũ absentem/Quod patriæ, & salutis suæ curã in eoꝝ manibus tradidisset/Attonitus in eo tumultu Perlatus,& Comenta proniorꝝ ad perfidiam animoꝝ, Corruptionẽ aquæ causantiũ ratus,ac ꝓdita oia credẽs,ꝓhibuit primo quicq̃ posthac cũ turcis se incõsulto decerni.Deinde ꝓgressus in foꝝ coacta ĩ modũ cõtionis multitudine.

ITA Ne inquit Dii boni tã leui momẽto fides uestra fundata erat Dibrenses,ut nõ minus animos nũc uestros,& illam tot bellis spectatã constantiã/q̃ aquã ipsam corruperit, Quisquis ille est tanti reus criminis diis pariter/& hoibus inuisus/ uix possum (proh pudor) mei compos esse/animũq; meũ cõponere,quũ & ꝓniciosissimas has cõsultationes uestras/tãq; subitã reꝝ omniũ mutationẽ,& leuẽ,ac ridiculã quidẽ eã causam tantę indignitatis aspicio.Prodere patriã sociorꝝ satius ne uidet, uxores/liberos/aras/focos/deos ipsos in manus hostiũ trãsferre, Et uos tã insignis ꝓfidię reos in omnia sęcula offerre/q̃ sordidiori hoc,uel(ut uos appellatis)fœdissimo etiã potu cõtaminatos,& obnoxios pręclaros spiritus tantã animoꝝ mũdiciã, & fidei nitorẽ seruare/Nihil uideo cur pereatis milites,ni Demon aliqs cõsilia uestra sana ꝓuerterit/Iam eó decurrit:ut dũ supstitiosiores sumus q̃ par est/honestatis/pietatis/fidei rationẽ uniuersam abiiciamus,& malimus/ut ꝓfidos nos q̃ minus supitiosos hoies appellẽt. Ridebũt mortales/mirabunt posteri/detestabunt et hostes ipsi tã stolidã,fidei mutãdę cãm,tã faciles ad stultã,futilẽq; ꝓfidiã aios,uel potius credẽt oẽs(in q̃ sniam tñ & ipse ni aliã uos mentẽ indueritis)licet inuitus descẽdo.cõptos barbaricis muneribus uos,& bñficiis ꝓoccupatos comẽtitiã hãc cãm ꝓfidię uestrę nũc uelle ꝓtẽdere/qua certe obiecta cũ culpa corã oibus uacare cõtendatis/culpã ꝓfecto omniũ iudicio,sęcłestissimũq; facinus cõfessiõe uestra cõfirmabitis,quæ enim est tã efficax rõ? Quis ꝓsuasionis modus? Qui tot simul honestissimaꝝ reꝝ,Ac Scãderbegi officio ꝝmemoriã abolere à pectoribus uestris potuerit? Quæ tã fœda aioꝝ imbecillitas,mentiũq; incõstãtia,ut adẽo parua,cõtemnendàq; res totius utilis/& honesti discrimen abstulerit à uobis,ni aliud sit tanti motus prętiũ/alio morbo infirmi sensus,& corrupta ingenia/Hæc ne Scanderbego pręmia Dibrenses? Hæc cõstantiæ documẽta? Hæc gratissimis hisce ciuibus/& sociis uestris debita exoluitis? Piget ea apud fortes uiros referre,Nihil tutũ usq̃ erit/Nihil sanctũ/Nihil integrũ/si tã delicatũ prętextu, & perfidũ sit genus humanũ/si tam leuibus de causis mortaliũ pendeat fides/Et quis tã ignauus est/tã perditus hostis/qui nõ semper aliquẽ inueniat modũ nocendi insidietur/tentet/experiatur omnia/si tantũ uideat promissum fraudis fructũ,Frustra mœnibus circũdedere urbes patres nostri,Frustra aggeres/& turres in iugis montiũ cõstrictæ/Frustra & armatorum præsidia adinuenta/si mutabiles cũ singulaꝝ reꝝ/& temporꝝ mutatione homines gerãt fidẽ/Si ratione hyemis & ęstatis uelut arbores alios induamus/& inuicẽ exuamus animos/Quid si imodici calores & intẽperies cœli corrupisset aquã facturi eratis? Nempe istuc ipsum/O perniciosum fidei genus/O detestabilem ingenioꝝ leuitatem/sic agimus/sic loquimur de urbis salute/libertate/uelut de re hu/

Oro Perlati urbis ꝓfecti ad Dibrẽses suos/ne se Ottomano dedant.

millima orta ſit cõtentio/Pedibus trahi oportebat uos exangues, ſemineces/de loci huius poſſeſſione/nõ ſic uoluntarios/integroſq. tam pręclarę dominio fortunæ cedere/Nos ipſi (ſi diis placet) ultro inuitamus hoſtem/ſubdimus iugo collũ. Abrogamus libertatẽ/ius omne/faſq. poluimus/Ne ſordidiori potu ſupſtitioſa ora inficiamus/Sicné Dariũ illum Perſarꝫ ſuperbiſſimũ & lautiſſimũ regẽ, Quũ ſupatus ab Alexãdro noſtro fœda fuga memorandę cladis ueſtigia recenſeret/Oblatam à Seruulo ſibi turbidiſſimã aquã/quã inter fugiendũ circa equorꝫ ungulas & cadauera occiſorum collegerat, recuſaſſe audiſtis? Accepit inſolentiſſimus rex, Et quũ hauſiſſet/nunq̃ ſe bibiſſe libentius teſtatus eſt/Præteriit ita iugum hoſtile. Diſtulit fortunã/& regios ſeruauit ſpiritus/qui Caium Mariũ magni nominis Romanum imperatorẽ in bellico ardore/& inter militaria opera/ac obſeſſarum urbiũ munia obeunda/Coctam né ſemper habuiſſe refert antiquitas? Quid (ut Saguntinã pertinaciam omittã) Petilia ciuitas in Brutiis Annibalis tẽpore memorabili/ac propé incredibili exemplo nõne fidei ſuæ conſtantiã poſteris teſtatam reliquit? Quæ nõ canũ modo/quos tantopere uos execratis/ſed omnis generis quadrupedũ carne/ſutrinéq; coriis/radicibus/& corticibus/ſtructiſq; cõis ueſci nõ dubitauit, ut receptam ſemel Romanis fidem/& nuda ſeruaret mœnia/Themiſtoclem illum longe clariſſimũ Atheniensium lętiferũ poculum hauſiſſe ferunt/ut ingratiſſimã patriã interitu ſuo liberaret, Multa ſunt per omnia ſęcula uetuſta/& noua huius generis exẽpla, quæ uos ipſos uobiſcũ uerſare/q̃ me referente cognoſcere malo/Sed alienam fortaſſe patriã dicetis non ueſtram/Vobis tradita/Veſtra eſt Dibrenſes/Veſtram potiſſimũ fidem ad id muneris elegit Scanderbegus/Vos reſtituere principi cõmiſſam uobis urbẽ oportebat/Date quęſo modũ/tempuſq. perditis conſiliis/nec uim/ac neceſſitatẽ appellate/quod peruerſum cõſiliũ appellandũ ſit/Quid.n. ſi ſpretis cõditionibus deditionis ueſtræ ad ſupplicium uos uocet Ottomanus? An recuſaturi exitialem potũ ſitis? Hauſturi quidẽ omnes potius q̃ in uoſmetipſos ſæuituri/Nunc quia ſaluis uobis nihil præterq̃ fides perit/Inſaniſtis eadẽ cõtagione omnes adéo/Minimũ malorꝫ inuiolatę crimen fidei uidetur. Nequeo animo meo imperare Dibrẽſes/Nequeo lachrymis tẽperare/quũ obuerſatur ante oculos nũc illa cõcionantis principis noſtri ſpecies/Obteſtatiões illę/precéſq; diſcedẽtis/quas in hoc ipſo loco nuper tanta ueſtrũ corona fidẽ ſingulorꝫ appellans credulus iactabat. Quũ fremitus item ueſtros illos/& audaces ſingulorꝫ tũ publice/tũ priuatim pollicitationes/ac fortia dicta recolo/Vbi nunc uoces ille Dibrenſes? Vbi feroces ſpiritus? Vbi urbi huic deuota pectora? Vbi tã audax uitæ contemptus? Eoſdem quidẽ uiros/eadẽ arma uideo/Diuerſum tamen animorꝫ habitum/& cũ deplorata iam urbe infœliciſſimũ rerꝫ omniũ ſtatũ/Adeſt/adeſt forte in oculis ueſtris ſollicitus princeps tam inſignis perfidiæ ſpectator, Quem putatis fore eius/quẽ cęterorꝫ animũ? Quos prouinciæ tumultus? Quã totius Epirotici nominis fortunam quũ ea malorꝫ/& calamitatis ſuæ initia fluxerint à uobis, Proponite ante oculos dum integrum eſt/facti huius indignitatem, & ſeruate uos uobis, Retinete patriam ſociorũ/Retinete libertatem/dignitatemq. ueſtram/quæ per ſummũ ocium tenere

potestis, Respicite mœstos ciues/Respicite meipsum iam iam/si patimini/ad genua uestra prouolutum/En offerunt iugulum omnes/En trado & ipse hoc pectus uobis Dibrenses/Aperite ferro/haurite (nihil enim recuso) sanguinem hunc si iuuat potus iste/ si fidem ipsi uestram/ si urbem hanc aliter seruare non potestis, Sed heu quos nunc sermones uobiscum iacto Dibrenses / Audire sine lachrymis hæc apud uos loquentem potestis? Néq; moueo (ut mihi uideor) iam quēpiam uanus adhortator, quos nuper/dum cruentis sanguine uestro mœnibus instaret hostis ad pericula / sudores / & extrema quæq. audenda uel nutu solo mouere potui, Expirassetis utinā tunc mecū omnes/potius q̄ ad istas nunc consultationes/ne dicam mala me uobiscū fata seruassent/Poteratis tunc impransi totum diem transigere in armis & pati sitis / ac caloris tolerantia perdurare pro muris istis / pro salute sociorū/ pro Castrioti/ & Epirotici imperii dignitate/Nunc quū omne fermé iter per summā laudem emensi sitis, & uerius hostem in castris obsederitis / q̄ ipse obsederit uos/Inani hac superstitione dehonestare & pessundare omnia uultis/Intuemini, Iterū repeto/Intuemini sordidatos ciues / Audite iustissimas sociorū querelas/& preces obsecrantiū/Ne quos uobis tantis officiis/ & sparso passim cruore deuicistis/ nunc uel tanq̄ iumenta tradatis hosti/ uel extorres patriam per summū dedecus stipem mendicare cogatis / Momentaneū hoc erit Dibrenses quod nunc uos abhorretis tantopere/Palatū tantū/& labra uestra inficiet/Perpetuas uero calamitates/perpetuas sordes/æterna mala amissa semel miseris ciuibus patria obstinatio isthæc uestra est allatura, néq; ora solum/oculósq;/ac singulos sensus contaminabit/sed uret cōtinua laceratione animos/& memores nequicq̄ spiritus libertatis, Sed (ut nullus sit horū respectus/ nulla honestatis ratio/Vestræ salutis uestri capitis non minus (ut opinor) cura est habenda / Seruaturū creditis tyrannum pacta uobis/cuius uos totiens omnes pacis conditiones insolentissime recusastis? & studio tuendæ libertatis dictis/factisq; ita hominis indignationē in uos acuistis/ ut nihil expectet / nihil quærat dies/ noctésq; q̄ unde tādiu conceptū uenenum in capita uestra/in hanc urbem euomat/Ibimus scilicet sequentes fidem Amurathis/ Transibimus per tot armatorū ordines in hostiū oculis integri/inuiolati? Quos tot publicis/priuatisq; calamitatibus affecimus / ut uel si prohibeat Amurathes/uel si ipsi nolint/Manus tamē ipse hostiū impatientes odii/ulciscendi cupiditate sponte sua sint in ferrum dilapsurę. Poterunt barbari? Quis furor hic, quæ mentiū insania, truces hos aspectus/& cruētas adhuc sanguine suo dexteras intueri/néq; subrepet cuiq̄ tot cladium/tot malorū recentium memoria? Non feruebunt iustissimo dolore pectora/quū fratrum/parentum/quū filiorū occisorū umbræ ob oculos obuersari uidebūtur? Victimæ omnes (mihi credite) erimus Dibrenses/Et (utinā dii omen auertant) Dabimur pro cuiusq; appetitu ad uaria genera supplicioru iugulabimur alter in alterius cōspectu/néq; pderūt tū inanes querelę uobis/ Sera erit spreti huiusce cōsilii pœnitentia/Expirabimus tāq̄ ignaua pecora, Et rei pditę urbis/rebelles sociorū/pditores sanguinis nostri inter hostiū tormēta infœlices efflabimus aīas hoībus pariter/& diis inuisas/At q̄to satius est nunc & cū sociis/& pro

ſociis uiuere/Nolite igit̃ ꝑ deos imortales in uoſmetipſos crudeles eſſe/ Agite dũ/ ꝓperate mecũ, En ꝓpino ipſe primus omniũ uobis poculũ aquę eius milites/nũq̃ ſuauius eſtis nunq̃ dulcius potaturi/ Quãdoquidẽ libertas eó/& uita ueſtra/ Digni tas albani imperii/Opes/pœnates/fociq;/& chara ſocioꝝ patria ſeruatur.

Att.ob q̃ cau ſã Dibrenſes deditionẽ ho ſti fecerunt, Quas condi/ tiones ab eo ipetrart/& q̃ ꝑmia ꝓditor cõſecutus ẽ.

HÆC dicens ſequente fermé omni multitudine/progreſſus ad puteũ/ſpectãtibus oibus inde hauſtã bibit aquã. Idẽ fecit & maior pars ciuiũ/Porrecta eſt deinde qui buſdã optimatibus/& ducibus ꝑſidii/ſed néq; bñ dicta, ſed néq; facta mouere qcq̃ ſupſtitioſa uiroꝝ pectora/Vix auſim ſine rubore quodam uel credere ipſe/uel aliis affirmare leuiſſimã hãc/uel magis ridiculã tantę rei cauſam, quũ nõ dubitẽ riſum potius id poſteris/q̃ admirationẽ excitaturum / Ita ut ſi cõcedendũ tamẽ ſit aliqd/ negent tamẽ cauſam eam/ſed quandã uerius occaſionẽ fuiſſe exiſtiment inclinatis ad perfidiã animis/& corruptis iãpridem militũ ingeniis/Ego quũ omnia diligen tiſſime euoluerim/Neq; uſq̃ aliud quippiã à me ſit cõpertũ/nihil uereor tantę cre/ dulitatis quoſpiã inſimulari, Quãdoquidẽ nihil puto tã occultũ in mortaliũ actus aut abſtruſum adéo quod latere tãdiu potuerit, Præſertim q; nullus eoꝝ (ut aiũt) qui ſuperſtitionẽ ſecuti ſunt illam uel ad Amurathem tranſfugerit/ uel cõſequuto poſtea tẽpore ditior ſit deprehenſus/ut coniectari exinde fraus aliqua poſſet, Nec profecto miꝝ cuipiam eſſe uideatur/ Si Dibrenſes hac ſua leuiſſima ſuperſtitione adducti, in hãc delapſi dementiã huiuſmodi errorẽ cõmiſerint, Cum ii non tantũ/ modo ſupſtitioſi, Verũetiã hęretici ſint/fuerintq̃. ſemper (hæ nempe contagiones/ ſiue morbi connexi ſunt inter ſe/& affines) Sermo n. huius gentis Sclauonus eſt/ Cuius ſermo & lingua (ut nobiliſſimi ſcriptoꝝ tradidere) lariſſima in uarias/diuer ſaſq̃. ſectas diffuſa & ſparſa eſt. Nam ex Sclauonibus alii Romanã ſequunt̃ eccle ſiam, ut Dalmatę Croatini/Carni ac Poloni/Alii grękoꝝ errores & ineptias/ut Tri bali qui & Bulgari dicuntur/Rutheni/& multi ex Lituanis/Alii proprias hæreſes inuenere/ut Boemi/Moraui/& Boſnenſes/ quoꝝ magna pars manichæoꝝ immi/ tantur inſaniã, Inſtabat tamẽ præfectus nũc præcibus/nũc donis/promiſſiſq̃. agẽs cũ illis/ubi uero obſtinatos eos & uanas omnes adhortationes ſuas uidit/Aſſumẽs & ipſe conuenientẽ tẽpori animũ/Coactis tã Dibrenſibus quibuſdã/q̃ primoribus urbis breui cõſultatione (Res nãq; morã nõ patiebatur) leges deditionis ſibi ipſi ſtatuere/quas neq; graues ſibi/neq; ingratas hoſti cenſuere/ut pręſidio ſaltus rebus armiſq; libera abeũdi facultas daretur/ciuibus ſiue manẽdi in urbe in priſtino ſta tu/ſiue diſcedẽdi prout quiſq; elegiſſet/poteſtas eſſet/De pręſidio nihil mutatũ eſt à tyrãno. Oppidanis tamẽ negata urbs ad habitandũ cætera cõceſſa. Et deſignatę ſtationes in ſuburbiis, Quare datę mox claues Ottomano/& uacuũ oppidum tra/ ditũ/Ciues/quos patrię amor & cura natalis ſoli tenuit/ędificatis extra muros te/ ctis in aſſignatis ſibi locis manſere/Multi impatientia hoſtilis iugi relictis omni/ bus confugere ad Scanderbegum/Proditor ille/& corruptor aquę apud hoſtes in oppido mãſit, qui cognitas ab exploratoribus regiis/& in caſtra ductus ingẽti lęti cia ad tyrãnũ/publice ab eo uerbis ſimul/& ingẽtibus donis honoratus eſt maiori bus adhuc/q̃ promiſſa ſibi in eius perfidiæ premiũ fuerant, Data nãnq;. L. aſproꝝ

milia/Tres uestes insignis artificiiq;/preciiq;/assignatæ deinde tot uillæ/prædiáq;/ ut reditus duũ miliũ aureoꝝ numerum superaret/Sed breuis admodũ earum reꝝ pdito homini possessio fuit, Nam quũ publico omniũ spectaculo his muneribus/ ac laudibus simul honorifice habitus esset ab Amurathe/& multo fauore uersaret apud barbaros/paucissimis postea diebus nusq̃ uel uisus/uel auditus/ Rumor fuit sublatũ occulte digno supplicio à tyrãno non satis fidente eo uiri ingenio, qui patriæ/socioꝝ/& domestici sanguinis ꝓdendi/sordida ductus cupiditate tã impia cõsilia iniisset, Præsidiũ Dibrense per medias hostiũ turmas/& tentoria Amurathis liberꝝ/inuiolatúmq; excessit/Licet magna contentione ageret apud patrẽ Mehumetes ferox adolescens qui tũ paterna castra in Epirum belli/& gloriæ cupiditate fertur secutus/ne inani studio fidei seruãdę ita per summã suã ignominiã illesi dimitterentur hostes/quũ alioqn nullũ haberẽt turcę certius fidei documentũ/nullũ antiquius esset legis Mehumetanę præceptũ/q̃ oibus modis sęuire in christianos, & omne in eos exercere supplicii genus/In eos ꝑsertim à qbus tot iacturæ fuisset/ tot calamitates acceptæ/cæse legiones/cæsi duces/& deformatus magna ex parte exercitus/Plectendos Sfetigradenses ad terrorem cæteroꝝ/& præstandũ reliquis exemplũ/ne in eiuscemodi pertinacia diutius perstarent/nõ esse inquiẽs clari imperatoris officiũ ex hostiũ fortuna mutabilẽ animi habitũ gerere/& pręcibus eorũ illachrymari/trãsigendos ferro omnes/ aut habendos in uinculis/ donec pręciũ pro redimendis afferretur/Ostendit fatis ex iis Mehumetes & adolescẽs & priuatus/qualis esset senex/qualis olim imperator futurus/feritatis/& auariciæ suæ sordes iã atrox declarauit ætas. Sed nihil potuere apud senile pectus impia filii cõsilia/quin reprehendens eũ dixisse fertur/Nullã esse inter mortales maiorẽ necessitatem/q̃ fidei seruandę/qua sublata néq; impia possint/néq; aliud quippiam permanere, & in claro quóq; principe/qui magnaꝝ reꝝ impia spe/animóq; cõplexus sit/alterã omnino esse debere/aut ueram/aut simulatã saltẽ/ut hominũ ingenia eo modo cõcilientur/alliciantúrq;/perfidiam/& feritatem destruere regna, urbes/populos/ac sibi postremo ipsis nõ minus q̃ aliis iniquas esse, deuinciendũ beneficiis/ ac liberalitate mortaliũ genus q fideles sibi eos futuros cupit, crudelitate/ac odio nihil profici apud subiectos/quod si ímiti regantur impio, nunq̃ diu sint insolentis domini iugũ laturi, Allici ea clæmentia posse animos multoꝝ / qui quũ acciderit/ tã lene iugum nõ sint recusaturi. Quid pręterea peccasse Sfetigradenses ipsos/uel contra imperii nostri dignitatẽ deliquisset/si patriam/si liberos/uxores/& penates suos tutati sint? Si conditiones tandẽ sibi eas imposuerint/tenuerintq. quas uictor ipse approbasset. Dimissis Dibrensibus/& reliquo hostiũ agmine Amurathes impositio nouo præsidio in oppido. M. CC. Ianizaris/curã omnẽ trãstulit ad reficienda mœnia, & structurã muroꝝ/qua parte quassati tormentoꝝ ictibus corruerant. Scanderbegus interim reuersus iãpridem à perlustratione prouinciæ & admonitus recẽtibus nunciis de urbis euentu/& Dibrensiũ perfidia plenus iraꝝ in castris mœsto silentio se cõtinebat/quũ nõ multo post Perlatus cũ infami militũ agmine apparuit, Tristis ipse/ac squalore obsitus/tristiores oppidani/& manãtibus patriæ

De discessu xpiani ꝑsidii ex oppido ad Castriotũ de clęmentia eius/De ꝑria & uirtutibus Perlati/de discessu tyrãni ex Epiro relicto in Sfetigrado ualidi ꝑsidio / & de numero cęsorum ex eius exercitu.

desiderio p ora lachrymis, Dibrenses & ipsi tanti erroris cōsciēita demisso in terrā uultu cæterorꝫ mœstitiā imitabant, Sed ubi ꝓpiores facti sub ducis fuere conspectum/& uim ingentē indignatiōis in truci facie uidere/abiectis humi armis/& suis quisq. cingulis circūdati colla prouoluti ad genua eius/ueniā tanti facinoris flebiliter orabāt, Quid faceret mitissimus princeps/nō facile erat de tanta multitudine suppliciū sumere/nō cām tanti sceleris aliā/ nisi supstitiosam gētis credulitatē uidebat, Confessio erroris ultro à p̄sentibus ingenti abiectione animorꝫ fiebat/Mouere itaq; hęc Castriotū, & mitigata ira cōuersus ad eos haud grauate oibus peper cit, & uitam se illis in prēmiū eorꝫ/quæ pro mœnibus urbis bene gessissent largiri dixit. Sfetigradēsibus pro dignitate/& ueteri fortuna cuiusq; noua patrimonia data, multis illustres ordines in militia ad solatiū amissæ patriæ cōcessi. Dibrensibus quóq; quæ petierūt nihil fermé negatū/Pudore tñ recētis infamiæ pauci mansere in castris aspectū sociorꝫ declinātes. Perlati uirtus cōstantiáq; in rei Sfetigradensis administratione/tū longo sermone Scāderbegi, tū p̄sentiū testimonio militū satis prēmii tulisse potuit/q̄uis nō iniuria fortasse reprehēdi potius meruerit Perlatus q̄ cōmendari, & amissę culpa urbis nō in cōsiliū, sed in laxiorē eius indulgentiā/ uel imprudētiā magis reiici posse cōtenderim. Quod tā facile in eo rerꝫ discrimine ad colloquia hostes, & ueluti in ꝓmiscuā quandā ciuiū suorꝫ familiaritatē admiserit/ unde consuetudine assidua & facile allici ad pfidiā oppidanus/& ab intento ad id ipsum. Castriotus tñ nō solū præclaro uerborꝫ decore fidē/ac facta eius publice cōprobauit, sed dictis etiā nihilo indigniora facta adiecit/onerando uirū/ licet enixe recusantē pecunia/equis/& reliqs qbusq. uarii generis ornamētis. Ita Perlatus multo cū honore/& amplificatiōe nois domū remissus. Erat ex Emathia uir iste Antistes/quē illi Prothosengeli, Nos Abbates uulgo dicimus emendatissimæ uitæ/atq; ingenti morꝫ mūditia/doctrinæ p̄terea Excellentia/ac facūdia linguæ cū grauitas ipsa annorꝫ reliquas hois uirtutes decorabāt. Expeditis his Scāderbegus ubi intē tū muniēdo oppido tyrānū, & occupatos opibus barbaros cognouit/acceptis qnq; equitū milibus ac lacessendas/ac disturbādas res hostiū illico festinauit. Sed nulla inuēta occasione bñgerēdę rei, biduo ibi oberrans p saltus/ac montiū iuga obseruabat/si quos pabulatores/uel frumētarios regios intercipere posset, Néq; expers penitus predę miles discessit, Nā (ut fit in magno exercitu) multi libere pallantes equi, uiriq;/capti/Amurathes pfectis satis cōmode (ut pro ea breuitate tpis) mœnibus urbis, impositóq; pro unius amplius anni necessitate frumēto, ac reliquis rebus uelut obsidionē iā iā p̄sagiret animus deducere ex Epiro exercitū, & Adriano polim repetere statuit. Multa hic mēdacia haud satis cōstans fama interserit/dum quisq; archana tyrāni cōsilia cōiectādo disquirit. Hi hūgaricos/alii grēcos/nōnulli persicos tumultus cām discessus eius inquiūt fuisse. Multi accepta in Epiro dāna, & uarias belli eius difficultates ammouisse/tū ex ꝓuincia Ottomanū affirmant, ut ualidiori/& recentiori postea apparatu rediret ad Croiā oppugnandā/ quū maioribus ea urbs uiribus indigere uideret. Ipse admittere singulas sententias possum. Quod habet unaquæq. similitudinē quandā ueri/Hanc tñ ꝓbabiliorē crediderim/

utpote quã euentus ipse rerꝫ satis efficax testis approbauit/uel illud fortasse nõ temere quis dixerit/quod nõ urgẽtibus fatis præstitutũ seni tẽpus aduenerat/Néq; (ut licẽter scribũt poetæ) omnia adhuc stamina impleuerant sorores. Pridie itáq; Klendas sextiles collectis uasis impedimenta omnia cũ equitatus parte premisit. Ipse postero die incensis prius p noctem castris sub ortu solis cũ reliquo exercitu ingẽti omniũ lętitia/clamoréq;/ac crepitu instrumẽtorꝫ edito est subsecutus. In medio turbarꝫ robore tyrãno locus semper esse consueuit, sicut etiã tunc fuit/ubi albo uectus equo/ac Ianizarorꝫ cinctus armis nihil tumultus/periculiué incurrere usq; poterat/A fronte nánq; præfectus Asię/à tergo nouæ Romę ordinibus summa ratione cõstitutis tutã eius stationẽ pstabant/Triginta hominũ milibus amissis/eóq; pauciore numero q; cũ uenit discessisse ex Epiro Amurathem oẽs feré conueniunt. Reliqua quóq; exercitus ornamenta/ac signa militaria magna ex parte amissa/& fœdata. Sed auxit eas iacturas barbaris/ac renouauit priorꝫ cladiũ formã recenti ignominia Scãderbegus / Nã ubi reductus ĩ castra discessum hostiũ audiuit/totis signis/roboréq; suorꝫ octo equitũ, tria peditũ milia erãt/uestigia uelut fugiẽtiũ est insecutus, Carpens postremũ semper agmen/ac exhauriẽs incessabili cęde quósq; cessantes/aut aliqua casus cõtingentia relictos/Hostis sæpe cõuersis signis/ac obnixo cultu propulsaturus impetũ insequẽtis stetit. Tum ille nũc simulata fuga resistere cupientes frustrabatur nunc per proximas ualles/uicinósq; colles subductus/& post subito apparens nunc à fronte nunc à lateribus instabat, modo illorꝫ terga præmens magnis illos incõmodis afficiebat. Ita res per eam ludificationẽ diutius protracta ut per sex amplius milia passuũ infestis signis molestior semp instaret. Tyrãnus non ulterius eam ignominiã clademq; suorꝫ perpessus Bassam Romaniæ cũ. XXX. armatorꝫ milibus retro cõuertere signa iubet ad quietem/& liberã abitionem reliquorꝫ/ac hostem uel pugna incessere si persistat/uel ad fugam cõpellere mandat. Castriotus ea re animaduersa retracto aliquantulũ suorꝫ agmine medius inter duas hostiũ acies interciperetur, tantæ multitudini cessit, reductísq; in ualles quasdã / & montiũ anfractus copiis/ubi tutus castris locus & idoneus ad quantũcũq; hostiũ sustinendam multitudinẽ esse apparuit/Stetit aliquãtisper ita instructus/uelut iã iã descensurus in aciem/& collatis signis cũ præfecto regis dimicaturus, fecissetq; id forsitan (quæ erat uiri audacia). Sed tũ fessus tã longis procursationibus miles/tũ impar hostiũ numero ea suorꝫ paucitas coegit tã temeraria cõsilia abiicere ferocẽ ducẽ. Vnde quasi excusans se conuersus ad milites inqt/id quod prouerbii loco semp fertur usurpasse malo infamẽ dici hunc locũ Scãderbegi fuga/q; cruce/Consueuit nánq; à nostris Crucis signo notari locus ubi christianus aliquis pręsertim clari uir nominis cõcidisset/Quippe quũ ait/Aboleri illa aliqua recenti laude possit/Hãc ad id/q; irreuocabilis/& funesta sit infamia quóq; & uulgi latratu/& obloquutione nõ cariturã/quũ nihil ex cõsilio/sed ex euentu solo omnia metiantur homines/Barbarus ubi tenentẽ se intra stationes Epirẽsem/& nihil mouentẽ uidit cõuersis paulatim signis/& ipse nõ inuitus relicto hoste præeuntia agmina sociorũ assequi contendit. Idem fecit Castriotus suasu militũ obsecrantium/

ne eam peſtem abeuntē ex prouincia peruicatiori inceſſatione in uiſceribus Epiri cōtineret, Quare eodē tēporis tenore Croiā hic/Adrianopolim ille p Macedoniā/ Triballorq. montes iter faciens rediit/Mœſti ambo propter res maxime uariante fortuna geſtas. Mœſtior tamē longe tyrānus/quod néq; hoſtem/ad quē potiſſimū delēdū uenerat ſuſtuliſſet/néq; puſillę fortuna urbis ſe caute ad tot mala/& clades cōpenſandas idonea uidereť/Mœſtitiā tamē noſtrorq; ſpes ea multū leuabat/Quod ubi abiiſſet hoſtis recuperari à ſe oppidū poſſe certa iam fiducia cōceperant.

## MARINI BARLETII DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI. LIBER SEXTVS.

Ociū Scanderbegi, & p curata ab eo poſt hoſtium diſceſſū/Nuptię eiꝰ/Prœlia Epirenſiū cū Sfetigradēſibꝰ/& eorū uictoria. Aduētꝰ Scāderbegi ad obſidionem Sfetigradi.

ACCATO prouincialiū ſtatu ex hoſtiliū copiarq; diſceſſu/ac ſollicitudine ſingulorq; ſoluta/reſeratę urbes/arcéſq; undiq;/Prę/ ſidia dimiſſa ac hoīes ad priſtina quiſq; miniſteria traducti/Legiones ſuas Scāderbegus ita demū militiæ onere p id modicū tempus reſpirādi cauſa exoluit/ ut inde ad duos menſes oēs ad Sfetigradenſem obſidionē/ & extorquēda è manibus hoſtiū ſocio rq; urbē aduolarent/Retenta tñ ex eis copiis duo equitū milia/mille peditū/qui more ad Macedoniæ fines trāſmiſſi eo in tractu incolentiū fortunas res à pręcur/ ſionibus hoſtiū tutarenť. Dū ſic tēporaria quiete/ocióq; recētes belli labores pēſa/ ret Caſtriotus, & Croiæ ad inſuetū ſibi munus ciuilia negocia in iure dicūdo animū tranſmiſiſſet/Purpurati eius/& Principes uicini cōſanguineiq; ęgreferentes q; ſine prole ulla/ liberiſq; tā clarus uir oēs ætatis annos trāſigeret (Quadragenarius nāq; tū/& maior forte erat) cōfluētes ad illū q d' ſępius etiā antra fecerāt de uxore ducēda/liberiſq. legitime p creādis/cogitationē in animū eius inducere uelut cōtentione quadā conabanť/Fruſtra dicētes impii terminos/fruſtra rē Epiroticā eouſq. ampliatā ab ipſo/ni qbus trm decus magnitudinēq. nois/ac gloriā rerq; geſtarq; per oēs ætates cōparaſſet/de futuro quóq; principe p curaret/niſi forte uellet mortalē/ & ſecū perituram rē albanā fore, & cū unius corpore hoīs totius corpus impii extingui/Audiret tacita ſuorq; uota/audiret ſollicitas populorq; q̄relas/Nā quod ad alios principes/& extraneos ſucceſſores attineret/Neſcire eā gentē alterius iugum pati/ aſpernari quóſq; dños/niſi quē ex ſanguine ipſe ſuo eius uirtutis effigiē/atq; hęredem dediſſet/Māſurā eouſq. fortunā/māſuros deos ſecū/dū in ea ſtirpe Epiroticū reſideat imperiū/Quod ſi caput ex ea gēte nō adſit, cupidiſſimis ſubditorq; animis/ mox expiraturā cū eo Epirotarq; rēpublicā ruitura in p̄ceps oīa/& uelut diſiectum ouile ad priſtinas calamitates & ſordes Epirotarq; nomē rediturū. Scanderbegus q abalienatiſſimo ab ea re animo alio iāpridem ingētes cogitatus direxerat, & ímemor. uelut cęterorq; ſumma quęq. ſpe/atq; cogitatione cōplexus ſupra hominē erexerat caput / Fertur primū pluribus uerbis, multa auctoritate audientiūq. ſilentio conſilia ſuorq; improbaſſe/laudaſſeq. nō uanis rationibus cęlibatū in ſummis uiris.

Quippe quũ nihil diceret tã graue libero ingenio/q̃ uxoris dñiũ/Non corpori/nõ aio ius ſuũ eſſe/ubi ea moleſtia penates ſit ingreſſa/Imperii amplificationẽ/& rerꝫ gerẽdarꝫ magnã partẽ fortunã diminuturã. Deinde/ne tanta publica ſimul/& priuata ſuorꝫ uota ſpernere uideret/annuiſſe nil ſe recuſaturũ/ quod ex utilitate omniũ/& rei Epiroticę dignitate cenſeãt fore/ſubiturũ qualecũq; iugũ ipſi uoluerint/ pbauerintq̃. morã ſe tamen/& ueniã eius ſolũmõ tpis petere/Dũ Sfetigradi poſſeſſionẽ è manibus hoſtiũ extorſiſſet/exoluiſſetq̃ ea cura animũ/pudori nũc maxime ſibi fore/ſi relictis ſub hoſtili iugo ſociis/conſanguineiſq;/ipſe nuptiarꝫ ſolẽnia celebraret/uel lętũ quippiã ptractaret. Satis cõceſſum ſibi credẽtes hoies/nihil ultra quęſierũt/ſed ingẽtibus gratiis actis uelut magnũ quippiã tuliſſent/iã inde prouinciã oẽm eo gaudio replerunt. Interea nuncii quottidie à pſidio/quod ad hoſtiũ fines locauerat Epirenſis aduolabãt/nunc deuaſtatos agros barbarorꝫ/nũc fugatas eorꝫ cuſtodias afferẽtes/Sfetigradẽſi quóq; pręſidio multa dãna p eoſdẽ dies illata pcurſationibus aſſiduis eqtis nri. qui occultantes ſe inter ſaltus uicinos urbi/ſi qui pabulatũ/uel alterius rei cauſa longius pceſſiſſent/oẽs illico opprimebant/Quare laceſſiti ſæpius barbari erumpentes ex oppido plęraq; ignobilia certamina fecere/ Noſtri nãq; timẽtes iniqtatẽ loci cõgredi ſub mœnibus ipſis non ſatis audebãt. ſed ſimulata fuga ptrahere apto cãpo hoſtẽ conabant. Creſcente oppidanis audacia/ die quadã ſtudio inſequẽdi radices montis iactu fermẽ iaculi trecẽti ptergreſſi cõſerta furore magis/q̃ cõſilio cũ nris manu. XLIII. occiſi. XIIII. uiui capti ſunt/reliqui fuga ſe ſubduxerunt. Nemóq; exceſſiſſet integer/aut intraſſet mœnia/ni à ſtationibus relictis ſocii ad ppulſandã eã cladẽ pſto fuiſſent/Potuit in eo tumultu animorũq̃. cõſternatiõe, & rerꝫ omniũ cõfuſione facile urbs ipſa capi/ſi magis/uel feruoris nris/uel uiriũ fuiſſet. Cõpulſis intra mœnia barbaris tantus poſt hac timor inceſſit/ut pedẽ amplius extra nõ efferrẽt. Ita uelut obſeſſi ab ignobili agmine nrorꝫ ſtabãt. Hęc oia geſta à parte eius pſidii, de quo nunc dictũ eſt/incõſulto tñ & ignaro Scãderbego/quũ nihil eorꝫ prącepiſſet, & ad tutandos tm̃ abinſultationibus hoſtiũ ſuos id pſidii ibi teneret. Sed hac re poſtea nũciata ita id eorꝫ cõſiliũ, & opera placuit prudẽtiſſimo alioq duci/ut nihil uel cõtẽptã tacite impii eius maieſtatẽ/uel diſciplinã militarẽ à ſuis neglectã doleret, qnimo pbuit ea res feſtinationẽ quandã negotio, & impulit acrius hominẽ ad oppugnationẽ urbis/ quũ eo pauore clauſos per ſũmã fœditatẽ regios audiret. Proinde nihil moratus/priusq̃ edictũ de cogẽdo uetere milite/& nouo cõquirẽdo ppoſuiſſet/trecẽtos eqtes/& qngẽtos pedites, qui tũ ad manus ſibi (ut aiũt) erãt, Sfetigradũ ad iuuandos ſociorꝫ auſus/& multa cũ iis dona priuatim publicéq; ſuis miſit, approbans ſummope/quę eouſq̃. geſſiſſent/ pergerẽt/& in iis quæ caute agi poſſent/nõ ſinerẽt reſpirare oppidanos/donec ipſe maioribus copiis/totóq; apparatu opprimere poſſet obſeſſos/tũ ad copias legẽdas cõuerſus/ paucis diebus duodeuiginti hominũ milia collegit. VIII. equitũ/peditũ reliqua/oibus iã ſatis cõparatis/ac pmiſſis impedimẽtis, Ipſe ſecutus. X. klẽ. Octobres ſub mœnibus urbis copias expoſuit/ſtationẽ ſibi/atq; equiti tm̃ longe ab hoſtibus fixit/q̃tũ ſclopis ſuperne impeti nõ poſſet/iis nãq; potiſſimũ utebãtur regii,

& peritissimos quósq; eius artis locauerat ibi tyrānus/Pedites nō ꝓcul à muris cō sedere, & ne obnoxii telis oppidanorꝫ forēt/trabiū magna ui cōuecta/tabularꝫq. uelut tegetes ad oēm iniuriā excludēdā cōstruxere. Epirotę sagittarii fermé oēs erāt/ Cæteri Italici, ac Germanici generis sclopis ac scorpionibus instructi/Non deerāt Illyrici/licet gladio/q̄ arcu aptiores/q eius delectus fama, & prędę cupiditate pellecti/multi uolūtarii se adiunxerant, sine ulla stipēdii mercede. Cōfluebant ea tēpe state in Epirꝫ ex oibus gētibus indies milites ad stipēdia Scāderbegi sumēda, quū solus ex xp̄ianis ducibus nullo satis tpe quiesceret, & semp occupatus bello esset/ ꝑpetuus turcarꝫ hostis/Quare tū quottidianæ p̄dę dulcedine/ tū locorꝫ amœnitate detēti multi (ut uidi ipse dū res nr̄a loco staret) ꝑpetua sibi domicilia ibi statuere/ Alii plures ditissimi captiua gaza/ac pleni fortunarꝫ domos suas sunt reuersi/Gallorꝫ quóq; qnquaginta amplius aderāt in eo exercitu. His minores quædā machine (quū ad id p̄cipuā operā spopōdissent) regēdę sunt traditę qbus uerius defensoribus q̄ munimētis ipsis noceretur. Aliud maius tormēti genus ad ruinā murorꝫ aduectū nō inuenio/Cōmodior nāq; per scallas oppugnatio urbis apparebat. His hoc mō constitutis/Vnū p̄cipuū omniū restabat/quod ad totius exercitus quietē/ & cōtinuādā tutius obsidionē attinebat/Vt occluderēt scilicet aditus oēs hosti, ne subsidii qcq̄ sperare possent obsessi, & loca singula opplerent armatis/qua maxime ad soluendā obsidionē trāsituros dubitabat regios. Accitū itáq; uetus p̄sidiū illud, & nouū ēt supplemētū octingētorꝫ militū/Eisq. milleni eqtes additi ex copiis præsentibus/tū bipartitū hoc agmē, pars cū Georgio stresio, pars cū Tanusio diuersis locis ad custodiā cæterorꝫ, & excludendū subsidiū oppidanis missi, Breui hæc tpe oia ꝓcurata/ꝑfectáq; fuere/tū traduci ad munia quēq; sua/& ministeria oppugnationis/ac ueros ordiri furores tū barbaris duci opportunū uisum est, Septē nánq; integris diebus ex quo illuc accesserāt nr̄i circa castra muniēda/& cōficiūdas militariter statiōes/quū ibi se crederēt hyberna acturos, occupati/nulla satis re/uel uerbo molesti fuere hosti. Cōcursu itáq; facto ad ducē poscebat ex omni parte pugnā miles. Ille nihil ferro prius q̄ si qua alia posset uia intentandū ratus/distulit eousq. desideria suorꝫ/donec oppidanorꝫ ꝑscrutaret aios/q̄usq; ea ꝑtinacia in tutādis mœnibus essent usuri/Missis igit ꝑ duos ex militibus iisdē deditiōis cōditiōibus, quas populus Sfetigradēsis prius ab Ottomano accepat Barbari posteaq̄ itrepide spretis eius postulatis sanguine emptā urbē/sanguine uendendā/nō uerbis dixerūt/Armatorꝫ itáq; corpora/& caput ipse suū pro eius redimendę præcio offerret/sciturū ꝓfecto/an uelut Dibrēsiiū nup/fides sua ex aquę puteo illo pēderet/Cū nihil nouū uel inexpectatū audisset/ Quippe qui illos ita esse rn̄suros iā p̄uidisset/cōuersus ad ferrum/& cupitum iāpridē militi opus nō iā suasoris/sed ueri hostis animū induit, Manē ꝓ prima luce deductis sub muris copiis p̄ procursu uicos illos/& suburbia, quæ assignata fuerāt Sfetigradēsibus impetit/disiicit/incēdit. Inhabitantiū plures p̄ aspectu nr̄orꝫ/ad ueteres socios/& cōsanguineos cōfugere. Alii passim pallantes sub mœnibus à supimposito p̄sidio ex muris tutabant. Aedificia quóq;/quæ ꝓximiora fuere oppido illęsa mansere/nisi quæ inuenta simul incendiū ex aliis ad alia

Vana petitio i deditionē, & oppugnatio urbis Sfetigradi à Scāderbego

traiectum eodẽ tenore absumpsit/Hic nõ ulterius sęuitũ/qn pauci ex barbaris ibi, sed oẽs fermé ueteres ciues/& Epirotę collocati essent, qui &si iam (ut apparebat) hostiũ induissent aios/segniores tñ nros faciebat pietas/ex pristino/nõ ex præsenti animorꝫ habitu hoies metiẽtes/Moses interea quũ occupatos in tutãdis ab ea pte suburbiis/& extinguendo igne oppidanos uidisset, triũ amplius miliũ lectissimorꝫ militum agmen ad portam maiorẽ traduxerat. Intentusq. operi uineis cõtectos ad claustra perfringenda impellebat armatos/ Regii/ qui satis multi pro ea loci exi/ guitate in custodiis erãt, & adesse ubiq; cõmode poterãt/ocius hincinde accurren/ tes/simul alii supne ingenti ui telorꝫ auertere ab eo opere hostẽ. Alii intus cõgestis lapidibus/& maioribus trabibus oppositis firmauere portas/Ita cũ paucorꝫ iactu/ ra ea transacta est res, nostri nãq; quũ scallas tum casu nõ attulissent/nihil diutius tentarũt in muros, missilibus tñ utrinq;/& sagittis exaturata odia/ac certamen fi/ nitum/dato à Scãderbego receptui signo/licet Moses iã accensus paulatim furore illo dimicãdi ad scallas/& reliqua instrumẽta oppugnatiõis cõuehẽda hortaret' so cios/reuocati tñ sunt oẽs subito interuentu ducis/ & quasi inuiti reducti in castra, Sic accẽsis inuitatisq; eo die utrorũq. animis pusillo pugnæ cõgressu/nulla uel spe/ uel timore dirẽpta pugna/Quod eius diei supfuit Epirẽsis uaria cõsultatiõe distra/ xit/quæ potior esset oppugnãdi rõ/& tutior uia eligẽda/enixe disquirẽs/ Fortissi/ mus/ac inaccessus fermé urbis situs/ualidissimũ ꝑterea tyrãni ꝑsidiũ satis certã pe riculi speciẽ/si temere/& furore quodã ducerent' in muros milites ostẽdebat. Effica ci quóq; nup exẽplo Amurathes similis fortunæ subeundę consilia nrorꝫ tardabat. Illud ꝑ eos dies optimũ factu uisum, ut leuibus prœliis maximo ingenio/fraudéq; alliceretur ad pugnã oppidanus, assuefieretq. spe bene gerẽdæ rei paulatim egredi muros. Ita uel minui tacite robur inclusorꝫ sine multa suorꝫ pnicie/uel ꝑtractis pau latim simulatiõe fugę á custodia portarꝫ barbaris deducto postea magna impres/ sione ex improuiso milite in eo tumultu facile capi urbẽ posse cũ fugiẽtibus/& cõ sternatis simul intrãtibus nostris. Per eã noctẽ igit' summo studio ordinata omnia/ & Mosi trecentorꝫ iuuenũ cohors ad hostẽ lacessendũ data/Zacharias groppa cũ qngẽtis militibus ab una parte in insidiis destinatus/ Scãderbegus ab alia pari nu mero armatorꝫ/qui oẽs noctis occasione usi q̃maximo fieri potuit silentio subrepẽ tes ꝑ montẽ iter anfractus illos/& dumis obsitos saltus iacuere/ ignaris hostiũ ex/ cubiis/Nã ignibus aliis extinctis/aliis abscõditis/& occultatis ab auersa ꝑte castro rum fuerãt egressi/electo insidiis loco/unde minime timebat hostis/ Tẽpus quóq; ipsum iuuit aliquãtisꝑ latere cupiẽtes qñ ꝑ totã noctem grauidus (ut aiũt) imbre aer crassiori nebularum caligine obducta tellure/& tonitruis assiduis oculos simul aurésq; hominũ perstringẽtibus fallere non difficulter custodes poterãt. Dibrensis & ipse nõ expectata certa luce cũ sociis latronis more circũspectãs omnia/tacitéq; approximans muris/ac in oculis ipsis oberrãs sui copiã oppidanis facere/Non idẽ oibus animus/cõsiliũq. in urbe fuit/sed cõtentione cõclamantiũ à pluribus ꝑgre/ diendũ in subiectos esse/Néq; ꝑ summã ignominiã ꝑterlabi eã occasionẽ patiẽdũ/ Nõnullis é cõtra quiescẽdũ uideri potius/néq; temere q̃cq̃ agẽdũ. Variatũq. in ea

re est/prout maiores qbusdã sunt ferocię stimuli/& inani credulitate ductis/ac su/
perficiẽ tm̃,nõ rerꝝ medulã introspiciẽtibus salubria quóq; cõsilia sordẽt/& oĩs eo
ipso erepta in perpetuũ è manibus fortuna uideat/si breuis morulę tẽpamẽto ge/
rendorꝝ rõ cõdiat/Eorꝝ tm̃ (ut apparuit) Sentẽtia ꝑualuit/qui quiescendũ esse de
cernebãt,Nullus eni eorꝝ exitus/nulla eruptio sed telis tm̃ supne petiti nri,portas
egrediendi facultas nulli cõcessa/Nostri nũc cõglobati/nunc dispersi/intẽto & ipsi
arcu in supstãtes hac/illac ꝓcursabãt,ut diutiori incessatione iritarẽt ad eruptionẽ
uiros/ubi nihil satis efficax ad id negocii uidit Moses/& magis iam periculi sibi/q̃
spei dilucere,duobus nãq; militibus amissis/septẽ sagittis fixos uix semineces sub/
traxerat/Dato signo/relictis muris pari indignatiõe/ignominiáq; paulatim ex ho/
stiũ oculis se ꝓripuit.Nihil deinde moratus Scãderbegus/& ipse cũ sociis pudore
quodã in apertũ ꝓdiens mœstissimus est secutus/Ita ii nocturnis pluuiis oẽs plene
obruti/Ille etiã gemẽti milite in castra reductus ridiculũ spectaculũ/& lætã eã diẽ
ꝑbuere hosti/Sed nõ ꝑtulit diutius hãc ignominiã Castriotus ꝓpenso ad uerã op/
pugnationẽ/& apertã fortunã aio/Postridie curatis corporibus/ordinibúsq; distin
ctis/ac suis cuíq; ministeriis assignatis/quarta diei hora.X.armatorꝝ milia sub mu
ris ꝑ impetu deduxit/Cæteri partim ad castrorꝝ custodiã relicti/partim si latitudi/
ne/& uulneribus grauati socii intermittere oppugnationẽ cogerent/ut recentibus
uiribus ꝑsto esse possent/ne interpellaret dimicatio cũ hoste. Moses cũ expedita
iuuenũ manu scallis primus aggressus incruẽtus aliquãdiu euadere tentabat/Non
uana spe urbis potiũdę/Nã Scãderbegus subter cũ magna ui sagittariorꝝ/& scor/
pionariis Italicis auertẽdo à tutela murorꝝ regios liberiorẽ aditũ scandentibus fa/
ciebat/Ita/ut multi iam scallis supatis mœnibus tm̃ fortiter apprẽhensis hærerent,
& pari cupiditate de urbis possessione decertarẽt cũ regiis.Tormẽta quæ diximus
ab alia ꝑte ad munimẽtorꝝ molitionẽ disposita/néq; ipsa sinebãt quiescere oppida/
nos/licet.n.nõ magna ruina eos ictus sequeret/Abradebant tm̃ assidue muri, & in
oculis pugnantiũ decrescebãt,rarescebant paulatim,& custodiæ ipsę/quũ eodẽ te
nore ictuũ/& murorꝝ ꝑstringerent/& armatorꝝ corpora cõtererent.Sed sęuior ab
ea ꝑte mars/& acrior ꝓfecto pugna,qua Zaccharias cũ totius fermẽ robore exer
citus/& nesciis cedere/ac ruẽtibus in ferrũ germanis securibus/& ferreis uectibus
nouiter refecta mœnia demoliebant/Hi scutis sociorꝝ,& iunctis cratibus tecti fo/
diebãt fundamẽta/Hi lapides demolitos expurgãtes in cuniculi speciẽ reducebãt
locũ/Barbari supne nõ usq;adeo ꝓhibere poterãt/ut obstinate nõ cõtinuaret opus/
Nã licet plęriq. ex nostris missilibus de ꝓpugnaculis obruerent,nullo periculi re/
spectu/nullãq; formidine/semꝑ alii in demortuorꝝ locũ succedebãt,& reliquę tur/
mæ sagittis/sclopisq; intẽtis aucupabant undiq; oculis custodias hostiũ/ita ut sine
discrimine obuersari in muris nequirẽt/Distrahebãt itãq; certamen regii/quũ opa
nostrorꝝ ꝑinde riderẽt/Nã ea erat muri latitudo cõfecta à tyrãno,cõgesti præterea
intus ab oppidanis lapidũ/ac terræ aggeres/ut tutus satis ex se locus esset/sine ullo
armatorꝝ auxilio.Zaccharias aliquãdiu in incœpto ꝑstitit,sicubi penetrare muros
posset/sed ubi frustra exhauriri uires suorꝝ, & longi temporis opus esse cognouit.

Ad ſcallas nullo prorſus cõſilio cõuerſus agere/& exhortari cœpit in mœnia mili/tes/Barbari nouũ hoſtis ꝓpoſitũ intẽti ꝓſpectabãt,& adhibita ad idipſum fraude euadere plures ad ſumma mœnia patiebant/Tũ effuſa uelut grãdine telorũ ui/ſaxorũq. mole facili impulſu eos cũ ſcallis ipſis ad ima montis deturbabãt.Breuiſſimo nãnq; ibi ęqui loci ſpacio cincta mœnia erãt/Mox reliquũ montis procliuitas ingens amplectebat,Idẽ fermẽ reliquorũ fuit euentus ab alia parte/qua aggreſſus ſcallarũ applicatione cũ ſociis Moſes nõ ſemel Epirotica ſigna cruentis mœnibus fixerat/Nã uerſi eo aſpectu in rabiẽ oppidani/accitóq; recẽti ꝓſidio ſuorũ/quod in ſubſidiis ſtabat ꝓter oẽm ꝑiculi/mortiſq. reſpectũ/diſiectis ſcallis/ac nr̃is ꝑtim oc/ciſis/partim diſſipatis breui tꝑis momẽto ſupiores effecti ſũt/ita ut afflicti potius, & pené capti/Sic chriſtiano uictoriã extorſerint/ut repẽte mutata oĩs fortuna mutati Dii manifeſte uiderent Scãderbegus acri dolore ꝓculſus ex ea cęde ſuorũ/uulnere ꝓſertim Moſis/quẽ uix telis hoſtiũ ſubtractũ curãdũ in tentoria miſit,retro/cedens aliquãtulũ á muris/& duorũ hincinde militũ parmis tectus/alios ſecũ ad ſagittãdũ in hoſtes furẽter inuitat alios recentes arreptis ſcallis renouare timorẽ oppidanis iubet hortat.Mirabile dictu ferũt quot hoſtiũ ea die ſolus trãſſixerit Scãderbegus.Ita nullus fermẽ iactus manũ eius fefellit/Scallę non difficulter mœni/bus admotę,ſed rarus iã miles ſubire eã ſortẽ periculi audebat/Alius ad aliũ reſpiciebat/néq;(licet ingenti ꝓmiſſione munerũ allicerent à duce) funeſta quẽq; prœmia mouebãt.Ita ſeneſcentẽ paulatim utrinq; pugnã nox ignauis ęque/ac fortibus optata diremit.Tacita per eã noctem caſtra noſtrorũ fuere,utpote quos & heſterna ignominia/& ꝓſens accepta clades ad ſilentiũ inuitaret.Amiſſa nãnq; ducẽta prõptiſſimorũ militũ capita/ꝓngẽti amplius uulnerati,ſed & horũ.XXX.paucis poſt diebus ex eis uulneribus periere.Oppidani(licet & illis plures ſubtracti ea pugna forẽt/ac ingens ſauciorũ numerus gemeret undiq;/tamẽ uelut uictores expulſo hoſte/ac urbe ſeruata multis iocis clamoribúſq; eã noctẽ trãſigeret/ac crebris ignibꝰ ſupata noctis caligine ꝑ propugnacula diſcurrẽtes hilarẽ noctẽ duxere,Ottomanus interea Sfetigradi obſidione audita ęgreferẽs/Quod qñ uix à laboribus reſpiraſſet,& diſſoluiſſet exercitũ,ꝓſertim qd in ipſo ingreſſi hyemis alieniſſimũ bello gerendo tẽpus inſtabat/denuo ad noua arma cogeret,neceſſitate tñ quadã/& pudore uictus,ne ꝑ eã ignominiã opprimi urbes ſuas ab hoſte pateret/increbreſcentibus indies magis magíſq; nunciis de Scãderbegi ꝑtinacia,ꝓpoſito nouo edicto/redintegrare priorẽ apparatũ ſtatuit,& miſſis ꝑ ſingula loca purpuratis adiuuare rem feſtinatione/ ſi quo poterat intentius procurauit, uulgata prius fama de ſuo ipſius reditu in Epirũ. Ex cõpoſito forſan/ut uim maiorẽ adderet negocio,& noſtros eo timore ꝓculſos facilius ab urbe oppugnãda auerteret. Vix enĩ ſimile uero crediderim tyrãnũ ultima ꝓſertim confectũ ſenectute brumali intẽpie eã ꝓuinciã fuiſſe ſubiturũ/ꝓcipue quũ néq; tãti res momẽti eſſet,ut uel ſi qd durius accideret lęſura ĩmodice dignitatẽ impii uideret,uel ſatis cõmode ꝑ alios nõ poſſent expediri.Caſtriotus nihil ex illa cęde ſuorũ/& iniqtate fortunę mutatus aio,oẽm operã/ſtudiũ omne/ingeniumq. in aſſidua uexatiõe oppidi cõſumebat.Nunc noctu/nũc

Frequẽs Sfetigradẽſiũ in feſtario à Caſtrioto ꝓꝑ famam reditus Amurathis ĩ Epirũ. Cauiloſa ĩpetratio induciarũ ab oppidãis/ac irita eorũ oppugnatio, ꝑ Scãderbegũ tentata.

intefdiu/deducẽs ſub muris agmina ſuorꝫ/ & ignibus ꝑ ſublime inter hoſtes rota/ tis conſternare aliq̃ tumultu urbẽ conabat̃. Nunc raro milite miſſo legere corpora occiſorꝫ/& trahere in caſtra adhibita fraude iubebat/ſi quo pacto inuitare ad eru/ ptionẽ oppidanos poſſet. His inaniter omnibus tentatis/néq; uel modice rei fructu ullo tã uarias artes/& aſtus ducis ſecuto/Finẽ imponere obſidioni/unice prius pu/ gnæ tẽptata fortuna decreuit, quoquomõ res caderet/ꝑſertim q; ꝑteritæ oppugna tionis euentũ/ tũ uulnus ipm Moſis/ tũ noctis interuẽtus uelut excuſare uidebat̃, & melioris ſpem fortunę ſollicitis animis/ac ſingula ex ꝓprio deſiderio interpretã tibus ſuggerere. Poſtridie igit̃ eius diei orto iã ſole ſub prçconis uoce per uniuerſa caſtra præter ipſam urbis direptionẽ ingentia prœmia uictoribus publice/priua/ tímq; ꝓpoſuit/augẽs uerbis rem q̃maxime poterat/ Dolenſq. inſup Epirotici nois ignominiã/q; tot ꝑclari duces/militéſq; tantis ſpectati prœliis ab ignobili ſeruorũ manu ſeneſcere tãdiu ſub fœde amiſſis mœnibus fœdius cogeret̃. Quouſq. tandẽ id dedecoris paſſuros/ ut ĩ ſua ꝓuincia inter tot proprias urbes/oppida/populóſq; id ꝑſidiũ tỹrãni nudis tm̃ mœnibus clauſum/& reliqua ſpe omni deſtitutũ in ocu/ lis diutius habeãt? Quid nõ turpiter cõmiſſuris in alienis locis/& longinqs regio/ nibus/quare eũ hoſtem prę foribus ſtantẽ/& in uiſceribus ipſis hęrentẽ tollere ne/ queãt? His dictis/& ſuo examini exacerbatis/Partitis dehinc copiis/ac ſexcẽtis cir/ citer militibus ad caſtrorꝫ cuſtodiã relictis/ urbem ab omni parte/qua acceſſibilis mons fuit, Corona cinxit/Primũ telis utrinq; laceſſiti animi/ac inuitati ad ſangui/ nẽ, Deinde ubi ſatis eo mõ utrinq; uelitatũ eſt/& excãduit ira prõptiſſimus quiſq; arreptis ſcallis propius aggredi hoſtẽ parat/Semel atq; iterꝫ nequicq̃ tentata re ab oppidanis ſunt reiecti/néq; admoueri potuere ſcallę muris/Sed uictus deniq; pti/ nacia noſtrorꝫ barbarus quũ uelut famelici leones nõ retiũ/ nõ fraudis alicuius hu manę memores ad ouile diripiẽdũ in ferrũ teláq; ruerent, paulatim & tanto furori ceſſit/& deficientibus uiribus/teliſq; ad propugnandũ, retractus aliquantulũ intra muniměta ſatis opportunus iniuriæ muros reliqt. Epirenſis (qd nõ timor inſidiarꝫ pót) qui pauloante ad cruentiſſimũ martẽ ferrũ uiſum/ mortẽq. ipſam præoculis oberrantẽ tanto feruore/rabiéq;/ac nullo reſpectu ꝑiculi tendebãt/Vbi frigeſcere ſenſim hoſtiũ ictus/& mœnia pauliſp deſeri cõſpexere, Fraudẽ uerentes/& ex cõ/ poſito latitare grãdi aliqua molitione inſidiarꝫ credẽtes, ſegnius ad oĩa diſcurrũt/ & undiq; ſolliciti circũſpectantes iã iã obrui certo pauore expectabãt, Ita barba/ ris reſpirãdi copia, & quæ in rẽ erãt/procurãdi ſatis tẽporis fuit/Accurrentéſq; ex omni parte ſocii/multa ui telorꝫ cõuecta reſtituere eis ſimul cũ animis fortunã ſũt uiſi/Multi in eo cõcurſu hincinde cecidere/plures tm̃ ex noſtris, & lõge plures etiã cecidiſſent//ni propere Zaccharias ab alia oppidi parte nõ procul admotis ſcallis interrupta ea uictoria/hoſtiũ plurimos auocaſſet/Caſtriotus cũ agmine ſuorꝫ mo do propius ipſe terrebat oppidanos/modo opera militũ & munia cuiuſq; obeũdo agebat, nũc prece/nunc increpatiõe in muros homines ſagittariorꝫ turmæ/ quæ in coronę modũ circũ mœnia locatę fuerãt/nunq̃ aſſignatũ ſemel locũ relinquebant, ſed errãtes in muris cuſtodias certis iactibus uulnerabãt. Inualeſcẽte ſemꝑ prœlio/

& incrudeſcente marte, Oppidani ubi rareſcere ſuorꝫ multitudinẽ uel numerum, & ꝓtinaciã noſtrorꝫ pluſq̃ hominũ cõſpexere, timẽtes eius diei fortunã/& ꝓtrahere rẽ cupiẽtes/Excogitata mox fraude ſublatis ex munimẽtis ſignis tyrãni / clamare à mœnibus ſunt auditi/tantillũ ceſſationẽ ab armis petẽtes/donec alloqui Scãderbegũ licuiſſet, Nihil negatũ a noſtris iuſſu ducis/ſed extẽplo omni belli furore inhibito dicẽdi copia facta barbaris, Tũ ſenior qdã ex eis/Gratias agẽs primũ impatori, militibuſq̃/ Quod tã liberaliter hoſtibus in deponẽdis ex uolũtate eorꝫ armis eſſent obſecuti, illud tũc ſe tm̃ ex ſociorꝫ cõſenſu eius diei ceſſationẽ expoſcere dixit à pugna, ut ad quã iã ſine uariatiõe oium inclinauerãt animi/De deditiõis formula ſententiã cõſultãdi id ſaltẽ ſibi tpis eſſet, Ituros poſtea craſtina luce ad eũ in caſtra nuncios cũ cõditionibus qbuſdã, quas ſibi ipſi impoſuiſſent, ſi ratas eſſet habiturus maximã ſe rẽ/néq; tm̃ inexpectatã à tanta clemẽtia laturos, q̃ ſi ingratę illi forẽt nõ recuſare qcqd ipſe ſtatuiſſet, néq; iudicio ſe eius ſubtrahere, ſperaréq; oia cũ ipſo ex utrorumq̃. cõmodo acturos, Haud ita facilis iis poſtulatis hoſtiũ p̃ Epirẽſis fuit/ſed (ut ipſo poſtea patuit expimẽto) fraudulẽter ꝓ eiuſcemodi ludificationes differre eius diei fortunã illos ratus ad aliqd, quod ex re ſua eſſet ꝓcurãdũ uel expectandũ auxiliũ à tyrãno, Exponere tũc quæ uellent/ocyus iuſſit/aut codẽ tenore belli ſe iure eſſe acturũ, Imptinentia eſſe inquiẽs tã longa cõſilia p̃ſenti neceſſitati/Victus tm̃ longis hoſtiũ blãdiciis/tũ adhortationibus ſuorꝫ. haud grauate ceſſit, p̃ſertim/q̃ nullã ſatis certã ſpem potiũdę ꝓ uim urbis eripi ea dilatiõe è manibus ſibi uidebat, Retroacta igit̃ undiq; ſigna, & inſtrumẽta oppugnatiõis/ac reductę in caſtra copiæ, totũq̃. id diei cũ nocte ſequẽti profundo ſilentio trãſactum, Poſtridie mane quattuor ex barbaris notæ fraudis uiri ad id muneris electi / miſſi ad tentoria cũ exqſitiſſimis donis cõceſſerũt, Cõditiones eius generis ꝓponi iuſſę quas uictus quiſq̃/ne dũ uictor ſpreuiſſet, & cõpoſito oia fieri, ut ita ꝓtraheret̃ tempus/dũ his abiectis/aliæ deinceps/aliæq̃. inſinuarentur, & res in longũ deduceret̃, Hæc aũt fuere petita, uidelicet, ut prioribus ciuibus receptis ĩ urbe/iura ciuitatis/ędificia/agriq̃ ęquo iure inter ſe/& illos diuiderent̃, Atq̃. ita data ſimul & retenta urbe, auſpicia eius exploſo penitus Ottomano noie ſecuturos in fidéq; ꝓpetua mãſuros fore/Prętera Pręfecti noie. X. milia aſprorꝫ petita/Riſu ſolo reſpõſum à noſtris, & ad arma ſubito ingẽti undiq; indignatiõe cõclamatũ, atq̃. ita ꝓ ſummã cõtumeliã cũ fallacibus donis fallax legatio dimiſſa, Non ceſſauere ideo Babari/qn eoſdẽ extẽplo ſupplices mitterent, uoluntatẽ ducis ſciſcitaturos, & ad eius arbitriũ oia relaturos/Tanta cõmutatio aiorꝫ, & hoſtilis fidei ſuſpecta/ liberalitas/q̃q̃ illius animũ ad nihil temere credẽdũ ꝓpenſiorẽ facerẽt/Nõ cõtẽnenda tm̃ omnino illorꝫ dicta uiſa ſunt Caſtrioto/proinde cõuerſus ad homines/De priſtinis cõditionibus, quas antea integris rebus eorꝫ/illęſóq; exercitu ſuo ꝓpoſuiſſet obſeſſis nihil ſe ĩmutare dixit/Minime graues ſibi uideri debere, quas Sfetigradenſibus ipſi tã ęquas cenſuiſſent/Satis hoc illis cõceſſum exiſtimare, quod ſi approbent/placere/ut ſine ulteriori clade urbs reſtituat̃/ Sin eiuſmodi ambagibus tẽpus protrahere uellent, & in ꝓtinacia ꝓſiſtere expectarẽt q̃ꝓrimũ oẽm belli ſæuitiã/illud fixũ/deſtinatũq̃.

ſingulis eſſe/ut obſidioni finẽ res nulla ꝑterq̃ mors omniũ ſit impoſitura/Dũ eunt/ac redeũt/ſimulant/diſſimulãtq. barbari. Triduũ in eis cõſultationibus eſt cõſumptũ/Cœpítq; tandẽ dilucere q d'erat/quare hinc detectę oppidanorꝫ fraudes/& cognita ſatis mẽdacia/inde aduolantes iã de motu hoſtiũ, & Amurathis aduẽtu nuncii creduli eouſq. ducis animũ ingenti moleſtia replerũt/Deſerere oppugnationẽ/recẽs cõtumelia/cõtinuare nouus pauor iniectus à tergo/& maiorꝫ omniũ rerꝫ momenta nõ ſinebãt/Cõmoratus eſt tñ paucis diebus/donec certiora indicia apparatus nunciati eluceſcerẽt/Sed uelut ꝓhibentibus fatis tanta aquarꝫ uis è cœlo delapſa/ꝑ totos eos dies/ut nõ ſolũ progrediendi ad mœnia/ſed ne pedẽ qdẽ mouẽdi è caſtris facultas militi ſit conceſſa/Ceſſantibus pluuiis Epirenſis decreto die ſubſequenti oppugnationi urbis/expedire oia/& apparare maximo cõſilio iubet/Ipſeq. per eã noctẽ inſomnis/nunc publicę q̃dã/& priuatim pagẽdo munia nunc uerbis nihilo ſegnioribus hoies animãdo diſcurrebat identidẽ clamitãs/uel tota Epiro cedendũ hoſti/uel niſi capta urbe in caſtra nõ redeundũ/deformatũ uideri imperiũ/minus tuta oia/ſi hoſtis ibi diutius alat, Et (ut minima eſſet eius dedecoris/periculiq; rõ) quouſq. tandẽ recentes cõtumelias, & deriſiones hoſtiũ paſſuros? Ita paulatim ꝑ eas cõſultationes/ꝓcurationéſq; cõſumpta nocte dies inſtabat/Priuſq̃ igit certa patuiſſet lux tractis undiq; copiis Albanus ſub mœnibus conuolauit/difficilius irrepſit miles/ & infirmiora ubiq; ueſtigia uirorꝫ ꝓꝑ humefactã tot imbribus tellurẽ/inſtrumẽta/ſcalleq. dentibus (ut aiũt) tractę, Sed iritati iãpridẽ uiri/pleni irarꝫ/ac furoris/néq; difficultatẽ/néq; laborẽ ſentire poterant/Oppidani haud tale quippiã timẽtes/rariores primũ circa munimenta/& negligẽtiores ad oia inuenti/Cęterꝫ ſummo ſtudio oibus ſtatim cõparatis/& crebri accurrentes cuſtodiis auctis ad propellendũ hoſtẽ ſatis uiriũ habuere/Minor inde noſtrorꝫ ferocia uiſa/ & inſpectũ propius ferrũ/uultuſq. hoſtiũ agere cõſilio quędã/non oia animo/& furore ſuadebãt. Circũſpectantes itáq; ſolliciti ſuꝑſtantiũ ictus altera manu hẽre/nõ inania famę mẽdacia ſecutũ/Ita rumor alius ex alio ſumptis uiribus uix dum cœptũ hoſtilẽ apparatũ oculis fermę ipſis hominũ ſubiecerat, & tyrãnũ adhuc Adrianopoli morantẽ apud credulos tanto timore aios trãſuexerat quaſi in Epirꝫ/inuictiſſimo aio hæc duci audita/ Parere tñ neceſſitati coactus/confuſis oibus/interruptíſq. receptui cecinit. Tertia inſtabat diei hora/quũ pranſis militibus tollere tentoria/& uaſa colligere iuſſit/Valla/cęteráq; munimenta caſtrorꝫ diſiecta atq; igne immiſſo ſuccenſa/non abſtinuiſſent uulgi odia ab arboribus/cæteríſq; fructiferis in campis deuaſtãdis, ni Scãderbegus inſanã ſęuitiã cohibuiſſet/ inquiẽs nõ defuturũ forſan olim tempus/quũ melioribus diis recuꝑari urbs poſſet, & ad priſtinũ ſtatũ redigires/Itáq; nullo quaſi hoſtili ſigno relicto ſilenti maxime agmine ꝓfectus recto itinere Croiã petiit/Fama eſt, Caſtriotũ qngẽtos ãplius milites ſub Sfetigrado amiſiſſe/& hæc propior uero mihi ſnia uidet/ Nã nõ deſunt, qui uix. LX. hominũ iactura abſceſſiſſe ab ea obſidione aſſerãt/Quod abeſt multũ à rõne/ni magis penetrabilia hoſtiũ/q̃ noſtrorꝫ corpora dixerimus (ut delirãt poetę) Quũ priori oppugnatiõe nup tot turcarꝫ milia cęſa oẽs fateant. Septimo klẽ. nouẽbres/Is dies erat/

quũ obsidiõe omissa Croiã reuectus exercitus est/Ibi nõ momẽto fermẽ tpis quieti dato/duces/ordinesq.(ut operępretiũ erat) & poscere nunciatę res uidebant/partiti/Croiáqꝫ inutili omni ætate/sexúqꝫ expurgata/duo paulominus hominũ milia p̃sidio eius imposita Epirotæ/Itali/Germani/Illyrii/Gallíqꝫ pmixtim/Cõcordibus tamẽ supra/q̃ dici possit/iuncti animis/ut euẽtus postea ipse/& ingẽs seruatę urbis triũphus ostendit/Vranaconti (ut cõsueuerat) summa reꝫ omniũ in ciuitate/atqꝫ impii ius miro omniũ cõsensu datũ/Vix alter ex uniuerso exercitu/uel ad id muneris aptior/uel animis militũ acceptior eligi poterat/Ita quũ maximi inter pericula cõsilii erat/tũ parere/atqꝫ impare iuxta paratus/laudẽq. potius cõferre in mediũ solitus/q̃ ex cõmuni ad se trahere / Generis p̃terea nobilitas ipsa/tũ res p oẽm ætatẽ gestę/ac grauitas oris/annorũq./magis honorabilẽ uulgo faciebãt/Qui si qd laboris/uigiliarumq. impendi posset/certantẽ se amissurũ promisit,ut tanto totius exercitus cõsensu opinionẽ de se cõceptã cõstantẽ efficiat/Stelusio/Petręalbę/atqꝫ cæteris locis opportunis/alia deinceps p̃sidia/ducésqꝫ missi/& undiqꝫ ingẽs oppida noꝫ multitudo ad frumẽtandũ/& annonã cõuehẽdã destinata/Sed qa pp assidua belli incõmoda/& occupatiões armoꝫ neglecta uelut eo ãno cultura agroꝫ fuerat à Scãderbeganis/Vix triũ mensiũ alimẽta colligi inde potuere/Aduectũ tñ occulte ferũt à colonis/& mercatoribus Venetis,Nã ictũ fœdus p eos ãnos à pribus cũ Ottomano fuerat.Ego uero adiutũ semper pecunia Scãderbegũ ipsa uolũtate senatus cõpio.Et ip̃m fermẽ quoaduixit/Venetis auspiciis militasse/gloriãq. belloꝫ/& triũphos oẽs ad eã rẽpubl. retulisse, Néqꝫ imerito me eqdẽ qñ & ciuitate ab eis donatũ,& impii fastibus ĩ ea ꝓuincia decoratũ satis recẽtibus monumẽtis cõstet/ut quarto enarrauimus libro/Quãobrẽ hoc loco/in quã prius ipse admirationẽ incidi/plurimos fore dubito casuros unde hęc Venetis pax cũ Ottomano Scãderbego excluso/quũ socialia prius sibi fœdera/& tot amicitiæ iura cũ eo forẽt. Sed qs tã prudẽtissimoꝫ principũ cõsilia nõ auserit intrepide cõiectare/Nihil cupide/nihil perperã ab eis fieri potuit.Simulabãt/dissimulabãtq. necessitati parẽtes/& quũ reliq nois xp̃iani/tũ græcię p̃cipuę seruãdę studio,quã ita in se ipsam ruere cernebant,ut sustentari iã nulla ui humana/nullis armis posset/id effecisse uident,Vnũ illud(quod ad rẽ attinet) affirmare ipse audacter singulis possum/Castriotũ nũq̃ uel de fide Veneta cõquestũ/uel impii eoꝫ penituisse.Cõportato hicinde frumẽto/Croię horrea oia/ac publica armaria cõpleta facta cõputatione/ut integri anni alimẽta satis cõmode parata essent militi,Tormenta iuxta/ac oĩs generis tela aucta/ampliatáqꝫ/custodiaꝫ maior pars scloppis/scorpionibusq. instructa.Machinaꝫ cura à Gallis nõ trãslata/his semp tã pacis/q̃ belli tpe qnqꝫ aurei mẽstrua stipẽdia singulis à Scãderbego statuta/Croiensiũ rebus firmatis/reliquũ quod supfuerat cõmeatũ exportari p cętera oppida/& partiri iussit/Ipse priusq̃ ad noui militis cõquisitionẽ,quẽ de more secũ ad lacessenda interdũ hostiũ castra hẽret/se conuertisset/cũ Mose/& paucis eqtibus ad copias iãpridẽ ꝓuinciæ præsidio relictas ire prexit cã inuisendi cũcta/& decernendi spectatores ad rimãda cõsilia Ottomani/& Examusim singula disquirẽda/non frigus/nõ glacies/nõ operta niue tellus solertissimi

ducis ardorē tardabat/ Non magnitudo expensorꝫ terrebat/ nō itinerꝫ labores/dū lętior semp munia obiret/subiretq. oia/modo hanc/modo illā urbē inuisens/modo pastorali amictus sagulo sub mœnibus Sfetigradi pagrās/ & ueteris stratagematis nō imemor locato in insidiis milite/obseruans/si ui extorquere,aut dolo surripe Ottomano urbē(ut olim fecerat) posset/quare uix respirare unq oppidāi poterāt/ sed uelut obsessi pedē extra mœnia nō mouētes/de assuetis diurnis,nocturnisq. custodiis nihil intermittebat/Interim reuersi exploratores supsessum ī delectu hñdo nūciarūt/dilatāq. irā armorꝫ á tyrāno/ac bellū Epiroticū omne in uernū tēpus reiectū, Vt primū.n.audiuit Amurathes Sfetigradi obsidionē solutā,nō inuitus p eos dies tanto nup ardore cœptū apparatū,paulisp remisit,Edicto mutato/ac publica iussione nouo interposito decreto,ut Idibus martiis oēs ordines/ducésq; ad id designati Adrianopolim cōuenirēt/Occultare pfectionē suā in Epirꝫ/& Croię obsidionē subticere maiorē ī modū cupiebat,Sed adeo ueris indiciis patebat res/ut singli eo bello Scāderbegū sibi hostē certissimis anis destinassent.Respirauere aliqtulū, & cogitationes nrorꝫ tyrāni ppposito audito psidiūq. ibi mox dimidiatū/ac uix duo hominū milia relicta ad regiōis limites,q cōstructis militariter statiōibus hyemalē intēperiē ut poterāt exclusere,cęteri domos remissi,Scāderbegus Croiā cū Mose/ & qbusdā suorꝫ reuersus aliquot dies ibi māsit/ donec muniměta qdā urbi augeri, & firmari muros tyrānā uersus longa peresos uetustate pcurasset,Tū impatienssimus(ut semp erat)ocii,nunc ad regulos uicinos/& principes cōsanguineos/nunc ad psides Venetorꝫ gregali habitu cū decē ad summū equitibus cōuolās/iminentis molē belli admonēdo simul,& animādo hoies singulorꝫ animis inculcabat,sed maiorē fermé ptē eius hyemis sub pellibus cū psidio illo ī Macedonię uestibulis trāsegit,Sfetigradēses uix pro portis errātes uisi/Sollicitos nāq; supraq dici possit faciebat/& augebat timorē uiris ipsa hostiliū castrorꝫ ppiqtas/Quū pauloplus.cxx. stadiis nrorꝫ statiua inde abessent. Exactis ita hyemis incōmodis inquietiora lōge oia/& publicos simul/ac priuatos labores/malaq. exoriēs uer aduexit/ Nō nox/nō dies ullus sine nūciis/litterísq; Castrioto pręteriit/Hinc trāsfugę indies cōfluentes/ inde nō obliti ueteris necessitudinis/barbari qdā nō obscuris indiciis cōsilia tyrāni insinuātes duci,& solertiā eius ī oibus agēdis magis acuebāt,& cęteris pro cuiusq. ingenio tū pauorē/tū ardorē excitabāt/Sed qa urbibus iāpridē affatim puisum/ néq; reuocatū qcq fuerat,modica restabat cæterorꝫ cura solū ut spēs aliqua exercitus cōficeret ad urgēdos/quū res ferret/nūc mōtanis/nūc cāpestribus locis hostes, & disturbādā,ut totiens fœliciter Sfetigradensi obsidiōe fuerat tentatū croiensem olim oppugnationē/Moses tūc tantū ex primoribus/Tanusius/& Stresius aderāt Scāderbego/Nā cęteri aliis necessitatibus addicti/ diuisiq. p oppida fuerant/ Hos celeriter hincinde ad militū cōquisitionē dimisit/sed qa exhausta uelut robore uirorꝫ puincia erat,& ois fermé flos iuuētutis p ciuitates/ & alia loca trāmissus/plurimi dies in eo apparatu abiere/Hinc ferunt Scāderbegū (ut maioribus ubiq; psidiis firmaret puinciā) plures eo bello subditos Venetorꝫ/& ex pxima dalmatia aliquos stipendiis suis conductos habuisse/Noui & ipse multos ciues meos/qui uariis

Amurathes audita solutiōe obsidionis Sfetigradi,Et Scanderbegi discessu/aduentū suū ī Epirum differt.

tēporibus illius auſpiciis meruerūt, & uel eo ſolo noīe ingētia famę decora ad po/
ſteros tulere/Ottomanus interea cōgregata ad præſtitutū tēpus maiori ꝑte copiarꝫ
(nā & multa adhuc milia deerāt ad cōficiūdā ueteris exercitus formā) ꝓut quoſq.
uel longinquitas locorꝫ/uel uiarꝫ incōmoda tardauerāt/dū integer apparatus cōple
retur/in cęteris/quæ ad rē tantā neceſſaria uidebant/ꝑcurādis/id tꝑis impendit in
cōmeatu ꝑſertim cōuehendo, licet maior pars militū priuatim multorꝫ dierꝫ ciba/
ria ferre iuſſi/quū ſatis crederetur hoſtē ad id/q; nihil triticęq; meſſis in cāpis eſſet
relicturus/pabulū quóq;/ac herbā ipſam attriturū corrupturūq./q̄primū eorꝫ ad/
uentū cognouiſſet/Inſtrumēta ad oppugnationē pené infinita uarii generis prępa
rata, inter hęc multa ruſtica ferramēta uectiūq. ferreorꝫ ingēs numerus/ſimul & la
minæ q̄dā ferreę incuruę ad cuniculos (ut poſtea patuit) excauādos/Nā inſidiari
eo rōnis modo ſatis cōmode poſſe inexpugnabili alioqn urbi/perſuaſum fuerat tỷ
rāno/Machinę quóq; minores, quæ uehi iumētis potuere/multę cōparatę/ad tor/
mēta maiora cōflanda rude ęs ſumptū, Omnibus ſatis cōparatis/& copiis iā certo
numero ꝑfectis/CLX. pugnatorꝫ milia fuiſſe oēs cōueniunt/ꝑter inſtitores/opera/
rios/ac oīs generis artifices/fabróſq;/Qui tū publico regis ſtipēdio/tū priuatim lu
cri cupiditate ea caſtra ſecuti dicunt/quū longiorē Croiæ obſidionē fore, & morā
in Epiro oēs crederēt futurā ꝑtenſiorē, Nā qm̄ de urbis munimētis inexpugnabi/
liq; illius ſitu uulgo plura iactabant. Statuerat Amurathes niſi capta ea Adriano/
polim nō reuerſurū. Nonę apriles erant, quū paratis cunctis ad ꝑfectionē/Anteſi/
gnani ꝑcurſores non minus uſitato/ſed nō ſic latino uocabulo dicimus. Cū Sebalia
Zeureneſio perito militiæ uiro in Macedoniā miſſi/qua tēpeſtate Caſtriotus cōfe
cto ex animi ſnia milite/ac cuſtodiis ꝑ ſaltus oēs/atq. iuga montiū diſpoſitis/reuo/
cato inſuꝑ ꝑſidio à finibus hoſtiū/ſimúlq; unitis ordinibus, Octona aūt ſolūmodo
hominū milia fuiſſe cōpio. Duo peditū/reliqua equitū/nunc hac/nūc illac ꝑcurās/
pariter & pluſtrās oīa oberrabat/Maiorē armatorꝫ numerꝫ ea obſidiōe Caſtriotū
nō habuiſſe ſinguli atteſtant/uel ꝓꝑ penuriā militis (ut nuꝑ dictū eſt) quū diſpen
ſari tot locis ꝑſidia oportuerit, uel forte (ut mea fert opinio) ludificādi paulatim ho
ſtis melior rō uiſa, ac ſeruādarꝫ uirtiū ad alias neceſſitates/& uarios euētus fortunę/
quū in uiſceribus ipſis, & umbilico prouinciæ gereret bellum, cōtentióq; de totius
impii, & omni rerꝫ ſumma agi uideret, Triduo tamē anteq̄ irrupiſſent in ꝓuinciā
barbari Epirēſis perequitās agros, & cāpos oēs qcqd ſat alicubi fuit, imiſſo partim
milite cōtriuit, partim ferro/igníq; corrupit/Deinde crebris nunciis de ꝓpinqtate
hoſtis admonitus cū oībus copiis cāpeſtribus locis relictis, in mōtē Tumeniſto no
men eſt, quattuor milibus paſſuū ꝑcul à Croia ſe recepit, capturus ex tꝑis, & rerꝫ
rōne cōſilium/Equitatus itáq; tyrāni nullo inuēto obſtaculo ingreſſus prouinciā in
agrū Croienſem nullo negocio integer illatus eſt, Ibíq; ſingulis circū urbē diligen/
ter inſpectis, qua tutius caſtrametari poſſet, & cōmodior eſſet futura oppugnatio
murorꝫ in tyrānā ipſe copiis expoſitis tentoria fixit. Planicies eſt ſatis ampla/aſpe
ctúq; pulcherrima, Ad meſſem tamē q̄ ad reliquā frugem aptior/interiacens inter
ipſam urbē Croiæ, & oppidū parthinorꝫ, Cęterꝫ hoc in loco plura ſané me admo/

Att. appara/tū & aduētū Ottomani ī Epirū/nume rum copiarꝫ/& militū eiꝰ.

Prouiſionē Epirēſis in re gnum ſuū in aduentū tỷ/ranni.

Locꝰ quo pri mū Barbari in Epirū ca/ſtra poſuerit/& nomē ꝑfe cti/q primus Croiam obſi diōe cinxit.

Deſcriptō tỷ rānę/& oppi di Parthino/rum, qd nūc Prçſā uulgo appellant.

nere uidétur/ut aliqd de eius oppidi primordiis/ueterique fortuna in mediũ afferã/ Illud uero ꝑcipue/quod & scriptorꝫ monumẽtis celebratũ nõ ignotũ latitat poste ritati, Ante enĩ ciuilia Cęsaris & Pompei bella fuisse satis honesto numero in ꝓuin cia id oppidũ/licet aĩaduertere & ruina adhuc ipsa/ac singularꝫ rerꝫ uestigia prisci status decorẽ/ac ueterẽ nobilitatẽ loci nõ obscure repñtare ualẽt/Expugnatũ nãq;/ & dirutũ à Cęsare ferũt/quũ Põpeiũ atq. Senatũ Romanũ in urbe Dyrrhachina obsedisset/Iacuit aũt semp ĩ ea ruina/néq; restituti ulla deinde ętate aliq̃ dilucerẽt indicia, nisi quæ priuata incolentiũ studia ad uarias necessitates succedẽtibus ani mis renouarũt/Nomẽ aliud loco néq; inditũ/néq; usurpatũ cõperio/ęque nec ullũ certũ cõditorẽ affert in mediũ uetustas/sed nõ temere ad eosdẽ & cõdendi originẽ trãstulerimus/id quod tũ nomen iꝑm suadet/tũ attestant̃ antiqui/dũ nõ inter igno biles populos Epiri/Parthinorꝫ gẽtẽ cernimus annumerati/Prę̃sam nũc incole mu tato uocabulo appellant/tã intus reliquię ipse murorꝫ/q̃ extra suburbia/& loci oẽs in numero habitatorꝫ/tenent̃, Ita amœnitate ꝑcipua/& rerꝫ oium cõmodis gaudet locus/Bellicosissima ea gẽs hodie inter cęteros Epirotici generis populos cõputat̃/ Tamẽ tũc ꝓꝑ famã hostilis aduẽtus ætas omnis cũ suppellectili in tutiora oppida trãslata/nudáq; fermé tellus relicta, Locato cõmode milite Sebalias/ac oibus ma ximo cõsilio ad q̃tãcũq. uim hostis cõtẽnendã ordinatis/obseruabat tm̃ oppidanos intercluso aditu portarꝫ/ne qd ꝑsidii/cõmeatusué afferretur in urbẽ/In cæteris uix aliqd̃ signũ hostiũ apparebat, Hoc aũt iccirco (ut arbitror) qm̃ néq; lacessendi ad pugnã inclusos/uel admouẽdi mœnibus agmina suorꝫ illi sanũ cõsiliũ uisum, quũ ꝑter hastas/gladiósq; nullũ reliquũ armorꝫ genus aptũ ad oppugnationẽ secũ attu lissent/neq. deuastãdi agri, & ꝓcursandi prouinciã edoctũ satis aliorꝫ tũ ueteribus/ tũ nouis casibus ulla animũ libido incessit/Quũ & tyrãnus ꝑsertim eadẽ ipsa ꝓfi/ ciscenti iussisset/ꝓhibuissetq., ne sũma urgeret necessitas ullã usq̃ copiã dimicãdi dari hosti/haud absimilis qdem rõ nrorꝫ quóq; animos auertit à pugna, & differre omnia auspicia belli in aduentũ iꝑm regis coegit/ Nã quũ Scãderbegus cũ parte militũ ad explorãda cõsilia barbari, & cõtẽplanda statiua ꝓexisset (Vt) si occisio alicũde daret̃ impetũ in ea faceret/uidẽs tũ copiarꝫ magnitudinẽ (q̃draginta nãq; milia ut anno priore uenerãt) Tũ mirã ducis prudẽtiã in castris situãdis, reliquisq. agẽdis re nulla penitus tentata, quũ ẽt aduẽtũ iꝑm tyrãni formidaret à tergo/quo maximo potuit silẽtio in statiões se recepit suas/Moraturus ibi/donec Amurathes ipse oẽm explicauisset apparatũ: & cõsedisset sub muris/tũ dispersa late tentoria, & inordinatã (ut fit) multitudinẽ cõmodius impeti posse/& quottidiana irruptiõe hostes lacesciri, ꝑsertim quũ oppugnatiõe urbis incæpta totius fermé robur exer citus diuersis ministeriis occupatũ magis opportuna iniuriæ ꝓpria munimẽta re liquisset/Inter eas deliberatiões/ & salubria nrorꝫ cõsilia aduentare iã indies regiæ copiæ cœperũt/& oppleri circũquaq. armatis oia/Tyrãnus cũ nobilissimis qbusq. & robore uirorꝫ ꝑmissas copias in exitu ipso Aprilis est consecutus/Inter ꝑcursorꝫ/ & Ottomani aduẽtũ .XX. paulominus dies intercessere/Sed nõ debet id quẽpiã mouere, Nam tũ ꝓꝑ uaria exercitus onera/ & impedimẽta militaria/tũ ob ipsam

Att. Aduẽtũ Ottomãi pri cipis ĩ Epirꝫ/ & situationẽ castrorꝫ eius/ Magnanimi tatẽ Epirota rum.

principis iã ſeneſcentis cõmoditatẽ/uix quina milia ſingulis diebus fuere cõfecta/ Expoſitis ordinibus barbari/ac in coronę modũ circũdata urbe locũ oẽm/cãpóſqꝫ muris ſubiacentes tentoriis operuerunt/ Multi qnquaginta ſtadiis amplius ꝓcul à mœnibus cõſedere/dum tanta multitudo locari aliter non poſſet. Potuit id ſpecta/ culũ fortiſſimi cuiúſqꝫ uel imperatoris/uel militis animũ mouere/ & nõ irrationa/ bilis me equidẽ formido proprii ꝑiculi contẽplatione oblata patrię, penatũ deoꝝ/ fidei/& honeſti totius rationẽ à cuiuſuis pectore externa re potuiſſet/Erecto tamẽ ſupra hominẽ ſpiritu oppidanus nihil tã formidoloſa ſpectaculi pompa de ueteri cogitationis mutatus/uel maior etiã inde ꝑtinaciæ fideiqꝫ cõſtantiã ad conceptum iãpridẽ decus, & libertatẽ tuendã ſuſcepit, metiens gloriæ ſuę magnitudinẽ/& fu/ turi ſpeciẽ triũphi ex ipſa periculi uaſtitate cõpenſans/Quare ingẽti lętitia, & cõ/ tentionẽ quadã effuſi ꝑ mœnia milites alter alterius in peragẽdis omnibus/ & ap/ parãdis ad pugnã nõ ita ſedulã operã carpebãt per noctemq. ignibus accenſis cla/ moribus/cantúqꝫ uario cõtemptũ hoſtis oſtentabant/Cæterę quóqꝫ Epiri urbes/ac ꝑuincię oppida multũ de ſolito timore abiecerãt, neq. uel auditus/uel uiſus Otto/ manus tantũ (ut olim apud Albanos uel nominis/uel uiriũ afferre uiſus eſt/ quũ aſſueuiſſent iã malis hoies/& cõtẽptores ꝑiculoꝝ aſſiduitas ipſa feciſſet ꝑclitandi. Quatriduũ in aptãdis & mutãdis hincinde ſtatiuis hoſtis cõſumpſit, His ordinatis cõcurſus ad ꝑtoriũ tyrãni factus poſcentiũ copiã pugnãdi/ Nihil cõceſſum per eã diẽ, retentiqꝫ intra muniměta ſunt/ſęueriſſimo decreto, Nã & Scãderbegi inſuetũ ociũ augebat ꝑter modũ curã ſenis, ne magnũ quippiã interea ſolitus artifex co/ queret, Mane quod ſecutũ eſt duo nũcii ad Vranaconte cũ iis mãdatis miſſi/ut ſi tradere urbem ſibi uellet/libera illi eſſet cũ ꝑſidio & rebus oibus facultas abeundi, Ad hæc & biſcẽtena aſproꝝ milia addita/& inſignis ei locus (ſi uelit) inter purpu ratos principis ꝑmiſſus/Cæteris quóqꝫ Croienſibus in imperiũ eius faſtidirẽt/oia quæ uel ad priſtinã libertatẽ/uel maiora ẽt cõmoda attineãt abunde ſunt ꝑmiſſa/ Cũ his mãdatis uiri recto ad portã itinere pergũt, quę unica tm̃ eo loci eſt ĩ urbe, nã circũ reliqua ciuitatis latera ꝓruptus/atqꝫ inacceſſus mons eſt/Accitus igitur à cuſtodiis ꝓfectus cũ inſigni comitatu ad eã partẽ uenit, poſtulantibúſqꝫ colloquiũ regiis oppidũ qdẽ intrare nõ cõceſſum/ſed propius accedere iuſſis. Ita ut cõmode inuicẽ ſe exaudiri poſſent/dicere quę uellent illos admonuit, ueꝝ accidit. Nánqꝫ ut ꝑ cõgreſſu uix auditi, & infeſtare diſcedere ſint coacti interrupta plena libertatis, atqꝫ egregii ſpũs Vranacõtis uoce/cõclamatũ uno ore undiqꝫ ab armatis/Ferro nõ uerbis rñdendũ hoſti/neqꝫ cõuiciis/& probris qbuſdã (ut ſolet) libido militaris ab ſtinuit. Ea ubi narrata Ottomano ueterẽ magis indignationẽ recenti iniuria exagi tarũt. Quãobrẽ ea ſpe deſtitutus ordine ad miniſteria oppugnatiõis cõuerſus, Pri mo omniũ expediri maſſas illas infecti ęris/& ex illis cõflari machinas iuſſit/Lon gũ id opus fuit. XV. amplius dieꝝ ſpatio. X. cõfertę diſpari aliquãtulũ magnitu/ dine. IIII. ęquales/quę ſexcẽtaꝝ amplius libraꝝ põdo ſaxa iaciebãt/reliquę ducẽ/ taꝝ/haꝝ quattuor cũ duabus maioribus locatę qua mœnia tyrãnã uerſus orientẽ ſpectant/Alię qua portę locus eſt/oppoſitę urbi/nã ab his partibus tm̃ potiũdi per

Amurathes fruſtra petẽs à Croiẽſibus urbẽ in dedi tionem/ Tor měta Aenea ad oppidi op pugnationẽ cõflari, & ad ictus prępa/ rari iubes.

ruinã muroꝝ oppidi ſpes ſuberat/quũ magis acceſſa ea loca/& opere hoĩs cõſtru/
cta munimẽta/ac manu facta paterẽt,quæ licet ſordidiſſima eſſent,nihil tñ dubi/
tabãt ea ui tormẽtoꝝ ęquari ſolo poſſe. Reliq̃ ciuitatis ꝓpugnacula ita inſigni na/
turæ munimẽto undiq. mõte cingunt, ut ſatis ſine ullo mortaliũ artificio cõtẽnere
q̃tũcunq. hoſtis ꝑtinaciã poſſint/Itáq; corona tm̃ muroꝝ ꝑ ſummitatẽ ibi apparet/
ornãdi magis/q̃ munĩẽdi cã appoſita olim à cõditoribus loci, His tormẽtis appara
tis/& ſup rotaꝝ uehicula ĩpoſitis q̃ cõmodius ubiq; ueherent/Quatriduo integro/
piuſq̃ cominus ductis agminibus ſub muris manus cõſererẽt cũ oppidanis/ad cõ/
cutienda ab illis duobus lateribus mœnia/opa oĩs expoſita eſt/offenſumq. maxime
utrobiq. urbi, ac diſiecta fœde munimẽta/abraſáq; fermẽ dimidia muroꝝ pars/Cę
tera ita quaſſata, ut facili impulſu lapſura apparerẽt/creuit ꝑter modũ ſpes barba
ris/ubi factũ eũ aditũ intrãdi oppidi aſpexere/Quare crebri apparare ſcaſſas/reli/
quaſq. machinas ad ꝓximã muroꝝ oppugnationẽ/tã publico/q̃ priuato ſtudio ad/
uehi hincinde trabes/excurſare lętos per ſtatiua milites uidiſſes/ Conſtruíq; uariis
modis oĩs generis artificia/Singula fermẽ tentoria/ſingulos apparatus uelut ęmu/
latione quadã depromebãt/dũ qſq; tacita contentione primus muralẽ Coronã ſibi
hẽre cupit/Purpurati quóq; regis multa priuatim impẽdere, ut animũ Amurathis
ꝓuenirẽt/Meumethes inter cęteros ꝑcipua ingenii ſolertia/atq. indefeſſo ſtudio ue
lut unus ex gregariis militib⁹ ſemꝑ aderat ꝓri, ac regii decoris oblitus nõ uigiliis/
nõ laboribus parcẽs obibat ipſe/ꝓagebat oĩa. ſedulus nũc hac/nũc illac pererrans/
uerbis pariter/& exẽplo animabat uiros. Propoſuiſſe ferũt & ĩpm ꝑter cætera à pa
tre publice ꝓmiſſa/Cẽtena aſproꝝ milia ei, qui primus euadẽs in urbẽ Ottomana
ſigna fixiſſet/Oppidanoꝝ aĩos ſicut diſpar oĩno rõ/ Ita diſpari effectu acuebat/illi
cupiditate tm̃ prœdę/& gloriæ libidine eos inanes timidóſq. ſpiritus induerãt/ſe/
gnius idcirco petituri, id quod nunq̃ poſſediſſent, Hi ad id, q̃ honeſtiſſima quæq.
ſibi apud Scãderbegũ nõ erãt defutura impii/patriæ/ſocioꝝ/totius deniq; Epiro/
tici nois ſalutẽ in manibus ſuis poſitã cernentes, ne dũ incredibili ad oĩa ꝑtinacia/
ſed furore quodã/ac rabie accendebant/Exin licet deformata, & diruta ab eis par
tibus mœnia, aſpectu ipſo/ac forma ſpectaculi dolorẽ incuterẽt ſimul & pauorem
hoĩbus/Prçualebat tñ animi magnitudo in uiuidis pectoribus/ꝓculq; fugabat fa/
cile ex cuiuſq. ingenio ignauã mœſtitiã/Solabant ſe inuicẽ uiri/animóſq; uiciſſim
acuebãt/& inter cæteros medius uadẽs ꝑ turmas Vranacontes dexteras ſuoꝝ/fer/
ratáq; pectora ꝓtractans. Hæc ſunt dicebat urbiũ munimẽta, hęc incõfracta mu/
roꝝ propugnacula/hi ĩmoti lapides/hoc firmiſſimũ cementi genus, Quid decoris/
quid laudis/quẽ triũphũ inde ſperaremus/ſi illęſis his/integriſq. tecti à munimẽtis
magis ab illis ipſi defenderemur, q̃ ea nos defenderemus, Scilicet & ignaui ita pu
gnare ſciũt, & pecoꝝ armẽta lupoꝝ fremitũ cõtemnũt/ſi tuto occludant ouili/ſed
muroꝝ ea non hominũ laus/urbẽ Caſtriotus nobis/non nos urbi cõmiſit/periculis
aſſueta uirtus eſt/in difficilibus educata, Quis nõ bonus nauta trãqllo mari? Quæ
firma ſunt ꝑ ſe manẽt/nullámq; opẽ humanã/nullã ferociã noſtrã quærũt/Proinde
fugiũt ea uiri fortes, ex qbus uel ſeruatis/uel nõ ſeruatis par ſequi ſolet laudis fru/

Barbari ad pugnã cõtra oppidanos ſeſe accin/gunt.

Adhortatio Vranacõtis urbis ꝑfecti ad Croiẽſes.

ctus/inclinata cupiũt sustentari,eo ꝓperat uirtus/Iterꝫ repeto milites/ibi splendor animorꝫ/ibi pręclari elucescũt spũs,Quare nudata ab hoste latera/armata dextera tegat/Fortiũ uirorꝫ corpora pro ignauis munimẽtis opponant/Integris mœnibus pugnaturi ex sumitate murorꝫ fœminarꝫ more eratis/nunc prostratis aliquantulũ ęquiori descẽdẽtes loco cominus ferietis hostẽ/melius furorẽ oẽm/irãq. exaturabi tis/Accipiã ipse quóq; certiora tũ publicæ/tũ priuatę uirtutis uestræ experimẽta/ Adiuuat tñ & nunc pulcherrime uos locus ipse, & uix aliqua ꝑsenti ruina murorꝫ de pristina spe bñgerẽdi detractũ uidet/ si accuratius inspexerimus/ Nã dorsum hoc montis quãuis nõ ita in sublime erigatur/ sicut ab aliis partibus,nõné satis ad onerãdos hostes/& eludendã uim oẽm idoneũ uidet? Procliuitas quóq; hosti infe/ stissima/nõné uires uobis indefessas seruabit,suggeret/& cõcitabit tela? Exoptãdũ itáq; potius istud nobis erat/si cędẽ hostiũ ex hac obsidione cupimus/si gloriã insi/ gné ex hoc bello/ac perẽnes in oẽm ætatẽ titulos animo cõplexi sumus/Inuitabit nánq; hæc aptura murorꝫ barbaros,alliciet ad ascẽdendũ armatos/ subibũt plures longe/q̃ mœnibus integris forent subituri / tot nullo certe negocio undiq; cadent/ quot petierimus ipsi/ni cõpressis uos manibus sedere malueritis,Restaurabũt uo/ bis disiecta munimẽta corporꝫ suorꝫ aceruis,si uiri eritis / si memores libertatis/qd ad uictoriã, qd ad memorabilem hostiũ stragẽ obstat,duces ac milites fortissimi, hæc tm̃ urbis latera impeti ab hoste possunt/Cętera oia extra periculũ posita uim nullã humanã reformidant/hic tm̃ labor/hoc opus uobis relictũ/oẽs hic eritis/Vir tus/animi/conatusq. singulorꝫ hic aderunt/Quid facietis tot duces/tot fortissimorꝫ militũ capita,longe plurimi defensores pro paucitate custodiarꝫ sumus/agendum igit ita/enitendũ/ Croiensęs uero unica tantũ pugna & uires cõtundamus tyrãni/ & animũ illius frangamus.Relinquet urbẽ/deseret aduersis diis cœptã obsidionẽ/ ubi prima belli auspicia tanto suorꝫ cruore tincta cõspiciet.Hęc nũc Albana ipse/ & Italica expromẽs lingua/nunc per interpretes/suorꝫ animos ad futurã postridie oppugnationẽ ꝑparabat,atq; dictis simul/factisq; alliciens hoies ad pagẽda sedulo omnia,& difficillima quæq. obeunda inuitabat/Ita hincinde uariis opibus distin/ ctis militibus,dũ ex illius aspectu/ad singula magis exequẽda accẽdunt/nox ad/ uenit/néq; tñ usq; ad secũdã uigiliã ꝑfecti solertia ab eo tenore apparãdorꝫ cessa/ uit/quod supfuit quieti indultũ/Barbari expeditis ꝑ diẽ oibus nocte usi trãqllissi/ ma sunt usq. ad aurorę aduẽtũ. Nã pridie inclinato iã sole decreta urbis oppugna tione sub ꝑconis uoce oibus clare mãdatũ fuerat, ut ante secũdã diei horã curatis corporibus certi duces/ordinesq. instructi ad ꝑtoriũ tyrãni adessent/Quare festini undiq; dicto parẽtes milites ante ꝑstitutũ à principe tẽpus habita corporꝫ/& reliq apparatus rõne ad stationẽ eius expeditissimi cõuolarunt/Accersiti ibi nobilissimi quiq.,& corona de more facta oratio Amurathis plusq̃ pro uiribus/ & exhausto iã senectute ingenio ardẽs audita/néq; Meumethes lingua ęq./ac manu ꝑmptus ado lescẽs silentiũ tenuit/sed pris sermone uix cõpleto furẽti simillimus assurgẽs ita est præter priuata aduersus Epirotas odia in christianũ nomẽ inuectus,ut uelut alter olim Annibal Romanis exortus nobis infensissimus hostis uideret/ Cæteri quóq;

Adhortatio Amurathis/ Mehume/ thisq. ad su/ os.

Oppugnatō urbis à barbaris/ Irruptio Epirēsis in castra tyrāni. Victoria Croiēsiū/ Numer⁹ hostium cęsorꝫ/ Trāsmutatō castrorꝫ Castrioti in mōticulum/ Tumenistumq́/ Irruptio eius in barbarorꝫ stationes.

duces priuatim milites quisq́. suos usq́. ad satietatē adhortati sunt/Quinta agebat diei hora/quū pfectis oibus/& pranso per quietē rege mouere è castris/satis incōmodū tēpus ad pugnandū ęstiuis pſertim ardoribus uideri poterat. Sed ideo forsan opportunior ea hora principi uisa, ne si p noctē/uel incerto die recessisset è castris ipse/cōmodior relinqueretur infestādi munimenta occasio Scāderbego/licet néqꝫ sic eū fefellerit timor/Dato (ut diximus) signo uno omnes impetu/maximo tubarꝫ clangore, hominūq́. clamoribus egressi/mœnibus succedebāt, & iam cœpta erat dimicatio à primis/quū subito tumultu repleta oia/ac trepidatio ingēs p uniuersa castra exorta, Irrupat nánqꝫ Castriotus cū expedito suorꝫ agmine ī extrema quædā tentoria hostiū/Quū diu intentus tyrāni cōsilia obseruasset, Stationarii eo loci cōstituti primū impetū nrorꝫ satis audacter exceperāt/sed ubi pluribus amissis impares se eis uiribus nouerant/hincinde dissipati iā custodias oēs/& stationes eo timore reliqssent, Ni pximi qcq́. undíqꝫ accurrentes restituta pugna fugiēdi pudorē iniecissent hoibus/Nostri nihil gradu turbati uictoriam sequētes in obnixos infestius tela acrius ferrū strinxerunt, & sexcentis amplius occisis/ac pulsis ab una pte loco hostibus tentoria bina diripuerūt/militaribus aliquot signis/ac ornamētis oibus ablatis/Ita rumor alius ex alio (ut fit) dū certatim socii/qui manserāt in castris ad id incendiū extinguendū peruolarēt/Ad Ottomanū explicantē sub muris copias allatus/Senex/& si pcurasset multa antea/ac fideret uiribus eorꝫ/qui relicti fuerāt in castris/Cōuersus tñ anxio animo, utpote q nihil obstaturū efferatę belluę diceret/Seremetū unū ex pfectis suis cū quattuor armatorꝫ milibus obuiā nostris misit/Mehumethes quóqꝫ ardēs iāpridem odio hois maxime reclamante patre cū assuetis custodibus corporis sui est pfectus. Sed priusq́ fermé hi mouissent/Epirēsis impar tot aduentantiū numero cōuersis signis cōsuluerat sibi, & suis/Cæterꝫ solus Scāderbegus ardore illo dimicādi suimet oblitus mox (ut aiūt) ac inter confertissimos præterlatus hostes/dū occlusos undíqꝫ aditus uix penetrare pōt/fermé oppressus est, pſertim q equū pariter ipsumq́. destituerant uires, Quāobrē ægre à multis undíqꝫ in illū ruētibus se subtraxit/Barbari fugientē secuti sunt/dū spes aliqua capiēdi fuit, Ita exercitus ex una parte/Dux ex alia/fœlici fuga ex insequentium oculis euanuere. Reuocatus igit in castra miles, & Meumethēs cū suis mœstissimus ad patrē reuersus/q ita per summā castrorꝫ deformationē delusus fuisset ab hoste/Pollicitus tñ publice est (si oporteat) sese uel ītegros mēses/dies/noctēsqꝫ uigilaturū/donec tandē instructis ad id ipm insidiis eā belluā capiat/Non animū/nō cōsiliū deficere sibi, néqꝫ defuturā fortunā, si ille in ea temeritate inuadendi munimenta persistat/Scāderbegus ubi tuta iā terga ab hoste uidit, deflexo itinere ad suos pgit ire/Qui solliciti de eo nūc hac/nūc illac perrātes/ac mittētes in oēs ptes milites plustrabāt singula oculis sicubi eū cōspicerēt/Et multi nō sine lachrymis tā longū hois desideriū pferrebant, Iam inde uiduā rē Albanā/orbatū Epiroticū imperiū, hominē ppé diuinū à barbaris tā crudeliter necatū dolentes/Quare insperatus fermé eius aduētus tm publicę/priuatęq́. lęticię attulit, ut pter gaudia uulgi/cantusq́. uarios multi psoluere uota sint uisi/Quibus salutē eius petitā à diis se im/

petrasse credebāt/Scutū uiri ita pfractū/attritūq. ferro erat, ut uix forma remane ret/Corpus tñ illęsum oino inuiolatūq./minuit aliquātulū hoc loco facti magnitu/ do fidē, Ego uero haud grauate pmiserim istud psuaderi mihi/Qñquidē (ut nulla fuerit fortitudo uiri/nulla armorꝫ peritia) plæráq; uel maiora alia casus/ ne dixe/ rim deus potest efficere/sed illud magis fortásse dubiā hāc rē facit/Quod in omni acta uita/& rebus ab eo gestis nūq̄ tā imprudēter Scāderbegū solū lapsū inuenio/ ubi locus aliqs cōsilio fuerit. Ni cōcesserimus aliqñ (ut faciūt Poetę) furētes quos/ dā impetus fortibus uiris & Martis feruorem/ac bellicos spūs semel indutos exui illorꝫ arbitrio minime posse, quippe quū in gladio stringēdo nō oino cōsiliū absit, strictū tñ solus furor agit/Sic Horatii Coclitis apud Romanos animi præstantia/ Porsenę exercitū uniuersū dū ponē demolit pons substinuit, Et apud Grękos/La/ cedęmonius Leonides cū paucis Xersis innumerabiles copias apud Thermipylas demorari nō dubitauit/Cętera eo in cōflictu ex nrīs parua iactura fuit/uix decem/ Vulneratorꝫ par numerus (ut aiūt) interiere/Nā peditatu omni/& infirmiori pte equitatus in statiuis relicta, cū qnq. expeditissimorꝫ eqtū milibus in castra barbari irrupit Castriotus/qui ad fugā ęque/ac pugnā prōpti facile iniuriā omnē hostilem euasere/Inuēto Duce nrī lęti cōtinuantes iter celerrime ad socios se recepe/Non tñ ullū satis efficax gaudiū, uel festiua recens Scāderbego uictoria erat/iacebat ani/ mus alta mole curarꝫ/& malorꝫ imagine cōfusus, Donec aliquē eius diei Croiensis fortunæ nunciū habuisset/Nā licet satis nota tū præfecti/tū psidii uirtus/& fides/ Vrbis pterea inexpugnabilis situs/& habitus loci sollicitudinē eius leuarēt. Tamē nunc tantæ rei momētū/& periculi magnitudo/Nunc patrię (ut fit) inexhaustus amor/uel inuitū timere cogebant/& sedula interpretatio multa inania quóq; sibi ipsi subiiciebat/Amurathes cœptam oppugnationē quāuis pp motus illos castrorꝫ nō interpellassent oino/ Tardauerat tñ quosdā apparatus/& cętera/quibus certius uehit militi piculū/donec euentū eius certaminis audisset/Quo cognito (ut supra meminimus) tū postremos quosq. agens in hostē/& singula opa exponi sub muris iussit/Ante oia sagittarii/& alii id genus leuis armaturę milites/qui emittere tela in supstantes poterāt/ passim fuerāt circūfusi/ tormēta minora nō longe disposita/ Cętera uiliora capita uulgi subiecta p furori hostiū scallas/& alia deinceps trahe/ bāt p montē/Hos prōptissimorꝫ iuuenū agmina Ianizarorꝫ/& Assapporꝫ sequebā tur/ut si admoueri munimētis ea potuissent, euaderēt in muros, & cominus pter/ rerēt hostem. Hæc ab illis partibus ordinata, unde liberior apparebat aditus urbis ex ea fractura murorꝫ/quā grauiores fecerant machinę/Decęteris nō multū cura/ tū, qñ & si ablata fuisset ea corona murorꝫ uix attentare potuisset aliqd ibi miles, ob altitudinē/& mōtis insupabiles anfractus. Affixa tñ tormēta quædā ab hac qq. parte/petitáq; crebris ictibus urbs/tū pterrēdi cā hostis/tū euertendi intus priuata nōnulla ędificia, quę obnoxia iniurię uidebant/Oppidani p uenientē hostē tormē tis à longe petiere/turbaruntq. sępius pluribus occisis/aliis dissipatis/& auertissent fortasse ab incœpto/ni turmis qbusq. duces sui instantes à tergo nūc adhortationi bus/nunc minis/uerberibusq. interdū/& uulneribus hostiliter urgerēt/Ad hāc pti/

naciã illud quóq; nõ deerat/ quod & Barbari machinis ad id ipm locatis impetere nros oberrãtes p munimẽta nõ cessabãt/ut arcerẽt/dũ Antesignani/& seruorũ manus, q scallas/& reliquos apparatus trahebant muris ppinquiores fierẽt/Ita quãuis nõ incruẽti/suppresere tamẽ/tũ Croienses ad sua qsq. ministeria dilapsi certius teli genus exercere occipiũt in subiectos/ac uera cominus apire odia/Resonabãt undiq; clamore oia/strepitúq; armorũ/Crepitus pterea/sonitúsq; tubarũ ex uicinis refractus collibus ingeminatus/& multiplex/editus ad iniiciendũ ardorẽ uiris/offendebat magis pugnantiũ aures/sicut tñ dispar cã armorũ/Ita dispar dimicatio erat/ Spes potiundę urbis oino nulla à principio apparuit, ni maius aliud quippiã fors/ casusúe attulisset/Scallę mœnibus frustra admotę, sed cũ uectoribus ipsis attritę p mõtẽ iacuere, Reliqua uulgi colluuies tota aut deleta/aut expauefacta effugerat, ut idẽ horror aios/torporq. pariter mẽbra inuaserat/Vix pedẽ iã ullus pmouebat ad muros/ licet néq; apud suos ullũ pateret effugiũ/Aderat nãq; nõ longe spectator/sęuusq. adhortator/Meumethes crudelitatis nomẽ apud posteros/uel inde aucupãs sibi/qui nedũ quẽq̃ referre pedẽ/ sed ne respirare qdẽ patiebatur/Ita miseridũ hostiũ furorẽ fugiunt, imoderatiore suorũ imperio plectebant, Christiani hi ex maiore pte sunt Ottomano subiecti/ Quorũ ingentẽ multitudinẽ ad oẽs expeditiones ducere solent barbari inermẽ fermẽ/quũ nõ satis eis fidant/Hi oia pené onera castrorũ subeũt/aquãdi/lignãdi/ualla/aggeres/aliáq; munimẽta cõstruẽdi/tpe uero pugnãdi/si in cãpis/& aperta fortuna dimicet, hæc primũ obiicit materia cędendi hosti, quæ aduersariorũ distrahat simul/& exhauriat uires, Si urbium oppugnatio agat, hęc instrumẽtorũ uehicula sunt, hæc ad implendas corporibus suis fossas materia electa, ac pontes uelut cæteris faciendos. Quare si segnius aliqd exequantur/ crudeliores crebro dños patiunt/q̃ hostes, Occasio ea potius fortasse, q̃ causa, & ab odio ipso naturali ois depromit sæuitia, Vidi multa huiuscemodi ipse, quũ infœlici fato ad patriã defendendã infœlicia arma tenerẽ, cuius nũc memoria sicut mirifice recreor, ita recẽsere sine lachrỳmis nõ possum, Audiebamus stantes pro munimẽtis, miserabiles illorũ querelas, & supplices deprecãtiũ uoces, ut mitius cũ eis ageremus, dũ nõ cõsilio/nõ uoluntate ppria/sed sęuerissimo impio tỳrãni hostilia se facere dicerẽt, Corpora se tm̃ inuitissima/signa infesta in nos trahere/animos gerere amicissimos, utpote qbus iidẽ dii, eadẽ sacra, uota eadẽ, licet nõ iidẽ principes xpiano ex uitio, suáq; ipsorũ calamitate essent/à nris/quãuis male tũc in ea fortuna rõ alicuius hẽri posset, multis tamẽ q̃tũ in tali furore potuit parsum (Proh dolor) Libet exclamare/hoc loco/paulũq. digredi, Vidẽt hęc/& audiũt tãdiu xpiani principes, néq; tã grauis seruitus sociorũ/ tã fœda uincula/uocésq; mœstissimæ/quibus mõtes iã/maria/cãpósq; oẽs p tot ætates implerũt, quẽpiã mouẽt, fluit undiq; noster cruor, Deficimus paulatim, néq; sentimus, incidimus in ea tẽpora uolentibus diis/uel potius ita agẽtibus nobis, ut uilior iã apud turcas xpianorũ/q̃ iumẽtorũ sanguis hẽat, futurũq. sit, si hæc diutius pestis inualescat, ut triginta ex nobis/uix uno obolo olim liceant hostes, qd̃ in captiuitate illa hierosolỳmitana de iudęis scriptores referũt/Verũenimuero nihil est quod timeamus amplius, Iam ad summũ tur/

uestrũ emere. Absit ut uiuẽte Scãderbego uectigalẽ uobis ꝓuinciã hãc ulla uideat ætas/uel hominũ ullus audiat. Non si totius possessionẽ Macedonię/ & oẽs patrũ nrorꝫ sedes restituatis. Nõ si mecũ diuidat impiũ Ottomanus ea nota inuri Epiroticũ nomẽ paterer/frustra itaq́. externa coaceruas exẽpla/frustra Pelopõnesiacã fortunã/& Asiaticas seruitutes/ac cęterorꝫ oculis nris subiicis/& disertãdo ais iculcas. qñqdẽ/nullũ ẽ tã efficax exẽplũ/qđ ad eã turpitudinẽ possit liberꝫ/igeniũ inuitare. Nihil ulterius locutus est legatus/nec aliud quippiã hac de re cõtendere uoluit/aut iuxta cõsilium senis de minori summa agere cũ hominibus curauit/quũ tã alienos ab ea re omniũ animos uideret. Dimisso igit̃ cõcilio/ductus est cũ sociis apud Scãderbegum ad curãda corpora. Tum opipare acceptũ/& honorifice habitũ/Tanusius cũ aliquot equitibus mille fermẽ passibus/procul a castris est comitatus/ne libera militũ licentia uiolaretur/uix abscesserat è cõspectu legatus/q̃ Castriotus ueritus insidias hostiũ/si eũ locũ nõ mutasset sublatis signis/Tumenistũ copiis oibus petiit custodibus passim ꝑ loca exploratoribusq́. intentius q̃ unq̃ antea fecisset/dispositis. Reuersus legatus in castra quæ in tyrãna minori posita erãt/ sicut dolorem Amurathi ita ex ęgritudine morbũ quóq̃ summope auxit/quare eo magis quotidie inualescente/Satrapæ deposita quasi omni cura armorꝫ ad curandũ senẽ illiq̃ medicamina adhibẽda animos trãstulere. Sed in ea morbi incertitudine/nullũ efficacius/ q̃ uerborꝫ remediũ uidebat̃/nã impatiẽtia doloris cõtractũ malũ appositis ad id ipm solatiis erat leniẽdũ, & noua aliqua lętitia curãdũ. In eo statu res ꝑpaucos dies mãsere, néq̃ nõ satis cõpos sui oino erat tyrãnus, sed & audire suos/& alloq satis cõmode poterat, atq̃ iubẽdo multa ꝑcurare/quæ in rẽ uidebant̃/donec Scanderbegus audita ęgritudine eius irrũpẽs bis/terq́./in castra/qcqd fermẽ/ tũ animi tũ corporis superat relliquiarꝫ exhausit/Prima & secũda incursio ipsius uix cruẽta fuit/néq̃ aliqd dignũ memoratu gestũ/quũ solertissime inuigilarẽt barbari ad defendenda castra/ac omniũ animi essent magis ad se tutandũ q̃ ad alios lacessendũ intenti/ iniecit ea res Scanderbego maiores/ac pœnę maximos ferociæ stimulos. Igit̃ noctem primũ ut sępius fecerat/ex se ipsa satis pauoris tumultusq́. excitaturã ad ea cõsilia amplexus/eqtatu fermẽ omni secũ ducto tyrannã petiit/nã cõmodior ab ea ꝑte erat ꝑcurso equiti/& magis opportuna iniurię hostiũ statiua. Exacta media nox erat/quũ appropinquans/tyrãnę strepitu ipso eques se ꝓdidit/tenebrę maiores assueto erant/q̃ obductum multa nubiũ caligine cœlũ uisum oẽm ademerat. Itáq̃ male potuit quippiã aduersus impetũ uenientiũ ꝓuideri/prouisum tamẽ est pro tpe/ordinatúsq̃ miles/ut exaudito/nõ uiso hoste sumi iudicium ualuit/néq̃ nostris, minus iniqua/suspectáq̃ ea habitudo tpis erat/& licet plus animi afferẽtibus/ q̃ nõ expectãtibus iniuriã esse soleat, tñ horror qdã inuaserat pectora/& ꝓmouere uix ullus gradũ audebat amplius. In ea utrorũq́. hęsitatione Scãderbegus acceptis centũ nõ amplius equitibus ex Antesignanis euolans é reliqs turmis maximo impetu ad lacessendos hostes usq̃ ad munimenta ipsa ꝑcurrit/incessansq́. clamore simul/ac cõiectis uerutis hoies aliquot extra assignata sibi loca ꝓtraxit, cõcitatos ad se assequẽdũ opprimẽdũq́./sed oppressi ipsorꝫ nõnulli sunt reliqui sponte recepere

Morbus & ęgritudo tyrãni impetitio castrorꝫ à castrioto/

Sollicitudo barbarorꝫ cõtra impetus Epirensium.

se inter suos Epirensis p ludificationē aliquātisper hac illac cursitans excitare in se maiora agmina quærebat. Vbi uero abire per eā inanē expectationē tēpus uidit/ & noctis aliquātisp tenebras appropinquāte die fugari animaduertit/reuersus/ad suos/abiecto omni respectu/sūma rōne cū Tanusio/Stresióq; (nā Moses in Tumenisto cū peditatu fuerat relictus), diuidit copias admonitisq; singulis/quid facturi essent/ducit in hostē/Missilibus primus furor exsatiatus/ac maior pars dimicationis p coniectū telorꝫ acta/Nā Castriotus timens, ne si cōfunderent ordines discrimē suorꝫ hostiūq; piret/negabat militi cominus inferre gradū/néq; ad gladios uenisset res/ni regii multitudine freti insigne agmē suorꝫ à leua pte misissent/ut nros medios interciperēt, quos ubi aliq̄tulū à reliq̄ robore ꝓgressos uidit Scāderbegus relictis munimētis ocissime ad id latius cōuersus/diuisis & ipse uiribus/ ut utrinq; pugna nō intermitteret/maxio ipetu aggressus est. Nō segniter p̄ ipetū uenientiū excepe Barbari sperātes mox à castris affuturꝫ subsidiū/tn ubi tarditate suorꝫ dilabere paulatim uires sibi/ & hosti crescere cū uictoria ipsa ferociā uidere, uersis ad tentoria equis/fuga/qua sola poterāt se saluarūt/plures tn ante fugā cecidere/simul & ex nris nōnulli. Stresiū ēt Tanusiūq; iā exoriēs lucifer & inualescēs semp uis hostium terga uertere/coegit/insecuti ardentissime hostiū ordines eā nrorꝫ paucitatē essent/sed ne animū tyrāni offenderēt abiecta cupiditate ultiōis ad dāna sua recēsenda sūt cōuersi/pręter cędē alia deformatio castrorꝫ nō fuit/neq; p̄dę qppiā ablatū/ nisi aliquot priuati i occisorꝫ spolia, nā pro uallo nō intra munimēta & cœptū/ & finitū est certamē/purpurati maxio cōsilio celauerūt eā cladē Amurathē/ne maiora p̄berēt alimēta dolori/tn nihil sollicitū senē fefellit/q d' & publicū murmur, & priuatæ uulgi q̄relæ facile eā calamitatē inclinato ad male suspicādū aio ꝓdidere, Hostis captato tpe p̄toriū ip̄m cruētis signis irrūpet/relinquere obsidionē/& cœptū tāto odio bellū pudor ꝓhibebat/suadebāt tn nōnulli tyrāno ut maiori pte copiarꝫ Croiæ relicta ipse Adrianopolim repetēs/saluti suæ cōsuleret/Abiturā quóq; uim oēm morbi/si ex eo calamitatis spectaculo/& cruētissimo hostiū aspectu abiret/sed ingrauescēte quotidie malo/ & deficiēte paulatim spiritu sensere oēs eā uiolentiā fati nulla satis posse loci mutatiōe/nulla ope/uel cōsilio humano excludi/quare licet iuuasse medicamētis (ut nūq̄ mortalia pectora spes deserit) cōfectū corpus nō desinerēt/uelut orbati magro nautę pro se qsq; ꝓcurabat oia/qbus saluari ab ea tēpestate exercitus posset/sublatisq; tētoriis quæ late dispsa magis obnoxia iniuriæ/ & oportuniora hosti erāt/angustiori circulo redacta sūt castra/firmatáq; maximo/ & armorꝫ & armatorꝫ robore/munimēta/sic oibus ordinatis expectabāt/aut mortē tyrāni, q̄ finē tūc armis faceret/aut ualitudinē forte recupatā/q̄ eā obsidionē nouis cōsiliis tabiliret/Nihil horꝫ latebat Scāderbegū/nā tū ab exploratoribus uisa oia ponebant ante oculos/tū cætera magis intima hostiū, cōsilia à trāsfugis apiebant/ quorꝫ plures q̄tidie ad ip̄m & reliq̄s urbes cōfugiebāt/maxime exq̄ credi expectariq; indubitate mors regis uulgo cœpit/Epirēsis itáq; auerso ab assuetis irruptionibus aio reseruabat/ & ipse ferociā oēm i mortē Ottomani tn p Crainū mōtē pgēs interdiu/noctúq; sępe/Vranacōtē alloquebat/crebris q̄q; agmibus oberrās p colles

Opinio purpuratorū & satrapum ad ualitudinem tyrāni recuperādā & ad repellendos Castrioti impetus.

uicinos/si intercipe seruitia aliq̃ exercitus posset/uel eo solo aspectu dolorẽ hoibus icutiebat/sed modicũ tpis ĩ ea reꝝ cessatiõe & hostiũ mœrore & expectatiõe abiit, nã Ottomanus illo triduo expirauit/Ferũt tũ eum/quũ adesse iã sibi extremũ uitæ diẽ sentiret/ lectulo cubãtẽ multa cũ purpuratis suis lõgis q̃relis egisse, q̃ tã sordi/ do exitu fata oẽm suę anteactę uitę tenorẽ sugillassent, ut q̃ totiẽs hũgaricã ferociã inhibuisset, & insolentiã græcoꝝ cũ ipso pene noĩe sustulisset/sub ignobilis castelli mœnibus & oculis tã pudẽdi hostis infamẽ reddere spiritũ cogeretur / Deinde ad Meumethẽ cõuersũ cõmẽdasse maxĩo studio illũ fidei suoꝝ/ monuisseq̃ multa/cũ nũc audiẽtibus aliis/nũc sũmotis arbitris, licet & defectũ iã uiribus corpus/& ma nãtes ex aspectu filii p̃ ora lachrỳmę senis uocẽ ipediret/Illud sępius iterabat/cõtẽ nendũ nũq̃ hostẽ/de eo se uno pœnitẽtiã toto uitæ suæ tpe egisse/& apud Tartara (si modo extincto corpore pars ulla hois remaneat post hac actuꝝ) qd̃ p̃ cõtẽptũ paulatim educato hoste eã sibi ipse calamitatẽ/& notã in p̃petuũ, Ottomano nomi ni inusisset/dũ tã sordide sub Croię mœnibus extinctum totus terraꝝ orbis/& oĩs deinceps ætas uelut fabulose referat/Opprimendũ tũ/trãsfugã fuisse/quũ p̃ scelus illud in hũgaria sceleratũ uindicauit impiũ. Tũ in ea reꝝ nouitate/& nõdũ firma tis populoꝝ animis deleri incrũctis fermẽ oibus suis cũ noĩe ipso hoĩem potuisse/ Nõ Alybassam, q̃ primus aliměta ferocię eius & fœlicis auspicia fortunę dedit/nõ alios fuisse mittẽdos/quibus tũ captis occisis ea & uiriũ sibi fomenta/& fidẽ apud subditoꝝ ingenia p̃struxerit/ut ipse totiẽs tãta ignominia/ & impii laceratiõe uix fãdo isthæc crederet/nisi expiẽtia magistra suo malo edoctũ esset. CLX. ãplius mi libus armatoꝝ dicebat/intrauimus Epiꝝ/& hic cõsedimus. Nũc si uacat cõferte ca pita/discutite oĩa/aĩaduertetis q̃tũ de sũma sit detractũ/ nõ poterat hoĩes tenere lo cus/hodie q̃t tentoria uacua? Quot errãtes sine dñis equi? Quã diminutis longe co piis/Adrianopolim repetetis/nã spũm hũc Epirotico solo deuouere fata/sed qd̃ im pediměta/casusq̃ fortunę iputo mihi? tũ. n. primũ hęc maloꝝ semina orta ĩ Epiro/ at q̃tis cũ tot belloꝝ motib⁹ ardebat/hũgaria/Eugenii/ac cęteroꝝ xp̃ianoꝝ cõcitãs in nos arma? Quũ nõ de Epiri/ sed totius possessiõe impii certabat/ut Varnenses/ Basiliẽsesq̃ labores p̃bẽt oibus documẽtũ/Ita dũ ad tot negocia néq̃ tẽpus/néq̃ ui res sufficiũt/creuit hic hostis/ut uidetis, qũo ãt post hac cũ eo/quáue arte belligerã dũ sit uobis/cõsiliũ à me expectare nõ debetis/q̃ tã iniquus mihi ipsi ęstimator ĩ re bus oibus fui/nũq̃ magis cogitatus meos fefellit fortuna/fœlicior tu forte Bellator cõtra eũ futurus Meumethes/& pro tot datis honorib⁹ mihi/Epiroticũ forsan tibi triũphũ seruauere dii/Accipies itaq̃ sceptrũ hoc & alia regni insignia fili/ac inte/ rea p̃cipue hostẽ hũc/ne inultã mortẽ hãc sinas. Id unũ pro tã amplo/honorificõq̃ p̃rimonio tibi sumito/Eã solũ uictimã seniles manes exposcunt. Posthęc dicta ob/ mutescẽs dimidiũ ferẽ eius diei ĩ angustia spũs cõsũpsit/tũ obortis añ oculos tene bris petitã tot xp̃ianoꝝ odiis animã exhalauit/opę̃p̃ciũ nũc ẽ audire hęc & uidere eos/q̃ tãta mercede reꝝ hũanaꝝ statũ licent, & credũt/ita cõcedi alicui posse p̃pe/ tuã fortunę possessionẽ, ut nõ aliq̃ tpis momẽto iterpellari queat, Quid Amurathe quõdã maius? Cui splẽdidior fama uiri (cęteroꝝ uenia dixerim) toto orbe terraꝝ

Att. ultima Amurathis uerba cũ p̃xi mus eẽt mor ti satrapis, & Meumethẽ filium.

Att. gesta Amurathis sub breui cõ pẽdio/mortẽ ipsius locum quo eius cor pus humatũ fuit & succes sionẽ Meu/ methis in im perio.

extitit/quæ atteſtatior fortuna fuit? Quis ſpecioſiores ea ętate triũphos tulit/& tot uictorꝫ regũ/ac ſupbiſſimorꝫ populorꝫ ſpoliis obſoletũ iã Ottomanũ nomẽ/ac barbaricas domos ditauit? Hic domeſtico furore inhibito ac fraterno ſanguine(ita regni libido/licere oĩa facit)ſũptis fortunę auſpiciis primus inſanienti gręcię libertatẽ extorſit,& fixo in uiſceribus eorꝫ ipio acceptíſq; inde uiriũ alimẽtis/deinceps cæteros populos xpianos tot afflixit calamitatibus/ ut eas enumerare ſit difficile/ Hic primus/murũ gręcorꝫ ĩ Pelopõneſi faucibus iuxta Corinthi iſthmũ/quẽ heximiliũ nũc uulgo appellant diruit/& puiã ſibi uñquáq; Europã fecit/q tot regna in Aſia/urbéſq; nullo hæreditario iure/ſed uirtute ſola obtinuit/exercitus fudit/reges bello uicit/atq. ſupauit/qui ẽt rege hũgarorꝫ occiſo/Hũniadẽ ingẽtis nois ducẽ/ac bellatorꝫ illũ ſtrenuiſſimũ nõ ſemel fugauit/eáſq; fortunæ ſpõſiones aio uoluẽs ſuo totius orbis terræ dñiũ ac xpiana ipia oĩa ſpopõdit ſibi. At nũc q̃ diſpar hois animus/q̃ añactæ uitæ diſſimilis oro fuit,ut tã ſordide in oculis cõtẽpti olim hoſtis cõqueri,& gñe tã fœde ſit auditus/quo inuicti/illi ſpũs/& ipioſa uox abierat? quã tot duces legiões/tot armatorꝫ milia timidis auribus audiere/At nũc q̃ alius hois uultus/alia facies/aliud ſpectaculũ/ubi caput illud tot decoratũ triũphis? Vbi inſignis ſcęptris dextera? Iacet deforme cadauer/cõpſſę manus exporrecti pedes/ q tot glorioſe terras uictrices calcarũt/néq; qppiã de tot bonis/tot laudibus caducũ ſibi corpus retinet/O imbecillẽ hũanę naturę cõditionẽ/O inanẽ mortaliũ gloriã/o cęcas hominũ mẽtes/qd iactamur? Quid extollimur? Quid ẽ q; dignitates/opes/potẽtiã tãtope flagitamus/perpetuo ſcilicet his frui cuiq̃ datũ? O mira rerꝫ mutatio/fluxa hũani/ípii glia,& ludẽtis fortunę iocus/Corpus eiꝰ unguẽtis/aromatibuſq. cõditũ ſeruatũ ornatiſſime eſt/humãdũ poſtea in Burſa Aſię oppido ex more gẽtis/Meu methes mox rex ſalutatus/mors ſenis q̃ magis potuit ſilẽtio tecta eſt à purpuratis/ ne eius rei fama ad hoſtes trãſiret,Per noctẽ collectis uaſis,ac paratis ad diſceſſum oĩbus incerta adhuc luce ſublata ſũt ſigna/Mortuũ ãt Amurathẽ/ferũt circa autũ ni dimidiũ/qnto poſtq̃ obſideri cœpta fuerat Croia mẽſe/De illius uero ætate uariãt hoies/ſed nullus qntũ & octuageſimũ ãnũ attigiſſe negat/inuitus pfecto Meu methes eã obſidionẽ & tã ignominioſũ bellũ reliqt/ſed coactus eſt ire Adrianopolim ad ueterẽ morẽ i ſumẽdis faſcibus ſeruãdũ/& ſeditiões/ſi quæ(ut fit)in ea rerꝫ mutatiõe orirent extinguẽdas/Nõ deſeruit ueſtigia eius Scãderbegus/nũc urgẽs/ nunc carpẽs poſtremos,donec egreſſum oẽs impii ſui fines uidit/tũ duplici ouans lætitia & Amurathẽ tã ignominioſe de medio ſublatũ/& fugatas hoſtiũ relliquias uideret/ad ſuos reuerſus Croiã recto itinere petiit,Oppidani iam ingẽti deſiderio cũ Vranacõte urbe egreſſi madẽtes adhuc ſanguine cãpos & poſſeſſa tãdiu ab hoſtibus loca oberrabãt/morabant ubiq;/pluſtrabãt oĩa/uix uiſis ſingulis ac pſcrutatis ſatis credẽtes ſibi/ita infixus iãpridẽ horror uiris nõdũ ſuſpẽſa pectora relique/rat,Scanderbegus maximo cõcurſu uulgi exceptus eſt/Vranacontes primũ inter multos amplexus deoſculatus/cæteri,deinde ex more/Vulgus nũc ad pedes ducis plapſũ/nũc ueſtimẽta eius apprehenſans cupida(ut ſolet) illis oſcula figebat/q̃tũ magis potuit ab ingeniis humanis clamore cantibus/& omni genere inſtrumẽtorꝫ

Att. diſceſſũ barbarorꝫ ex Epiro extincto Tyrãno. Scãderbegus infeſtantes hoſtiũ exercitũ: Tempus quo cępta ẽ obſidio Croiæ: & ætatẽ Amurathis.

Att. qua põpa & honore Scanderbeg? except? eſt i urbe a Croienſib? ſoluta eorũ obſidiõe: quo cõcurſu: qb? gratulatiõib?: tũ populorꝫ ac oium fere regũ & principũ xpiani nois cũ aliarũ externarꝫ gẽtiũ ex diuerſis & remotiſſimis locis ad urbem Croiæ tãq̃ ad cõe quoddam xpianorꝫ ocilia bulũ confluebat pp tãtã rei famã & mortẽ Amurathis.

expressa lętitia est/non campanarꝫ tinnitus/non perennes tota nocte accensi ignes per multos dies cessauere/cõuiuia/epulęq; per totã urbẽ/uicósq; oẽs & cõpita lau/tissime cclebrata/Croiensęs pro fideli opera/gestísq; rebus egregie sunt tũ publice tũ priuatim laudati/prędidio ultra prędixa stipẽdia ingens pecunia/ac uestimẽtorꝫ magna uis erogata. Vranaconti præter aurũ/argentũq; clamydes duæ purpureæ/unáq; auro cõtexta dono data/& quattuor deinceps uillę. Postremóq; nõ expecta/tis fascibus decoratus est/ac totius Dux ęmathiæ designatus/ sed illud in primis à Castrioto nõ omissum/quũ eius uictorię nũcios ad oẽs principes & populos uici/nos mitteret, quare ingẽs undiq; cõcursus quottidie erat/multi quóq; (ut fit) nouę tantũ fama rei ꝓpter mortẽ Amurathis exciti tanq; ad insuetã aliquã pompã spe/ctaculi uenere, peruagauit is rumor breui totũ fermé orbẽ terrarꝫ/nõ expectatior tũ/non lętior nuncius christianis omnibus esse potuit/Respirauit Hungaria/rece/pit Gręcia spiritũ/ac laxata uelut sibi credidit uincula, omniũ animi inani illa spe sunt erecti/dum eam regũ mutationẽ fortunæ quóq; suæ statũ expectant inouatu ram/Heu fallaces cogitatiões/& miseriora miserorꝫ refugia/sublatũ uidimus Amu rathẽ/defuit ne ideo cruentior hęres? Huius certe nobis interitũ post longa tandẽ mala lachrymis nostris cõcessere fata/ Iccirco né cũ Meumethe nostrę abiere sor/des? Extincta calamitas est? Cõpressis scilicet manibus sedemus/ mutuis inter nos odiis certantes/& ea uana credulitate mortalẽ cũ unius hois capite tantã hostium fortunã credemus. Facturi tamen tum demũ/& prępropere forsan (quod ominari horret animus) finẽ querelis, facturi malis sumus/quũ & relliquarꝫ nostrarꝫ finem faciemus/uerũenimuero nunc lachrymis omissis breuẽ hanc lętitiã cũ cæteris/se/quamur iã certatim gratulatiões ad Scãderbegũ/uel ab externis gentibus aduola bunt/diffusumq; prępcipue tũc est per ora populorꝫ celebre uiri nomẽ, Croia morte Amurathis tũc nobilior, q; Argos olim Pyrrhi morte reddita, sed ad eas gratulatio nes ingens quóq; à christianis ducibus gratitudo & animorꝫ munificentia accessit/ Nãq; Nicolaus tũ Romanus Pontifex/Ladislaus Hũgarię rex, & Philippus Bur/gundię Dux legatos cõtentione quadã ad eũ cũ ingenti auri/argẽtíq; põdere mise runt, quũ satis scirent eũ tã longis bellorꝫ incõmodis exhaustum tali auxilio indi/gere/Alphõsus qn etiã Aragonũ rex (utpote qui longo cæteros interuallo in amã/do Scanderbego supabat) ad maximã pecunię summã illud quóq; addidit. CCC. milia modiũ tritici, C. ordei/quũ audisset sementẽ fieri ꝓhibitã ab hoste in Epiro, & quæ facta fuerat corruptam/Multos quóq; artifices pecuniis suis conductos ut Croię muros instaurarẽt/quos dirutos à barbaris nouerat misit/Castriotus instru/ctis ludis ois generis ea pulchritudine spectaculi famã ipsam uictorię mirꝫ i modũ auxit/alter iam exercitus sub Croia uidebatur, tanta undiq; multitudo cõfluxerat/ nõ spectatorꝫ tantũ. Sed lectissimę iuuẽtutis ad proposita sibi prędia expetenda/ non uidebat usqadéo mirabile hoibus fractas ab Albanis fuisse uires Amurathis/ intuentibus eã militarẽ ætatẽ/& uirorꝫ robur circa Scãderbegũ aspiciẽtibus/Re/dierat uere tũc uetusta nobilitas Macedonię/& sęcula illa Alexãdri, Pyrrhiq; iam obsoleta/in integrũ restituta uidebantur/ Hic Belli finis cũ Amurathe fuit.

# LIBER
# MARINI BARLETII SCODRENSIS SACERDOTIS DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI EPIROTARVM PRINCIPIS
## PRÆFATIO.

QVO studiũ me istud scribendi longius prouehit/eò crescere magis cũ magnitudine ipsa reꝝ labores uideo mihi, Et nunc ex uero (quod in principio operis testatus sum) cõsideratam illam suspitionem/non inanem timorẽ in hoc onere suscipiendo ipso rei experimẽto fuisse agnosco, Nam licet aliquã partẽ itineris emenso/ iminutus quóq; paulatim labor fouere spe animũ deberet, & maiores ad reliquũ exoluendũ corpus/expoliendũq. subdere spiritus. non ideo minus me hoc onus cõficit/quũ & ꝓgredienti longius deficiant uires/& peractę iã uię incõmoda quæ solatiũ aliquod peragendę posthac afferre deberent/è cõtrario ipsa laboris extimatione atq; memoria/nõ cõtemnendũ incutiant timorẽ/cũ nihilominus ardua difficiliáq; mihi restare nunc uideo. Quis enim (ut Italicæ fortunæ/& Apuli triumphi nulla sit habẽda ratio) Bellũ cũ Mehumethe gestũ, illi quod cũ Amurathe decertatum fuerat prius ulla sui parte/uel reꝝ/ac periculi magnitudine/uel longitudine tẽporis/uel causis ipsis cõparauerit? Quippe quũ toties nõ incruentis Epiroticis signis de summa imperii sit certatum, & ad externa cõfugientes auxilia nostros aliquãdo uiderimus/néq; res ulla finem armis/nisi mors alterius fecerit, Causas uero eius odii acriores oẽs hic fuisse quis neget, & singula ad hoc bellũ maiora præbita alimẽta, quũ amissa tantũ possessio Epiri, & accepta in parte imperii dãna Amurathi arma induerint, Meumethi nõ hæc solũ tãdiu pertractata & ueluti iã cocta/uerũ recens patris fatũ/& intolerabilis iniuria rabiem uerius quandã & furorem iniecerint. Huius pręterea tũ ętatis impatientia/tũ suapte natura ferox ingenium/& sitiens sanguinis præcipue christiani animus/omnẽ cupiditatem sęuitiamq. paternã facile superauit, Nam ad imperiũ quantũ addiderit/indéq; paribus uiribus/ac odiis in nos sit inuectus Constantinopolitana fortuna (ut sileam alia) satis efficax documentum præbere potest. Quare non ab re censui tanta rerum molimina præcentione aliqua in mediũ deducere, & noui hostis apparatus noua etiã præfatione recensere/atq. ita paulatim nunc uentis/uelisq./nunc remigio/uelut nautæ faciunt/alta æquoris secans ad præfixum animo signũ properare/Vel sicut onere aliquo/& labore itineris pręssus uiator/nunc refocillat uires/nunc alternis manibus/ceruice/humerisq; gestat pondus nunc trahit/donec præstitutum attingat locum, Ita ipse nunc Amęnis diuerticulis cõsulam mihi/legẽtibusq./nunc si aliter nequeã tractum pedibus (ut aiunt) onus qualicunq. exitu claudam.

# MARINI BARLETII SCODRENSIS SACERDOTIS DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI EPIROTARVM PRINCIPIS LIBER SEPTIMVS.

TYRANNI mors Adrianopoli audita/creditáq; uarios animorꝫ/& rerꝫ motus excitauit/Optimates urbis(utpote qui nũq̃ uel imperiũ/uel fortunã Amurathis fastidierãt) maxime eo nũcio indoluere/ac luxere diu senẽ/tũ ob cõmunẽ iacturã(nullus nánq; ad eã diẽ Ottomanę gentis uel charior suis/uel iustior in hostes fertur fuisse/Tum q; eã regũ mutationẽ non sine multis priuatorꝫ incõmodis futurã sciebãt/Prę feruida tamẽ ingenia rerꝫq; nouarꝫ cupida nullus satis profecto tetigit dolor/quin erecta sunt magis & in spem adducta quũ Meumethis & ferocis ingenii & adolescẽtis sceptrum longis iãpridem uotis exoptassent/Vulgus suopte ingenio auidũ rerꝫ mutationisq; maxima lętitia nunciata audiuit/Indéq; Ianizari/qui filii principis appellantur) armati p urbẽ puagantes (ea.n.licẽtia/uel puersa potius cõsuetudine in funere regũ gaudent) multa priuatorꝫ bona/christianorꝫ præsertim/atq; iudęorꝫ, quorꝫ inuisa turcis noia/impune diripuere, Cõfluxerant ꝑterea/& cõfluebant indies ex oibus partibus homines ad eã nouitatẽ rerꝫ/& nouorꝫ fasciũ spectaculum uidendũ, Quare uenienti cũ exercitu Meumethi incredibilis ꝓpé multitudo obuiã processit/sed Ianizari quos diximus primi omniũ/à quo quũ ex more ueniã scęlerꝫ/& rapinarꝫ factarꝫ in urbe æque facile/ac petiere impetrassent/acceptũ deinde intra mœnia ingenti lęticia/ac magno plausu uulgi in regiã perduxere/Tum ab omnibus summus princeps cõclamatus/& ornatus diademate/scętróq;/ac cæteris regiis indumentis in sedẽ paternã multis suppliciis populi/uotísq; repositus est/Aerarium/Aresauciq; ei eodẽ tenore traditi/Obediẽtia à purpuratis/& nobilissimis q̃busq; iureiurãdo ꝓmissa/aurũ/argentũq̃. passim per uicos oẽs diffusum/ac militibus magna uis pecuniarꝫ erogata, Ita uetustus mos gẽtis/& solẽnitas in faciẽdis regibus ex parte seruata est in Meumethe ex parte non seruata, Nã primũ omniũ consueuere principes turcarꝫ filios uixdũ pubertatis annos egressos ꝓcul à se/& extra Europã in longinqs Asię locis tenere/illa forsan rõne/ ne quæ uix ullã satis præterit ætatẽ, ꝑsonãq. regnãdi libidine parentibus insidient/Quũ uero rex ipse moritur/uel morti credit uicinus/ Satrapę/& alii quorꝫ maior auctoritas ad populum/& cura impii/atq; rerꝫ publicarꝫ/prout quisq; affectus est regię proli/nuncios/litterásq; alii ad alios mittunt/monentes de singulis/& sollicitantes aduentũ illlorꝫ ad modo nõ iacens sceptrum occupandum/Quinimo ea cõtentione purpurati/dũ amiciori sibi quisq; ex regiis liberis imperiũ seruare quęrit/litteras inter se/nunciósq; latẽter adhibita fraude intercipiũt/ne celeritate ab aliis præueniant, nũc aliis relinquo cogitandũ, Quibus uotis/quo libi/

Motus atq; tumultus in Adrianopoli ex morte Amurathis.

dinis ęstu iuuenes admoniti ad eã magnitudinẽ prẹmiorẹ undiq; proruãt/ Tamen qui primus littora Hellesponti cõtingit/uel ei regni insignia manent, nã ꝓdeuntes obuiã, Ianizari cætera deinceps (ut narrauimus) per securũ ociũ in eius potestatẽ redigũt/Cæteri fratres propellunt extra oẽs imperii terminos/ uel interficiunt, ne aliqua seditiõis causa supsit/Vnde fluxit illud apud ueteres/Fœlicius priuatis/q̃ regibus liberos nasci/ cęterũ istorẹ nihil Meumethi cõtingere potuit. Quũ néq; alii adessent fratres ad gubernacula impii apti/néq; ipse priuatus ex Asia/sed magnis uiribus ex hostili solo referret signa/ubi primũ (ut dictum est) militari consensu/ & totius exercitus sanctiõe rex fuerat designatus/Quare præter tumultũ/piculũq. ullũ quietissime impio est potitus/néq; ea lęticia populi multis diebus intermissa/ Abierat iã cũ dolore ipso nuper amissi ducis memoria obliti recẽtis ignominię/ac Epiroticæ fortunę omniũ animi/euanuerãt recẽtes clades/ac fumãtia adhuc funera sociorẹ, uixq. ullus deformati relliquias exercitus prę ea noui spectaculi pompa uidit/uel succurrit desipientibus lęticia/quod uirorẹ robur/ quã speciẽ ordinũ missent in Epirũ/& quã recepissent. Cęterẹ impatiẽs ocii/ ac insitæ ingenio crudelitatis Meumethis ad res impii aliąs firmãdas/alias innouãdas cõuersus primũ omniũ iuestigauit/an ꝓples alia extaret ex Amurathe, & frater ullus sibi alicubi terrarẹ educaret, in quẽ ex more gẽtis ageret, & regiũ odiũ expleret/Obtulisse ferũt Calybassam (ut noui animũ regis cõciliaret sibi) infantẽ Calapinũ noie sextũ agẽtẽ mensem quẽ ex Spõderbeii nobilis uiri filia nouiter in matrimonio sibi iuncta susceperat Amurathes, & moriẽs fidei hois cõmẽdauerat. Meumethes ubi adhibitis peritis mulieribus certã patris sobolẽ esse cognouit/necato illico infante funus eius honorifice egit/sicq. diri auspicia regni sanguine fraterno cõsecrauit, Alii pro Calapino alienũ puerum suppositũ à Calybassa dicũt/educatũq. illũ & postmodũ cũ relliquiis naufragii Byzantini Venetias allatũ/ac deinceps Romę Calyxti tpibus sub custodia in aula põtificũ fuisse, Ego neutris assentior/sed uix tolerabilẽ errorẽ in omnibus inuenio/quũ nõ uideatur simile uero, ut Amurathẽ octuagesimũ iam egressum annũ generasse filios dicamus ni hãc tã rarã liberalitatẽ naturæ nr̃a serit ætas quã in Masinissa illo/& Catone prisca experta sunt sæcula/ Vtcunq. sit/ haud in magno discrimine pono, dũmõ quod re ipsa fuit/diluceat, Libenter nãnq; néq; ipse errare uellem/néq; alios reprehendere/sed ea est historiæ norma & lex uersanda/discutiendãq; multa falsa mixta ueris sint/ quo uelut in purgatis aquarũ riuulis nitidior haustus relinquat ad hæc nr̃a ꝓperãtibus. Secutus eã sęuitiã Meumethes (ut nihil penitus de scæleratis eius initiis omittã) nouis quottidie criminationibus in purpuratos domesticósq; confictis/& nõnullis eorum crudeli supplicio sublatis/breui (quod iãpridẽ priuatus agitauerat) formidabilẽ se magis/q̃ regẽ decet/ac inuisum propẽ populorẹ animis fecit/ueterẹ sanctiones/ ac instituta maiorẹ/ & leges ipse suas domi/forisq; nuno corrigẽdo/nunc supplendo oẽs ferẽ inouauit/ Nouis uectigalibus subditos onerauit, & ad copias augẽdas/ac ærariũ locupletandũ magis q̃ alius quispiã animũ intendit, Nã (quod ad reliqua attinet uitia) inter cæteras eius sordes auaritia qd maximũ numerat/ut in uestitu/uictúq; parcissimũ

Att. uirtutes uitia / orisq; habitũ Meumethis/ac eaquę ipse i aulę spiciis regni sui circa purpuratos/ domesticos, ac ueterẹ sãctiones tã domi q̃ foris egit/ atq. seruauit/ & ad q̃ postmodũ aĩum suũ intẽdit.

fuisse dicant/Sagacissimũ supra hominẽ ingenium/ ac cupidissimũ rerꝝ magnarꝝ nemo illi nõ ascribit/crudelitate/& ferrea (ut aiunt) uirga omnes excessit mortalem, modicũ discrimen inter suos/extraneósq; fecit/uix mitior domestico/q̃ hostili sanguini/perfidia in homine maior nõ inuenta/non fidem ulli/nõ promissa seruauit/ sed nõ illecebris/omniq; libidinum genere ferox animus abstinuit / tamẽ sine cõtrouersia tũ pitus/ tũ fortis bellator/laboris/ac uigiliarꝝ patiẽtissimus/Relligionis simulator non ineptus/uinũ de more gentis non bibit/linguã/litterásq; Grẹcas Persicas/ & Arabicas calluit/ historias uersare/ audiréq; amor illi in uniuersa uita fuit/astrorꝝ/ ac syderꝝ præcipuus obseruator, ut omnia acta/ agendáq; sibi ad eorꝝ cursus referret/néq; defuit sẹuitiẹ/illius mixta quóq; quædã sẹueritatis/ac insticiæ species/ut puia omnia/tutissimáq; itinera eo imperãte essent/abolitũq; penitus latronũ/ac prẹdonũ nomen. Et (ut habitũ etiã ipsum oris/corporísq; perstringam) mediocris/uel modica potius statura tam ingẽtes claudebat spiritus/uultus animo non dissimilis/ aspectúsq; toruus/ terribilis/ nasus obcuruus/ pallidus color/corpus quadratum/ac mẽbra robustissima/eáq; uis brachiorꝝ, ut olim quũ apud Amurathem patrẽ Scãderbegus ageret ex omni regia iuuentute in arcu tendendo à solo eo adolescẽte adolescẽs superari uix pateret/magis fortasse/q̃ par erat/ad Mehumethem intendimus animũ/quãdoquidem non eius mores/uitamq̃./sed Scanderbegi scribere promisimus/Volui tamẽ in hoc cõmunis uoluptatis rationẽ habere/ quippe quũ non ingrata hæc posteris qualiacunq̃. futura putem, ut tam præclari ducis/ & hostis alioqui nominatissimi interiorem/exterioremq̃. habitum hic uelut in speculo positum haberẽt/ Quis néq; minima pars laudis nostri ducis in eo uersetur/quum eo magis fortunáq; uirtúsq; eius spectatior reddatur, quo magis hunc nunc deprimimus merito nunc extollimus.

Instauratio urbis Croiẹ/ Cõpatio ætatis Scãderbegi ad hãc nostram.

DVM sic hostiũ animi ad noui principis cõtẽplationẽ essent cõuersi, & eius cura ad domesticas res trãsmissa/Castriotus iterea instaurationẽ Croiæ, & murorꝝ reparationẽ maxima diligẽtia aggressus totos dies in eo opere cõsumebat/Muniměta uetera/quæ partim diruta/partim quassata/ nõ nulla etiam demolita erant/omnia renouauit, auxítq;/& in elegantiorẽ firmioremq̃. speciem reformauit/q̃ ab antiqua simplicitate fuerant constructa, Quũ nullus tormentorꝝ usus/nullum machinarum inuentum urbium salutem tunc infestabat/in militũ tantũ pectoribus/ & fortium uirorꝝ dextera omnia bellorꝝ munia erãt reposita/Atq; utinã adhuc tã insignis inuentor artis lateret, & eo munere nostra carerent sẹcula/plures fortasse Hectoras, plures Epaminũdas/plures Scipiones hẽremus, néq; tã prõpta deditio ciuitatibus esset, & passim ad perfidiã fidelissimorꝝ populorꝝ animi cogerẽtur/Quod si prisca tẽpora id genus insidiarꝝ sensissent/nõ eousq; uel militũ/uel ducũ pcessisset uirtus, nõ occisi laudẽ Hectoris Achilles/Aeneas turni/Tolũnii Cossus/sed humilis aliqs de plebe uir & uile mancipiũ habuisset/Non decẽnalis obsidio Troiẹ totius pené orbis oculos/uiréq; in se cõuertisset, & per oẽs ẹtates tot pclara ingenia excitasset ad scribẽdũ, Nõ Tarentinã tã diutinã oppugnationẽ miraremur, Segnius Saguntũ/Numantiáq; celebrarent/Taceretur Petilia in Brutiis/Non Pœni ducis furorẽ

obſcurũ Caſſilini oppidũ totiẽs cõtẽpſiſſet, Itaq; q̃tũ dedere inuentis ſuis hinc no/bis (ut aliàs multis laudibus extuli) materiæ ad ſcribendũ p̃clara nr̃oꝝ tẽpoꝝ in/genia/tantũ abſtulere inde/uel multo magis qdẽ/Iam non amplius uera apparere uirtus põt, Nullum gladio/nullũ ſcuto artificiũ omnia iſthęc uana, irrita oia, Quid melius? Eminus gerunt̃ bella. Sedendo nunc oẽs uincimus, quod de Romanis tm̃ olim dici conſueuit, cętera ut unde egreſſa eſt, eo redeat oratio. Ad portã ipſam ur/bis turrim ingentẽ ſolidiſſimã cõſtruxere non tm̃ prękrecta facies muroꝝ relicta, ne opportuna iniurię eſſet, ſed uelut iacẽs, ut facilius eluderet ictus machinaꝝ, Nos à forma pedis ſcarpã uulgari magis, pprio uocabulo eã appellamus, Tum reliquæ partes urbis intus, extráq; nunq̃ intermiſſo opere ſumma ratione reficiebantur.

Nuptię Scã derbegi, uer ba Meume/this i Scãder begũ / eiuſq. nuptias/Pro fectio Caſtri oti cũ noua ſpõſa p totã Epirũ/ Ma/cedoniãq./fũ dato noui op pidi ab eo/Ir rita pacis pe titio meume this à Scan/derbego.

Inter hæc agẽda purpurati, ac principes cõſanguinei Scãderbegũ quieſcere nõ ſi/nebãt, cupientes iã ad magis domeſticas res, & curã prolis ſuſcipiendę animũ eius traducere, quũ libera metu oia dicerent, exhauſta pericula, hoſtes tũ recenti clade/tũ nouis reꝝ motibus, & mutatione regis ab omni belli cura auerſos. Non defrau/dandos ulterius eo gaudio populoꝝ animos, ac ſubditoꝝ uota. Lęta præterea fore omnia/feſtiuáq; tẽpus ip̃m anni (erat.n.menſis maii, quo cuncta rident atq; reflo/rent) id ſuadere, Pateret̃ aliqñ & ipſe in eo uinci, gratũ magis id ſuis futurũ/q̃ me morabilẽ uictoriã de Amurathe / & oẽs fermẽ res ad eã diẽ bello geſtas, Caſtrio/tus quãuis inuitus eo ſe uelut uinculo illigaret/Tamẽ ſingula conſideranti magis è dignitate, utilitatéq; id facere uiſum, néq; reuocare id ſibi integrũ uidebat̃, quod priore anno itidẽ ſedulo petentibus fuerat pollicitus, Proinde nihil recuſans totius rei arbitriũ ad Muſachiũ Topiã ſororium ſuũ, & paucos cõſilii participes detulit, erat ea tẽpeſtate Harrỳanites cõminatus, (de quo alias diximus) inter oẽs regu/los Epiri, tũ imperii amplitudine/tũ uetuſta generis nobilitate p̃cipui nominis. nõ indigna eo patre puella Donica iãpridẽ ſermonibus omniũ inotuerat, forma (qd̃ nõ ultimo loco in fœminis ſpectari ſolet) elegãtiſſima, Quare nulla uel Scãderbe/gum cura de alterius nuptiis, uel Harrianũ de eligẽdo alio genero inceſſit, cuncta inter eos æquę facile, ac cogitata fuerant, acta trãſactáq; Dos ad arbitriũ ſoceri re/lata, & eo ſtatuẽte accepta, digna quã & ille daret, & hic accipet, feſtiuitas nuptia/rũ nõ dilata à Scãderbego, ſed eodẽ tenore & ducta in domũ uxor, & ſolita lęticia impartita populo, Principes uicini, ac quicqd fermẽ uſq̃ fuit Epiroticæ nobilitatis aut ipſi maxima põpa, & muneꝝ magnificẽtia ei ſpectaculo affuerũt, aut gratula tiones, nuncióſq; cũ lepidiſſimis miſere donis, Gaudebant oẽs duos potentiſſimos Epiri principem inter ſe eo nexu affinitatis iunctos, q̃ impoſteꝝ has uires unitas ſeruaturas ab omnibus iniuriis belloꝝ, periculíſq; ꝓuinciæ ſtatũ facile apparebat, Veneti magiſtratus, tũ legationibus, tũ muneribus ex publico gratiſſimi Senatus uoluptatẽ in eo oſtẽderunt, ac cęteri deinceps principes beniuolentiã ingentẽ, quã in aduerſis aperuerãt, in feſtiuis quóq; (quæ duo eſſe tẽpora ꝓbãdę amicitiæ dicit uulgus) cumulatiſſime ſanxere, Ab Alfonſo ita maxima omnia allata ſunt, ut re/cuſaſſe accipe Scãderbegũ dicãt, Coactũ tm̃ à purpuratis & legatis ipſis regiis ac/cepiſſe, dediſſéq; ad eũ alia nõ minora, equos, ſeruos, & cętera (ut cõſueuerat) bar/

barica ornamẽta, ac deuictorꝫ hostiũ spolia, Acta itáq; ea festiuitas pari fama/atq; pompa est, nã ad hęc ludi uarii generis cũ excellentibus prẹmiis propositi cupidã undecũq. glorię iuuẽtutẽ excitarunt, & auxerunt maxime eo spectaculo formã rei ipsi? celebritatẽ Meumethẽ néq; instaurationẽ Croiæ néq; eorꝫ quippiã latuisse dicunt, ac libẽter fuisse lęticiã nostrorꝫ pturbaturũ, sed domesticis rebus occupatum quũ semp ęgri aliqd in nouo regno oriret, tũ ad cumulandas pecunias, & ærarium locupletandũ intendentẽ coactũ ab ea cura abstinere, tamẽ interminandũ (ut dicatior erat) appellasse infœlices nuptias, & breue miserorꝫ gaudiũ, quũ omnia funestissimis pensanda lachrymis ꝑpropere diceret, Scãderbegus/q d' unũ restabat, accepto nõ ignobili armatorꝫ agmine cũ noua nupta aliquot dies in obequitanda ꝓuincia, & peragrãdis imperii sui terminis, ac uisitãdis urbibus, locísq; singulis cõsumpsit, Id quod multis iã annis ꝓp assidua hostiũ impediměta, & incõmoda bellorꝫ exequi nõ potuerat. Effusa undiq; multitudo/ac ꝓuinciales passim certa ęmulatione in eorꝫ aduentum noua genera spectaculorꝫ depromebãt, Cõciliare pro se quisq; uariis officiis animũ dominæ, & sic ad principẽ ipm aditũ parare studebat, nemo cõtẽptus est, nullus affectus spretus, Accepti pari uultu, & hi qui plenis, & q uacuis deficiẽte fortuna manibus, sed ꝓdigis tm animis uenere, Inter equitandũ/ & ꝓlustrãda singula Castriotus/quũ ad Macedoniæ uestibula, & ipsos quasi impii sui limites in Dibra inferiori uenisset ad locũ, unde maxime barbari irrumpere in Epirꝫ, & repẽtinis excursionibus impune lacerare res agrestiũ, atq; incautos opprimere cõsueuerãt, Nã licet nõ solus ille aditus pateret ueniẽtibus in Epirũ, solus tm fermé cõmodus, & ab ea potissimũ parte nostri quóq; infestare hostiũ agros solebat, Statuit oino in ea quiete, & ocio rerꝫ aliquo ingenio talẽ occasionẽ tollere hosti, & saluti suorꝫ ꝓspicere, Mons erat, Modrissum incolę appellãt, arduus atq; prę ruptus fines turcarꝫ ꝓpter sui altitudinẽ late prospectans, In eo castellũ ędificare/ & implere armatis in animo statuit, qui crepitu tormẽtorꝫ ueniẽtes hostes ꝓderẽt, eiusq; loci propinquitas unũ ex fuga receptaculũ suis esset, rem iãpridẽ conceptã/ & ꝓcuratã oibus modis intermissum tm ꝓp assidua bellorꝫ impedimenta, Igit nihil moratus, ꝑcipue, ꝙ nõ diutius uel ipse deliciis marcescere/uel militũ animos ocio & luxu imergi uolebat, Croiã petiit/iã ad calcẽ urbis instauratio ꝓuenerat, & reliqua opera murorꝫ cõpleta erãt, Acceptis itáq; cemẽtariis, & maiori parte artificũ/ simúlq; quattuor paulo minus milibus militũ/qui, si qua uis hostiũ ingrueret, arcerent à ꝓturbatione negocii Modrissam ire perrexit/Per summã tm quietẽ & cępta ea res/& finita est, néq; aliqd sub id tẽpus inouatũ ab hoste/Nã Mehumethes tũc utpote ultionis impatiẽs licet summo studio instauraret arma aduersus Scãderbegũ, tamẽ territus noui, & ꝓiculosissimi belli fama ex Persia, tũ ꝓp magnã potentiã gentis, tum funestissima ueteris fortunæ suorꝫ documẽta cõsiderans cæteris rebus omissis, ac quasi neglectis totus ad eam partẽ cõuersus erat, quẽ exitum motus illi essent habituri, quia tm Scãderbegi tot rerꝫ successus/& assiduę subditorꝫ querelę, diripi se quottidie à nostris cõquerebant, eũ perturbabant aliquãtulũ, primũ igit multis neqcq̃ minis/cõuitiisq. in absentẽ inuectus est, Postremo ad inaniora pacta

cum illo tentanda applicuit animũ, Missi itáq; oratores per eos dies, ac pax oblata Scãderbego, si tributum uellet impendere/quod Amurathes pater prius petierat/ Admonitus est de omnibus Epirensis, & de simulatione Ottomani, & de Persico bello ab amicis quibusdã/& de purpuratis regiis. Quare post aduentũ legati maximo animo omnia illi negauit/ Vix æquas se paci conditiones admissurum cum tyrãno, ne dum tam turpes, & inhonestas inquiens/Venisse se ea mente in Epiꝝ, ut solueret uincula prouinciẹ, & tolleret quantũ in ipso esset omne nomen seruitutis/ & nõ noua apponeret grauamina/fructum eũ solum tot laboꝝ, & periculoꝝ suoꝝ capere/ q̃ ab illius tyrãnide illam liberasset/ Si amicitiã eoꝝ uellet/ subiturum id onus fuisse, quũ omne pené Europæ/ atq; Asiæ robur in uisceribus/ quũ Amurathem cruentum in oculis/ac idipsum sedulo petentẽ habebat/Sat illis esse debere, quod ad eã diẽ exegissent, & eius ipsius tp̃is molestissimã fore memoriã sibi/Nũc aliũ reꝝ habitũ/alios hoies exortos, qui cogi tm̃ nõ ad eas sordes/ inuitari à nullo unq̃ mortalium possint. Sic re infecta legatus dimissus/Castriotus totus & ipse ad noui operis curã uersus quietos aliquantulũ hostes esse p̃misit, Sed parata iãpridẽ calce/lapidibúsq;, & cẹteris ad structurã necessariis breuissimo tp̃e uix semestri cinctum muris castellũ/simúlq; priuata quẹdã ædificia/ac militares stationes cõstructæ, reliqua indies ẹdificãda/ampliãdáq; relicta, non uallo/nõ fossa indigebat/munitissimus suapte natura locus/ac p̃pé inaccessus/eoipso de uiris/armis/& cæteris munimẽtis prouisum, Aduecta ex Croia tormẽta quædã/& ad certũ usum (ut diximus) data oppidanis, His sic peractis nostri ducẽte Scãderbego finitimos turcaꝝ agros ingressi uacua defensoribus loca/rebus quóq; cẹteris exuerũt. Pars Croiam cũ duce multa prẹda onusto cõcessit, Pars maior p̃sidii loco ad impii ostia (ut cõsueuerat) relicta. Nã licet ad salutẽ p̃uincialiũ multũ p̃ eã ædificationẽ castelli prouisum esset, tm̃ nulla rõne p̃sidiũ solitũ ab eis finibus reuocatũ, utpote quũ ille locus distaret à Modrissa. XIIII. amplius milibus passuũ/Præterea nõ eodẽ respectu, quo in Modrissa, tenebat ibi miles. Sed ad arcẽdas p̃cipue finitimoꝝ iniurias, & tuendã prouinciã ab excursionibus uicinoꝝ. In aduẽtũ uero hostiũ, q̃bus impar ad resistendũ id p̃sidiũ erat/uel p̃ iuga montiũ / & tutiora loca se recipiebat, uel in interiora prouinciẹ fugiebat/Vt uentũ est in urbẽ Scãderbegus cupiẽs in eo statu reꝝ/& occupationibus tyranni egregium aliquid facere, & imperii sui terminos/si posset extendere/Mox proceribus/ qui aderãt/ & militaribus quibusdã ordinibus cõuocatis/de rõne gerẽdi belli/& genere agẽdoꝝ corã eis in hãc sniam est exorsus. SAtis iã (ut arbitror) Duces/& milites fortissimi nouis saginati nuptiis, ab armis hucusq;/à bello/à uirtute ipsa cessauimus. Satis celebrauimus uictoriam illam ex Amurathe, dum nunc in publicis/nũc in priuatis uoluptatibus/nũc in reficiendis/ & nouis construendis urbibus tẽpus cõterimus/ Iam elapsus est annus, ex quo insueto marcescẽs ocio nõ hostem uidimus/nõ ullum dedimus experimẽtũ uirtutis, Nunc quóq; eadẽ fermé uitẹ ratio sequenda relinquit uobis/ni aliũ animũ induatis, & oblatæ melioris fortunæ occasionẽ melioribus cõsiliis apprehendatis/Barbarus nãq; (ut audistis) Persicis armis occupatus, oblitus iã Epiri est/oblitus nostri/

Castriot? ab soluto/ munitóq; nouo oppido hostiles agros ingressus oia diripit atq; incẽdit.

Adhortatio Castrioti ad proceres/ ac omniũ militũ ordies de regno ãpliãdo/ De rõne belli contra Mehumetẽ gerẽdi/& de genere agendorum.

cæterorũq. hostiũ, Pax uobis/ociũq. ad ſacietatẽ cõceſſum, Sed quid turpius for/ tibus uiris q̃ ita oportuno tpe abuti/Cuius maximę rei rationẽ reddere debẽt mor tales/Quin inuitare hoc ipſum potius ad arma cogere ad difficillima quæq. aggre dienda debet/dum alió uerſus hoſtis/uel Dii potius ipſi peruia uobis/& incruenta omnia oſtendũt. Hæc duo maxime tẽpora ſunt rerũ benegerendarũ/quũ uel aliis occupatũ/uel afflictũ uideas hoſtẽ/Quo in ſtatu res Mehumethis ſint (ut nulla ſit aliis fides) ſatis recens eius legatio declarauit/tributũ perfidus petiit, uel ſolũ pacẽ libẽtiſſime laturus, ſi daretur/ Negauimus audacter oia/nũc quo animo/qua rõne negauerimus reliquũ eſt demõſtrare/an & ferẽda ita ſemp Sfetigradenſis iactura? Cõcoquendę tot iniurię, tot impii deformationes ab Amurathe acceptę? Vbi fero ces minæ noſtræ ille, Quo ingẽtia cõſilia, & excelſi ſpũs abiere? Quantũ dilataui/ mus uerbis olim impii huiuſce terminos? Quantũ Macedoniæ ſubegimus? Quo/ uſq. turcarũ nomen inanibus inter nos colloquiis fugauimus? Sero hoc pacto/ſero albani priſcũ illũ rerũ decorẽ reſtituemus/libertatẽ uendicabimus, & cupita tã diu illa auorũ ſęcula effingemus/Dũ noſtri potius aliqd amittimus q̃tidie, & non ſolũ de ampliãdo impio, ſed nec de ultione qdẽ ulla tot malorũ cogitamus, Verũenim/ uero impediuit hucuſq. cogitatus noſtros neceſſitas/Impedierẽ maiora incẽdia, ac maxima quęq. rerũ momẽta/nũc ne ignauia/& negligẽtia nra ipediat enitendũ eſt milites/Quærẽdus aliqũ/quęrẽdus ptinaciter hoſtis/nõ expectandus ſemp/Modo uelitis/modo iubeatis/Non deeſt uirtutis exercẽdæ materia, nõ ingẽtis occaſio lau dis/En Sfetigradũ uos tãdiu uictores uidet/expectat/Deterret (credo) ſuperioris anni oppugnatio, & male tentatæ rei euentus/Néq; ipſe uos in eum laborẽ/& tam apertũ diſcrimẽ trahere uelim/ſed multa de ea difficultate tũ tot noſtræ uictoriæ, Tum Amurathis mors ipſa/& prę̃ſens hoſtiũ fortuna detraxit fortaſſe, Nõ deerũt ꝑterea tormẽta omnis generis/cęteraq. inſtrumẽta, quæ incruẽtis urbis/q̃ maxime fieri poſſit aditũ faciant ad hoſtẽ/Reliqua tẽpus ipm/& uiſus in oculis hoſtis doce bit/Vobis ego nihil ſine labore/& cruore ueſtro audeo polliceri/Hoc maxime prę cium & Dii imortales ab hominibus exigũt/Vix tñ tunc quũ fit/ ſentit idipm uir fortis/nedum priuſq̃ fiat formidet/Sed ſi Sfetigradũ abhorretis tantopę/ſunt alia oppida/& caſtella hoſtiũ nõ longe, qbus penſari id damnũ/& expleri deſideriũ no ſtrum poſſit? Eſt Belgradũ oppidũ pari/ uel minori fortaſſe abhinc ſpacio/q̃ Sfeti gradũ diſtans/nõ indignum qdẽ labore/& ſanguine noſtro/ſi uel prę̃mia/uel laudẽ reſpicimus/Pudere me ipm maxime omniũ debet/Quod iã agit annus/ex quo hic impito uobiſcũ/ & tot auorũ ſedes/tot cõſanguineorũ oppida, & Epirotici Imperii ornamẽta ꝑ eã ignominiã hoſti ſeruientia cerno. Igit hoc ſaltẽ quod ſupeſt tpis, ne labi diutius è manibus ſinamus/Sequamur Perſas & ipſi/ſequamur fortunã à diis imortalibus oblatã/Propagabunt ita impii fines/libertas ampliabitur/Vlciſcemur iniurias/ulciſcemur mala ueſtra, Et (qd pulcherrimũ cenſeo) ab ocio iuuẽtus igna uiàq; uindicabit/Eundũ/& ſi nihil acturi eſſemus, eundũ tñ putarẽ, potius q̃ quot/ tidie prædę cupiditate cũ Agreſtibus finitimis/& pecoribus pugnãdo militũ ani/ mos corrũpere/Non hac rõne Romanus Pontifex/nõ Alphõſus meus/& tot chri/

Quod duo ſũt maxime tẽpora belli in hoſtẽ ge/ rendi.

ſtiani Principes eam ad nos uim pecuniaq; cum ingentibus donis miſere, ut ocioſi domi inter cõuiuia/inter cantus/& nuptiales illecebras degeremus. Sed ut armati ſub galeis inter ſudorem, & ſanguinem uerſaremur.

Att. quid du ces/& milites in Caſtrioti adhortatiõe ſenſerit, & p cipue Vrana contes.

Hanc adhortationẽ Scanderbegi néq; ſubitus (ut cõſueuerat) néq; idẽ audientũ clamor, & aſſenſus eſt ſubſecutus, ſed interuallo quodã, & maxime interruptus/ut ſatis apparet alienos hominũ a'os ab eius uolũtate eſſe: Et licet pauci ſentẽtiã eius ꝓbarẽt, pudore tñ aduerſandi alius aliũ circũſpectans/nemo uocẽ emittere audebat/ſimul ne uel ignauior cæteris/uel timidior notaret', tũc ſurgẽs Vranacõtes. NEq; timor ullus inquit, néq; animi deſidia/néq; experta Sfetigradenſis fortuna ſolertiſſime dux nos hodie tanto pudore à cõſiliis tuis recedere cogit, Sed anni tẽpus ipm/tẽpus inq̃ id nõ facere admonet/ut primus ego huiuſce ignauiæ cõfeſſionem preſtem tibi, In quo ſemp maxima pars agẽdoq; ineſſe cõſueuit/En paq; iam autũni ſupeſt/uix delectus cõficiet', uix cęteris ad oppugnationẽ neceſſariis expeditis appropinquabimus muris, quod hyberna nos intẽpies cũ multis circũueniet incõmodis/cũ cœlo/cũ terra pugnandũ erit/Imbres/glacies/niues cupidum laudis militẽ tardabũt, & tutabuntur hoſtẽ/Nã licet incõmodũ ad omnia, iniquiſſimũ tñ oppugnationi urbiũ eſt id anni tẽpus, quippe quũ nõ paria nobis impedimẽta cũ hoſtibus ferat, Muris incluſi illi/tectiq; munimẽtis decertabũt nobiſcũ, & in affluẽtia omniũ req; facile altera manu pugnabũt, altera inſtaurabũt uires/nobis pertinacia ſola/& ꝓdigis animis utendũ erit/Quod n. ad tormẽta attinet/uidimus ſatis tũ in Sfetigrado/tũ cæteris urbibus q̃ paq; in hiſce ſit momẽti. & hoc ipm hyemis tpe minimũ futurum. Quare fugiendos ego maxime hos inanes conatus/& militũ pnicie cenſeo, atq; tẽpus fortibus ẽt uiris ſicut nautis expectandũ iudico, nõ detrahet hæc ceſſatio de animis nris quippiã/nõ hoſti addet. De Perſico bello (ſi efferre liceat/q d' ſentio) paq; omnino ipſe ſpei in ea re hodie pono/aut fama tñ uana eius belli erit/aut in aptius anni tẽpus eos apparatus reiiciẽt Perſę/Sed nõ ideo/ſi magis è dignitate/& utilitate omniũ ea ſententia uidetur tibi, cõſilia tua impedimus, Sequemur cupidiſſime quocũq; nos duces/aptabimus ſermones/dexteras/tẽpora ipſa ad tuã uoluntatẽ, Mites tecũ niues/mollis bruma, & leniſſima omnia ſunt futura/néq; labores/incõmoda/aut piculi genus ullũ ſub tuis nos grauabit auſpiciis. Facile Caſtriotus uolũtate ſuoq; animaduerſa, ut popularis erat, pſertim q; & uera multa dicebant', in eã ſententiã ſe trahi paſſus eſt. Relicto itáq; concilio/& dimiſſo milite oẽs domũ redire pmiſit/Ipſe cũ Ameſa, & paucis equitibus Petralbã pexit. Ibi nãnq; principio æſtatis uxorẽ reliquerat / id quod & omni deinceps impii tpe fecit, ut p æſtatẽ autũnũq; illic ſolatii cauſa reliquo tpe Croię maneret, pterq̃ in aduẽtu Maumethis/uel imodici cuiuſpiã exercitus/quũ de ſũma req; & impii ſollicitus Colchiniũ maritimã Venetoq; urbẽ, uel in alia longinquiora oppida cũ omni familia/& pręcioſiore ſuppellectili cõmigrabat. Planicies erat ſub caſtello ipſo pręcipue pulchritudinis/tũ ob amœnitatẽ naturæ/locíq; mirã/tũ exactiſſima hominũ cultura/& accolaq; diligentia/nõ arboris/nõ uitis/nõ frugis/nõ rei ullius egens, quę tellurem uel beant/uel ornant/Ibi cũ familia/& longis de more puellaq; ordinibus/

A B hac uoce uelut signo dato/undíq; sublato alacrior clamore ꝓcedere iã agmina cępere/Sed Scãderbegus nihil adhuc ipse mouẽs sistere signiferos, & redire ad sua quẽq. loca iussit/ Nondũ.n.de more prẽmissi fuerãt præcursores ad plustrãda rite singula/& occupãdũ castris locũ/Electa ad hoc tria expeditaꝝ equitũ milia/& Tanusio assignata, Qui mox abscissa omni mora discessit, & ueluti ex oculis hominũ euolauit, Cupiẽs si posset/celeritate ꝓuenire hostẽ/& in re improuisa egregiũ aliqd nauare ante reliqui aduentũ exercitus/Castriotus post hac ꝓcedẽtibus impedimẽtis cũ cęteris copiis sequutus est/Præuenerat iam fama prior, & instruxerat hostes de singulis. Quare nihil penitus uel ad insidias/uel ad apto marte sęuiẽdũ materiæ inuenere nostri/Nã agrestes/& quæ meliora in cãpis fuere, omnia iãpridẽ in urbẽ recepta. Et frumẽtũ omne (in medio.n.æstatis erat) demessum/ac cõtractũ intra mœnia ab oppidanis fuerat, Miles impatiẽs ocii, ubi néq; ad laudẽ/néq; ad prẽdã relictũ sibi quippiã uidit, ad iniiciendũ tectis ignẽ ꝑ agros, & reliqs satis, ac arboribus nocẽdũ discurrisset/Sed ꝓhibuit Tanusius nihil se tale á Scãderbego accepisse inquiẽs/Dispositis itáq; hincinde custodiis nullo néq; uerbo/néq; facto lacessens inclusos quietissime cõsedit sub muris/ Néq; ab oppido motus aliquis fuit in subiectos/Intus tñ procurata studiosissime oia/ac statiões (ut opepręciũ erat) diuisę/& ministeria sua singulis assignata/Prẽsidiũ tyrãni satis ualidũ erat, mille amplius militũ numerus/Christianoꝝ tertia parte maior multitudo uilium ad arma, nã infirmę ætatis sexúsq; capita nõ curata/Variatũ multũ sentẽtiis est ĩter regios, an id ꝓsidiũ christianũ eiiceret ex urbe, an retineret/Suspecta fides hominũ erat/Nã & ritus/ac ingenia diuersa/& alii quóq; dii/Omnia suspecta magis iure faciebant, Minuebat tñ eã suspitionẽ/quod relicti tãdiu ab Ottomanis præsidio urbis/& habiti honorifice essent/Néq; ullo satis tpe aliquod ꝓfidiæ indiciũ in illis fuisset deprẽhensum, Videbãt ꝓterea uxores/liberos/parẽtes ipsoꝝ/& fortunas oẽs uelut quædã pignora in manu sua esse, Igit multa in diuersum dubias mentes trahebãt/Præfectus cupiẽs & retinere illos in urbe, & efficatius aliquod fidei alienæ pignus hẽre/ac tuto (ut aiũt) tergo & sine respectu domesticę rebelliõis pugnare. Cõuocatis senioribus qbusdã christianoꝝ priuatim multa cũ eis tacita insinuatione suspitionis egit, & militũ suoꝝ cõsilia illis aperuit, Inquiẽs non sine seditione rẽ transiturã, ni aliqua securitate/& uinculo fidei illoꝝ animi sędarent/Se de officiis & fide ipsoꝝ nũq̃ dubitasse, neq. in ꝓsentia quicq̃ dubitare, & nõ minus spei in eoꝝ armis/q̃ in seipso, & regio ꝓsidio ponere/Sed hñdã rationẽ alioꝝ/neq. spernẽda postulata illoꝝ, quoꝝ res agebat, & ꝓcipue intererat unicũ tm̃ existimare se habere hostem, Conqueri Belgradenses nihil se tale ullo satis tẽpore cõmisisse, ut pœnitere

Turcas fidei ſuę poſſet/uel ſuſpecta apud quēpiā animorꝫ ſuorꝫ ſnia eſſet/Nullam ſubeſſe rationē/unde tantus timor pfidiæ ſuæ oriret,niſi ex eo q̃ chriſtiani,& Epirotici generis eſſent,ſed iniuria pfecto id obiici ſibi/an ſcilicet meliores ſe xp̃ianos ſub aliis futuros ſperarēt/Quū nēq̃ liberalius/nēq; indulgentius ritus/legēſq̃ ſuas ſeruare ſibi à quopiā pmitti/cōcediue poſſit/q̃ eouſq̃ à Mehumethe ſit pmiſſum/ Reliquas cauſas inanes pculdubio oēs eſſe,quæ Scāderbegū illi cōciliare proponerentur/Nunq̃ ſubiectū id oppidū Caſtriotus fuiſſe. Dedignari id iugū Belgradenſes/& prius extrema omnia,q̃ eā ignominiā perpeſſuros. Timeri id poſſe ſi aliqua Theodori ſoboles extaret, & cupidę ueteris fortunæ multitudini offerreretur/ Extinctā cū eo eſſe oēm Belgradenſium ſocietatē/ & cōſanguinitatē cū Epirotarꝫ gentē/ac Ottomanū abinde imperiū tā patientiſſimis/q̃ cupidiſſimis animis acceptū/libertatē ſe illi/patriā/uxores/liberos/parētes/corpora deniq̃,ac ſanguinē ſuū dicaſſe/ac deuouiſſēq̃/Nēq̃ habere nūc aliud certius pignus/uinculūué/quo fidē ſuā regio obſtringāt p̃ſidio,pręterq̃ id ipſum quod dediſſent Amurathi,Omnia in manu eorꝫ eſſe,Filios,uxores,fortunas,& qcqd charꝫ,iucūdúmq; in uniuerſa uita poſſiderēt/Barbarus nō tā quæ dicebant/q̃ animos/uultúſq; dicētiū cōtemplatus, accepit alacriter orationē/ſtudiāq; illorꝫ/tñ maximo ingenio pluribus adhuc actis/ trāſactiſq; nō prius eos dimiſit/q̃ ſatis magnū numerꝫ ex ſuis uelut obſides promiſſiſſent(Sic promiſſi pariter & dati ſunt/ac ducti in artē cuſtodiendi) ubi Turcarꝫ tñmō pręſidiū morabat/Miſiſſet profecto libēter eos ad aliquod oppidū uicinū/ uel Adrianopolim ad alligandā melius hominū fidē/ſed obſidione impediente nō potuit,Pacatis eo modo/ac firmatis omniū animis præfectus,quū ſtationes ſingulas obiiſſet/& perluſtraſſet portas/ac loca quęq̃ urbis/Et in foro iuxta morē ad uarias rerꝫ neceſſitates diſpoſuiſſet agmina armatorꝫ, excitare deinde ſuorꝫ animos, & iniicere ſuos quibúſq; ſtimulos fidei/uirtutiſq; his uerbis cępit.

Adhortatio urbis p̃fecti ad ſuos/ut urbē munirēt, fidem ſeruarent.

SI qd dicendū à Duce militibus in pręſenti hac cauſa erat Belgradenſes/Et ſi qd animorꝫ uobis ex me ſumendū fuerat ſumēdi ex me animi uobis, Præuertit certe id ip̃m p̃occupauitq; oſonē meā oēm oculis ſubiectus hoſtis / Nulla efficatior adhortatio/nullus acrior ſtimulus uel fortibus/uel ignauis illo eſſe pōt/Non hortatur uos ille/nō inuitat,ut facio ipſe,ſed urget,cogit ad arma/ Strinxit ferrū in iugulū ueſtrū/Attulit uincula iā iā impoſiturus,ſi iacentes inuenerit/Affert ampliora alia oibus publice/priuatimq; Scāderbegus/Videor iā uidere mihi inſolentiſſimū hominis aſpectum,& cruentū os illud uocantis uos ad ſeruitutē/Obturate/occludite aures/rogo p deos imortales,ad ſordidā uobis/turpēq̃ uocē/Non ore/nō labris ad ea,ſed gladio/ſed dextera reſpōdendū eſt fortibus uiris/ Appoſitis fortaſſe uerbis/ & honeſto aliquo prætextu ſocietatis pellicere ad ſe aios ueſtros conabit, & uelut uana & leuia mulierculaꝫ ingenia in ſingulas partes uerſare tentabit/Eodē ad oia uultu/Eadē ptinacia utendū eſt uobis.Luctuoſum pfecto eſt quo uis modo/Turpiſſimū autē ita libertatē paciſci,Et priuſq̃ ſanguinis aliqd forti uiro ſit profuſum eā exprimi turpis ignauiæ cōfeſſionē/Non ideo ferrū/armāq; ſumpſimus,ut uerbis expugnaremur/Non portas eo animo clauſimus & ualide fiximus,ut ipſi ape/

riremus/Aperiat tandē iter ſibi hoſtis/ſi fortuna ferat/ſed timendum hoc minus,q̄ nunc cœlum ruiturū/Quod ſi uel urbis munimenta/ uel abūdantes omnis generis cōmeatus/uel habitum ipſum loci/uel numerum ueſtrum/uel uirtutem ſpecto/totiens expectatū mihi huius belli euentū/& cupitā uictoriæ palmā certiſſimo mihi animo ſpondeo/Potuit Sfetigradum in medio quaſi hoſtiū ſolo/& præſidio adhuc minore omnem Epiroticū furorem tandiu contemnere,& Ottomanū nomen ſeruare in Epiro? Potuit Croia (liceat ex hoſte quóq; exēpla uirtutis petere) uniuerſum fermé Europæ/atq. Aſiæ robur tā cupide & audacter expectare, Ac proſtratis undiq; mœnibus omni nudata præſidio pertinacia ſola tam inſignem glorię titulū in omnia ſęcula promereri? Nos in rex omniū copia,ac fermé abuſu in proxima etiam ſpe auxilii ab Adrianopoli infame huiuſcemodi prædonū agmen non ſolutis undiq; animis bona cum ſpe aſpiciemus.

INflāmauit adéo ea oratio militū ingenia,ut præter multas (ut fit) Iactationes/ ſponſionéſq; fidei/nōnulli circa Præfectum circūfuſi,ſumma cōtentione poſcerent copiā erūpendi,ac congrediendi cū hoſte/ſed nihil cōceſſum, quū Scanderbegus in propinquo eſſe nunciaretur/néq; multū ſpacii inter hæc/& aduentū eius interceſſit/Quarta erat hora diei,quū exercitus noſter omnis contractus eſt ad urbem, & conſedit ſub muris in campeſtri loco/Pranſum primo per quietē/& curata corpora/tū impigre partite copiæ/& ſua quibuſq. loca aſſignata. Statuerat nanq. Caſtriotus eodē ipſo die oppugnationis initiū facere/ni pacati aliquid allatum fuiſſet ex urbe,Quindecim hominū milia erāt/VIII.equitū/VII.peditū/ Diſpoſita circū & per planum/& per montē omnia qui non multū arduus néq; erectus non pediti ſolū/ſed equiti quóq; ſatis cōmodā ſtationē præbebat/ſubducta eo ipſo tormenta/ & locata à peritis/ac oppoſita mœnibus diuerſis locis/ Ordinatis tamen omnibus nocti conceſſum eſt Intus multū de recenti illa hominū audacia aſpectus ipſe noſtrorx/& is præſertim apparatus machinarx detraxit/Adueniēte die ubi cōcuti muros erectis tormētis uidere,& nudari quibuſdam locis munimentis & propugnaculis urbē/ſimul cōſultantes/ſimul reficientes mœnia uariauere aliquantiſp ſententiis/an colloquerentur cū hoſte/priuſq̄ ad ſcallas/& militarē furorē res deueniret/ uerentes tueri nō poſſe urbē/Et ſi in ipſo ardore pugnæ id attentaſſent/hoſtem uictoriæ ſpe inflatum non conceſſurū/tamē renitente præfecto, quū nō dum talem uim periculi/& nunq̄ copiā eius turpitudinis defuturā diceret,ſuperſeſſum/ Idem & die ſequenti factū/Nam Scāderbegus nondū ſatis facta uia militi/per fracturā murorx/cominus adhuc nihil moliebatur in oppidanos/Demū elapſis duobus aliis diebus & urbe iā ruinis deformata/qua pte magis obnoxia iniuriæ erat,ſepoſitis tormētis/militū iā animis/operáq; agēdū ratus/poſterā diem ueræ oppugnationi/ atq; uirtuti præfixit/omnia apparari iubens/ut cū aurora ipſa ſuccederetur muris quod factū eſt. Cæterx inferentibus iam ſigna noſtris/& clamore ſublato procurſantibus ad hoſtem/Progreſſi illico legati ex urbe/& deducti ad Caſtriotum induciaseius primo peticre/quæ nullo negocio fuere cōceſſæ/Siſcitātibus deinde illis/ quas dedentibus ſeſe cōditiones eſſet allaturus/reſponſum quæ dedentibus debe/

Att.Aduētū Scāderbegi cū reliq̄ exercitu / & copiis ſuis ad urbis obſidionem.

Att.Oppidanorx iducias à Scāderbego ipetratas/ & chriſtiani exercitus caſtrorx poſſeſſionem.

rentur/Salua eorꝫ corpora cũ armis/& ſarcinulis eſſe uelle/Reliqua uictoribus de beri/Reuerſa legatio/& expoſita omnia/ac audita maxima omniũ moleſtia/quod tam grauia ſibi re adhuc integra ſtatuerentur/ quæ ſalute penitus in armis deſpe/ rata/& urbe feré amiſſa impetrare uicti facile poſſent/Mœſta ubíq; agmina/ac in certa quid agerẽt timore/indignationéq; in diuerſum trahentibus/Chriſtiani nihil mutire/ne dũ dicere auditi/licet prout cõditiones à Scanderbego propoſitę eſſent priuari ſe patria,& patrimoniis ſuis uiderent/Tamen ſi urbs dederetur/ſperabant facile ſibi quæcũq. petiſſent/conceſſurũ Epirenſem / Itáq; néq; pro conditionibus/ néq; cõtra eas interceſſere/ne qua etiã in eos ſuſpitio renouaretur/Rogati à Prę fecto quid de ea re ſentirent/Nihil reſpõdere,iuſſumq. ſe/non rogationẽ expectare/ Quod ipſe è dignitate/ac utilitate omniũ cenſeret/ſe & armatos/& inermes appro baturos/Multũ eius diei conſultando tranſactum/ Decretum tandẽ/ut menſtruæ induciæ peterentur/ Quod ſi per id ſpacium auxilium non haberent à tỳrãno/ni/ hil eſſent recuſaturi eorꝫ, quæ imperarentur ſperantes Mehumethẽ celerrime ad/ uenturũ/néq; paſſurũ eam ignominiam quẽ ante ipſam Tanuſii aduentum de eo apparatu in ſe cõtracto præmonuerant/Et ſic libertatem ſe/ac ciuitatem incruen/ tos ſeruaturos/Quod ſi negaſſet id hoſtis/accuendũ ferrũ/animóſq;/ & pertinacia aduerſus pertinaces utendum/Remiſſa itáq; ea legatione in caſtra/Scanderbegus deridens eiuſcemodi poſtulata/ſanius deliberare de omnibus & apparari ad bellũ iuſſit/Deinde ubi obſtinatos/ & uix quinq. dies ei tẽpori detrahentes uidit/ acrius exarſit. Sed nox interueniens diremit eas actiones, Purpurati quidã/& periti mili tiæ uiri non reſpuendas omnino eas incluſorꝫ conditiones cenſebant / Videndum tamen an minui id tempus ab eis petitum poſſet/Allegantes difficillimam oppu/ gnationem loci, Quũ & mons in cacumine,quod urbs amplectebatur/nõ ſatis tu/ tum aſcenſum ex maiori parte pręberet pugnaturis/Et lapides uiui circum pluri/ bus locis aſſurgentes/ac opere humano in munimenta deducti cõtemnerent omni no & ueluti eluderentq. ictus machinarꝫ/ Ex eo euentum belli tardiorem aliquan/ tiſper/& rem longiuſculã futurã,uel darentur induciæ oppidanis/uel nõ darentur/ utróq; modo credere ſe auxiliũ tỳrãni/eó loci acceſſurũ, Magis tamen piculoſum fore,ſi & occupati forſan/& feſſi offendantur/ Si uero uel non ueniat/uel tardet id præſidiũ/ incruentos ſe/& ſine militũ pnicie potituros urbe/Si ueniat/tpe uſuros/ & occaſione/Aptiſſima ſibi oĩa ad pugnã/ad uictoriã/ad laudẽ eſſe/Nihilo maiori bus ſe copiis memorabilem illã cladẽ Alỳbaſſę infligiſſe/Immemorẽ pręterea tũc Epiri/ac oblitũ feré omniũ Mehumethẽ præ Trabiſondei impii cupiditate,Non alia rõne putare ſe/obſeſſos id ſpacii ad tradendã urbẽ petere,niſi ut Tỳrannus tã ſubitã/& ignominioſam eorꝫ deditionẽ nõ poſſit arguere,Et pfugi olim/ac rebus oĩbus exuti uenia apud eũ/& miſericordia aliqua digni uideant/Subridens ad ea Caſtriotus,Saginatos tot uictoriis Epirotas/delicatiores factos eſſe inqt/Supiore anno frigoribus/nũc caloribus nimiis impediri/Opus eſſe(quod dii omen prohi/ beant) aliqua fortuna,quæ eã ignauiã/& torporẽ excutiat animorꝫ/Credulos etiã plus nimio appellans eos prioris tpis haud abſimilẽ Sfetigradenſium pfidiã fuiſſe

inquiēs. Quid facturos demū/si quū tēpus pfixū negocio aderit/uel coctam tacite fraudē/uel mutatos hominū aios sentiāt/Daturos penas eius credulitatis/& amissi iacturā tpis nequicq̄ dolituros/ac pendendū tandē interim ex hostiū uoluntate/fi/déq;/qa tamē uera multa pfertim de difficultate oppugnatiōis/ac occupationibus tyrāni dicebantur/nō ideo se qd opus facto esset differre debere, & si aliqs interim apparuisset motus ab Adrianopoli sat egregias uires suas ad se defendendū/& ad omnē iniuriā excludendā esse. Dibras pterea Mosis pfidio tutissimas esse dicebat/passus est tñ & ipse trahi in eā sententiā. De tpe multis ultro/citróq; transactis de/níq;. XVI. dieq; interuallū cōcessum/Sic re cōposita cū oppidanis Castriotus pri/mū omniū pter cæteras custodias à Tanusio prius dispositas. XXV. milites super monte quodā nō pcul misit ad latiorē securitatē suoq;/ut uisum à longe hostē sublatis accensis fasciculis p̄/deinde ipsi aduolantes proderēt/quo spacii aliqd militi ad instruendā aciem & arma sumēda foret/Hoc pacto deinceps ut meliora exercitui statiua faceret/& sepatis aliquātisper tentoriis respirarent agmina ab iis caloribus qui tūc uigebāt ipse cū Amesa/& nōnullis purpuratis/retētis tm̄mō tribus equitū milibus/& mille peditibus montē tenuit proximū oppido singulis summa ratione dispositis & tormentis quibusdā in procinctu habitis/ne impetus aliqs in se ab oppido fieri posset/Musachiū/& Tanusium cū reliquo exercitu in subiecta planicie maioris cōmoditatis causa castra transferre iussit, & quiescere ab armis/cæterísq; operibus militē/donec præfinitus oppidanis dies aduenisset.

## MARINI BARLETII SCODRENSIS SACERDOTIS DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI EPIROTARVM PRINCIPIS LIBER OCTAVVS.

ELLESPOnti propé in littore ipso/& transfretantem iam in Asiam Ottomanum ad Trapezuntium imperiū sibi uendi/candum multiplex/néq; mendax fama Belgradensis obsidiōis inuenit/Cōquerentē maxime & iniquo ferentem animo quod tā ingentis parate facultas gloriæ sibi eo impedimēto è mani/bus quasi eriperetur/quē etiā non sine stomacho dixisse ferūt. SEmp Epirus aliqd mœsti rebus nostris affert/Moxq. Asiaticis rebus tūc omissis & in alia die prius dilatis toto animo Belgradi curā suscepit/ Non defuere qdā ex satrapis, qui minime interrūpēda ea cōsilia suaderēt/néq; tantā rē/ac tā insignē apparatū ob infamis unius Epirotici oppiduli piculū ptermittēda. Mehumethes aūt nō id exēplū se à maioribus suis accepisse inquit/ut dū plus nimia forsitan cupidi/tate appetit aliena/sua indefensa & iniuriæ exposita relinquat/Sordidam uictoriā oēm/& nullius se momenti quātācūq; gloriā putare quæ minima alicūde ignomi/

Tyrānus audita Belgradi obsidione/omissa omni alia cura, totus in eā solūedā est cōuersus.

nia deformetur/ampliandũ ne hinc imperiũ expedire amittendũ indeꝰ Quẽ uero ſuoꝝ quieto animo pugnatuꝝ in Aſia/ubi inſultantẽ Macedoniæ/& lacerantẽ cor pora ſuoꝝ nepharium trãſfugã aſſidue credatꝰ Multũ laudis/plurimũ prædę fore apud græcos/ſed maiorẽ iacturã ex Belgradi amiſſione/q̃ cõmodũ ex totius acqſi tione Aſiæ uideri ſibi,& eã famę rationẽ p̃ſentibus poſteriſq̃ hoĩbus ab impatori/ bus uelut ab optimis tutoribus exactius reddendã eſſe/ Trapezũtiũ p̃terea nõ fu/ gere,Belgradũ ſi auferatur/recupari difficile poſſe/Extinguẽdũ prius eũ ignẽ ne cõtẽptus uires ſumat/& cõpeſcendũ furorẽ inſolentiſſimę gentis Croiã documẽto omnibus eſſe debere/quæ inultis adhuc cladib⁹/& malis ſuoꝝ maxima Ottomani nois ignominia ſtet, & tm̃ eo titulo uelut inſignita iter cęteras Epiroticas urbes ca put efferat,Inſtare tũ illi/ Munitiſſimũ rebus ſingulis id eſſe oppidũ/p̃cul abeſſe, ut ulla ſatis uĩ expugnari queat/uel decernẽdũ id auxilii Belgrado, ut nẽq̃ ipſum q̃cq̃ patiat/nẽq̃ Aſiaticũ negociũ interpellet. Sed nulla rõne ſuadere q̃cq̃ potue/ rant/aut obſtinatũ eius auertere ab Epiro animũ Belgradenſis obſidio/& ignomi/ nia ſola totũ hauſerat hoĩs ingeniũ, Ita nullũ hoium genus diligẽs magis eſt & an tiũ ad impiũ cuſtodiendũq̃ turcaꝝ natio,& inſignẽ in oĩa ſęcula iniuriã credũt/ſi uel lapidẽ unicũ ex rebus ſuis ſine ultione ſuſtulerit hoſtis/uel aliquid innouauerit. Multa de his exẽpla licuit ſemp, & quottidie inſpicere licet, Illud obiter nõ pige/ bit referre,de quo recẽs eſt hominũ memoria. Quũ Pãnones quos hungaros nunc uocãt iuxta Danubii rippas turrim quãdã ligneã/rẽ prſus memoratu indignã con ſtruxiſſent/ad uarias neceſſitates & priuatas magis/q̃ publicas cõmoditates. Audi tũ id Paiazetes iſte ita ęquo aĩo ferre nõ potuit,ut exercitũ ualidiſſimũ/& impen/ ſas maximas ad eã rẽ ſubuertẽdã facere ſit aggreſſus. Nẽq̃ eo cõtentus ipſe impa/ tiens ultionis illuc maximis incõmodis cõuolauerit,Ceſſit pariter, & deriſit hoſtis egregiũ eius rei ſpectaculũ/nẽq̃ multũ id dãnum,aliaſq̃ ob eã cãm depopulatiões ſibi factas cõqueſtus multas illi tales uictorias libẽter impẽcatus eſt,An laudãda ſit diligẽtia/ an uitio dãda euentus ipſe reꝝ ſané docet. Nos timendũ nihil credimus/ donec ad cubiculũ, & puluinar ipſum irrepſerit ignis/Quo fit/quod dum craſtinã ſemp aquã apparamus/præſenti cõflagremus incẽdio. Cõſilio igitꝰ/quod maxime ad id reꝝ genus accõmodari ſolet,uſus/ex eis copiis. XL. equitum milia Sebaliæ cautiori, q̃ audaciori duci decreuit,exercitum/& numero/& uirtute hominũ pul/ cherrimum/& firmiſſimum. Aegit deinde cum illo Tyrãnus non adhortationibus modo/ſed p̃cibus quõq̃/& q̃ efficacibus potuit uerbis, ut quicqd animi,uirtutis, induſtriæ uigilantiæ in eo eſſet/tunc maxime oſtenderet/In euentũ belli proſperꝝ/ ac liberationẽ ipſam urbis/dona ingentia/ac excelſi quiq̃ gradus dignitatum pro/ miſſi/p̃ſertim ſi Scanderbegũ aut uiuũ/ aut occiſi ſaltẽ illius caput attuliſſet,& ſic finẽ Epirotico bello impoſuiſſet. Cæteꝝ hanc rem aliter etiã tranſactam inuenio/ duõſq̃ ex eo exercitu longe fortiſſimos uiros,Ahmath/& Barach eoꝝ noie erant, acceſſiſſe ſponte ad regẽ,& in exitiũ Scanderbegi ingentẽ ſummã pecunię ſtipu/ latos/atq̃ maiorẽ promiſſa prçſtantem animam/& prçcioſum plane corpus,quod tanti æſtimet auarus/Sebalias reipſa magis/q̃ uerbis conſilium Tyrãni amplexus/

Att. Qua iu/ ra/ Solertia/ & celeritate Sebalias prę miſſo clã nũ tio ad belgra dẽſes id mu/ neris & ne/ gotiũ a Meu methe ſibi in iũctũ execu tus ẽ/& q̃ p/ pe maxis co piis ad Bel/ gradi obſidi onẽ ſoluẽdã cõuolauit.

factóq; ad ea peragẽda opus esse ratũ/nihil fermé moratus tollere præcipua cele/ ritate signa (ut opus erat) iussit,& militi quærenti quo diceret Epiꝗ ostẽdit. Ni/ hilominus ipse de ea re/q̃ Meumethes anxius/Belgradũ illi ubiq; uigilãti/in som/ nis/noctes diésq; ante oculos erat. Quare ueritus/ne inclusi rem sibi integrã nõ ser/ uarent,& cupiens dubios cõfirmare ac implere spe,pximi auxilii uix relicto rege/ expedire celerrime nunciũ ad obsessos cũ litteris statuit. Sed uix inuentus/qui id muneris acciperet/& tã apertũ periculũ subiret,licet ea promissa proposita forẽt/ ut (quæ mortaliũ libido est) non allicere possent/ sed cogere quẽcunq; ad accipiẽ dum,Nuncio equs (ut par erat) qui pernicior inomni exercitu eligi potuit,ad eã rem datus,qui diebus/ac noctibus omni labore/ac tẽpestate contẽpta/tribus paulo plus diebus ad oppidum quoddã turcis parens/CXXV.milibus passuũ procul à Belgrado,cui Girocastro nomẽ est/aduolauit,Nã de mutandis equis id statutũ est à Tyrãno pro istis nunciis, quos appellant Vlach turcæ,ut quicũq; intercurrendũ offeratur/nullo personaꝗ discrimine habito/ex equis statim desilientes poscẽtibus illos tradant/& sic frequẽti mutatione/recentibus semp equis incredibili celeritate peragũt iter/Ibi re cõmunicata cũ magistratibus loci/ cõsilio eoꝗ usq; ad aduentũ noctis mansit/Tunc demũ equo relicto/mutatóq; habitu pedibus profectus den/ sissimis tenebris nõ procul ab urbe se collocauit fallendę ibi custodię/& Scãderbe gi agmina erant,Nam reliquæ campestres copiæ,& Topiaꝗ castra remotius sta/ bant/q̃ ut sentire possent/Facile tamẽ elusi oẽs, qm̃ declinata eius statione ab alia parte montis,ubi difficillimus aditus erat,maximo silentio præterlatus uix quóq; sentientibus suis/ muros subiit/sibillo dato uocatis/ allocutísq; custodiis cognitus/ & fune demissa acceptus illico in urbẽ est. Circũdauerat iã undiq; multitudo eun/ tem ad præfectum,Et qd attulisset præsidii/Quid spei pẽdentibus animis expecta bant/ac sedulo pcontabantur,In propinquo enim erat finis induciaꝗ/& tẽpus mi grandi ex urbe,Prę̃fectus summota turba/& silentio omnibus indicto paucis tan/ tũmodo eius cõsilii sociis assumptis audiuit per ociũ hominẽ,& lectis demũ litte/ ris,fidem singulis,quæ dicebantur,letissimus adhibuit. Decretũ insup inter Prin/ cipes p̃sidii fuit de defendenda/si opus esset/ferocissime urbe donec Sebalias ad/ uenisset/ Die orto imptiendã publice eam lęticiam censuere/ cõmunicata itáq; est inter oẽs non per clamores/& uoces prę̃conium/sed per prę̃fectum primo in foro, dehinc aliis per alios,& tegi res cautissime iussa,ne quicq̃ persentiret hostis,quẽ tũ ludificare de termino data proposuerãt/tum incautum opprimi cupiebant,Tamẽ dum silentio fallere nostros conantur,alio clamore indicio se ipsos prodidere. Nã uerentes Sebaliã ad diẽ sibi dictum non affuturũ/& aut deditione/aut defensione opus fore/Fracta quibusdã locis mœnia,& munimenta tormentis disiecta solliciti reficere/atq; instaurare incipiũt. Sensit Castriotus/& cõiectatus fraudẽ ualde indi gnatus iã propior ad oppugnandũ fuit, Sed qa uix triduũ deerat ad euentũ cõdi tionis,sedato aliquantisper animo nuncium ad obsessos mittit acriter obiurgãdo, Quod stante fœdere inter se icto aliqd innouarent, & id apertũ signũ latentis ali/ cuius p̃fidiæ esse/aut mox cessarent ab opere/aut hostilia omnia si paterentur non

fidei ſuæ/ſed ſibi ipſum imputarent. Paruit oppidanus, & abſtinuit prorſus ab iis, quæ uidere hoſtis/aut ſentire poſſet/Cętera néq; interdiu/néq; per noctem omiſit/ in cóuehenda intus terra, & firmãdis aggeribus fundamẽtis muroꝝ/ac præparandis lapidibus/& alio miſſiliũ genere poné muniméta, Quantũ ſpes pót in uariandis mortaliũ animis. Modo uiſus ſolũ hoſtis tm̃ ignauiæ integris iniecerat. Nunc quaſſatis undíq; muris, & nudati eouſq; pręſidiis munimentoꝝ parantur in hoſtẽ, & eo maioribus iraꝝ ſtimulis exarſuꝝ. Quod fractam ſibi fidem ultore gladio iure queat expoſcere. Procurſant tamẽ ſeduli per muros/per priuatas ędes/ac publicas/ & loca quęq; eminẽtiora urbis, ſicubi tã expetitũ/& ꝓmiſſum ſibi pręſidiũ cóſpiciant/ſi puluerẽ/ſi ſtrepitum aliquẽ uenientiũ notent. Omnis ſexus/omnis ætas ad id maxime intenta, Plus aſſueto uident oculi, & ab ea tantũ parte immoti hærent. Quicqd uel offeratur/uel perſtrepet ſenſibus/omnia Sebaliã/omnia deos ſuos eſſe credunt. Eadẽ ipſa res, quæ ſpei oppidanis/timoris noſtris cauſa erat. Proſpectant & hi ſolliciti cacumina locoꝝ cuſtodiis ſuis aſſignata/An ramus/an ignis/an ſignũ aliquod nunciet arma capienda/ſternendos, frenandóſq; equos, quos neq; ſtratos ſemp tenere poterant, neq; ipſi ſtare armati/deficiẽtibus pené corporibus propter anni tẽpus maximis caloribus incómodũ. Prius tamẽ hoſtilia ſigna/clamoréſq; q̃ aliud quippiam uel uidere/uel audiuere, Tanq̃ nautę quãdóq; in medio mari deſixis in uexilla ſua oculis pinacula multi dicũt iampridem hærent, expectantes qua parte moueant/Quis ea uetus agat, ut uella, ut antẽnas expediãt/cæteꝝ ſubita tẽpeſtas exorta, quã nó nebulæ/nó æquoris frçmitus/nó minæ aliquæ cœleſtes præceſſere, nihil tale timẽtes obruit/diſiicit uella/ac rudentes è manibus excutit, & properantes ad miniſteria ſua turmas, ſatagẽtes hos, parãtes illos nullo ordine oppримit, ac rebus tandẽ deſperatis omiſſa cæteroꝝ cura priuatæ ſaluti hoies conſulere cogit. Sic mirantibus noſtris ſup capita quaſi ipſa gladium extulit hoſtis, Mirari ęque & me cũ illis nó imerito mehercle ſubit, quomodo talis apparatus, & tã propinquus aduẽtus Barbari celatus eouſq; ſtare potuerit/ut nó flumina/non lapides ipſi proderent. Ita forſan uolentibus diis qui (ut inquit ille) ex altero dolio/continuũ fortunæ ſucceſſum/interpellare uoluerũt. Nullo fermé bello defuere tranſfugæ exploratores/litterę/& occulti nuncii ab amicis Scãderbego/tunc omnia ęque deſiderata ni id forſitan fuiſſe cauſæ dixerimus/q; parato iãpridẽ in gręcos aſiaticos, & habito ad manũ exercitu ea celeritate actam rẽ, ut nó potuerit fama aliqua pręuertere ueniẽtes, ſicut in parãdo/& cóficiẽdo delectu uſu fieri cóſueuit. Litteræ ꝑterea/& nuncii nó ſunt id negocii genus, ut ſemp poſſint recte expediri, Et inuidere fortaſſe ueteres amici glorię uiri, quẽ eouſq; extra auitos limites efferentẽ caput ęquo animo ferre nó potuerũt. Sed hæc ſicut incerta, ita nó ſatis audacter cófirmãda nobis, At recenſenda tamẽ ſunt, ut negligentię ſaltẽ aut tarditatis crimen euitemus, Nam ſi qd minus ueꝝ dictum fuerit/excuſabit iuſtiſſime nos ea auctoꝝ penuria, in qua paucis aut nullis extantibus ſcriptis uix aliud propius uero elici potuit. De cuſtodia quóq; illa, quæ in opportuniore/& clariore proſpectu erat, & exqua potiſſimum pendebant oculi noſtroꝝ, uariant homines. Alii enim corru-

Att. Oppſſionem/& cædẽ chriſtiani exercit⁹ ſub Belgrado. Mortẽ Muſachii, Cóſiliũ & uirtutẽ Caſtrioti, q̃ tũc maxime enituit & oia priora fortitudinis opa longe ẽ ſupgreſſa.

ptos promissis/& muneribus ab hoste illos dicunt/alii negligẽtius perrãtes quosdã per amœniora loci/quosdã dormiẽtes ab antesignariis hostiũ oppressos/& sic occi sos oẽs/priusq̃ aliqd de cõstitutis signis facere potuissent/ Quid credã ipse nõ satis indicare possum,nam pfidiq̃ sicut nullã cãm/ita nõ facilẽ adeo eã rẽ puto fuisse,nã quod facile forsan fuisset in paucis/difficile pfecto in eo numero existimandũ ui/ detur.Occisoꝝ quóq; nulla cadauera/nulla uestigia postea uisa/ Quãobrẽ non de/ sunt/q captos eos nõ iniqua rõne asserãt.Aliæ custodiæ non eã partẽ obseruabant/ unde piculũ fuit,& quæ obseruabãt/ nõ poterãt ueniẽtes/nisi in ppinquo aspicere hostẽ.Hi itáq; aliquantũ spacii pbuere stationibus ad se instruẽdũ,Non potuit de more lõgius spectatores mittere Castriotus/néq; prospicere melius saluti suoꝝ/ ne incolaꝝ insidiis/uel apta etiã ui tollerent quũ omnia ubíq; hostilia essent/Pręsidiũ illud mõtanũ/& uel negligẽtia (ut diximus) uel pfidia hominũ cã totius mali fuit ac decepit exercitũ/Ita ut Musachiũ/cuius uiciniora ad accedentẽ hostẽ tentoria, & primũ uenientũ impetũ exceptura erãt/ iterãtibus/& clamãtibus custodiis ad/ esse turcas/& puluerẽ fermè ostẽdentibus grauatę credidisse dicãt/Tamẽ hũc ipm nõnulli alea ludentẽ cũ cõturbernali quodã ex regiis/dormientẽ aliqui inuẽtũ asse uerant,& iminente tandẽ hoste,quũ ascẽdendi equi spes/atq; copia pcisa foret/pe dibus effusa fuga petiise montẽ/sed mox oppressum/Nos & tẽpus licet angustissi mũ ad equũ/ad arma capiẽda habuisse/& acriter dimicãtẽ inter primos cecidisse accepimus,& illius interitũ/principiũ fugæ fuisse, Nã quũ apparere iã signa ho/ stiũ/ & pcursare antesignani uiderent,Ipse instructis (ut potuit) copiis dubius p tã de pugna/q̃ de fuga fuit/ sed quia pp nimiã hostiũ uicinitatẽ nihilo incruentior hæc futura apparebat/pterea nõ ratus eã hostiũ multitudinẽ/ nollens deniq; Scan derbegũ cũ cęteris,qui in monte erãt,relinquere,excepit acerrime impetũ uenien tium,ac integer animi/uiriũq. aliquãtisper oppetẽdæ mox ultionẽ mortis sua ipse dextera sumere uolebat,Sed ubi cadẽtibus undiq; sociis nudari omni psidio latus/ & inanẽ uirtutẽ suã/inanẽ ptinaciã uidit/citato equo sępius sequẽte milite fugere ĩ montẽ conatus est,Nullus enim alius locus ppé erat/ubi differri/ne dũ euitari id periculũ posset/Occlusis tñ oibus ab hoste itineribus/& uelut circulo sæpius tũ de mũ uirtute in rabiẽ uersa ipso audacię miraculo hostẽ deterruit/Tanusius Thopia licet ab altera parte & ipse uix minore arderet incẽdios miseratus Patruelis casum omniũ oblitus/ac uelut amẽs dolore aperire uiã illi facto in hostẽ agmine pluries tentauit,Sed ubi irrita oia, & eã tantũ pietatẽ pstari homini posse aduertit,ut so/ cius illi caderet/saluare tũ reliquos/& colligere circa se/ac hortari ad fugam cępit. Idẽ Tanusius ginachius ac cæteri fecere/Vix tñ quicq̃ piculi/ uel sanguinis dimi/ nutũ p fugã,nã partiti/& effusi undiq; hostes,hi circa Musachiũ,donec aliqd sup/ esset relliquiaꝝ/Alii circa fugientũ agmen cęptũ semel uictoriæ tenorẽ nusq̃ inter pellabãt/Scãderbegus cuius remotioria castra aliquãtũ ab ea iniuria fuere,sępius descẽsurus ad sociis quoad poterat auxiliũ ferẽdũ/uel cũ eis gloriose cadendũ su/ stulit signa/Tamẽ rogatus à suis/ut occasionẽ aliquã captaret erũpendi,néq; in eã apertũ discrimen/ & certã mortẽ rueret/Infrendẽs dentibus,& ore iãdudũ cruen/

Diręptio pu gnæ christia ni/& barba/ ri exercitus. Fuga Castri oti/Numer cæsorum ex christianis/ rumor cladis nri exercitus per uniuersã prouinciã. Defectio mo seos ad tyrã/ rannũ,& di/ scessus Seba lię ex Epiro.

tato nunc huc/nunc illuc crebro ferebat motu/Nã ferunt de eo illud quóq; dignũ memoratu/Quũ initurus prœliũ foret/uel in ipso etiã pugnãdi ardore/ṗter cætera mirabilia mutati uultus signa/labrũ inferius scindi solitũ cũ copia multa sanguinis/quod etiã né dũ in bellicis rebus sed ciuilibus quóq; negociis frequẽter uisum/quũ ṗtermodũ excãduisset/Barbarus. Musachii copiis cũ duce ipso cõcisis Tanusium/cæteróſq; fugiẽtes effusissimo cursu sequebat modico subsidio post terga relicto, Hinc forsan credi põt montanas copias nr̃as ab illo non curatas/ceu partim occlusas/partim quæ expedita cãpestri uictoria/facile intercipi possent, aut ita forsan trahẽte ardore, & studio insequẽdi reliquã rei bñgerendæ occasionẽ amiserũt. Tũ Castriotus ubi nõ multũ ṗiculi ponẽ uidit/dispositis/ut in eo tumultu/summo cõsilio copiis/ac pedite intermedio accepto relictis oibus descẽdit in planũ/Ex oppido nulla usq̃ eruptio uel instantẽ eũ uel discedẽtẽ facta. Quod satis mirãdũ est/quũ eã ubiq; uictoriã suoꝝ & tuta quasi omnia uiderent obsessi/Timuere (ut plęrunq; fit) eos qui nõ minus timebãt/Tamẽ Scãderbego discedẽte mox apta urbs/& multitudo ad diripiẽda castra discurrit, priusq̃ uictor miles ad eã prędã aduolaret/rapta per ociũ omnia, & tormẽta multo clamore/lęticiãq; tracta intra muros. Scãderbegus relicta Musachii cura, ubi ultione potius / q̃ auxilio ullo opus erat, in insequentes maximo impetu delatus simul lacerabat hostiũ terga, simul clamabat suis, ut sisterẽt gradũ/& nouo auxilio uterentur. Agmina turcaꝝ, quæ in subsidiis fuere/& cũ Musachianis depugnauerãt, omissis sociis/nostrisq;/ad prędã hinc inde, & spolia legẽda circũfusa, multũ laxamenti ṗbuere Scãderbego ad deterrẽdũ hostẽ/& inhibendã fugã suoꝝ. Nã ubi eripi sibi uictoriã à tergo, & instare Castriotũ aduertit Sebalias cõuersis prius signis/& obnixo uultu aliquantũ & accepit cladis/& intulit. Dehinc retracto ab una parte exercitu paulatim cedẽs firmauit aciẽ/donec dispersum hincinde/& inordinatũ militẽ collegisset. Scãderbegus nõ multũ infestus cedenti / cogere & ipse relliquias suas, ac unire ṗcurauit, Nullũ respirãdi tẽpus ṗmissum à Barbaro/licet & fessa/nec dũ satis cõposita eius agmina essent, Irruit contẽptu, ac derisu q̃dã in aduersos/finẽ iã iã Epiroticæ insolentię/ac suppliciũ rebellioni adesse minitãs, Absorberéq; se cũ equis/ armisq; eã paucitatẽ crebro dictitans, Nã ṗter alios qui apud Tanusiũ, & inter fugiendũ ceciderãt, tria milia ãplius cũ Musachio oppressa/ duo peditũ/ reliq equites, Scãderbegus uelut intrepidus magister collectis eius naufragii tabulis/ac uix refecta carina ad nouã se tẽpestatẽ maiore aĩo, q̃ spe accingit, Clamitãs furibũda uoce MeMe seqmini. cõmilitonẽ ad cędẽ nõ ad pugnã, increpãsq. suos, & singulos appellãs: Quę Socordia isthęc uestra? Quis insolitus timor? Iacebũt ne inulta tot egregia socioꝝ corpora? Cadetis inulti uos? Hostis uetus est/ hostis inq̃ nil aliud, q̃ assueta materia gloriæ uestræ. Ac inter ea dicta ad confertissimos quósq; prouolans necessitate iã etiã ipsa cogente ultima audere/Homericũ illud ubiq; exactissime ueꝝ esse probabat. Fortitudinẽ solã inter uirtutes sępe furẽtes quosdã impetus habere, quare nũc cędentiũ/nunc resistentiũ cęde/& sanguine cuncta replebat, Inuictus semp, ac fœlix bellator, sed tũc uirtus eius maxime enituit, & priora oĩa fortitudinis opa lõge est

ſuꝑgreſſus, Cæterę quóq; illius copiæ furẽtes deſperatiõe/ac rabie uelut cęci ruere ferrũ, & ſequi in quẽcũq; euentũ ducẽ cæterꝰ Georgiũ Thopiã/Tanuſii fratrẽ ſubitus caſus multũ timoris reliquis intulit, quẽ humi collapſum/ac obrutum propẽ uix ex hoſtiũ faucibus eripuere noſtri ac impoſuere in eqũ, Pedites noſtri cauere melius uim hominũ poterant/q̃ equoꝰ/nã ab eis pluribus locis ſtrati obterebant. Quare ſummo ingenio/atq; celeritate equos occiſoꝰ/uel ſuos/uel hoſtiles, quos habere poterãt/cõſcendebãt, Ea res cauſa ſalutis multoꝰ fuit, & totius etiã exercitus/quũ uelut duplicarent eo mõ uires hoibus/Scãderbegũ ꝑfracto quodã cuneo/hoſtili/penetrantẽ ad uexilla/& ſtationẽ ipſam ducis, ut inde uictorię auſpitiũ, & cõfeſſionis hoſtibus exprimeret/Progreſſi ante alios duo uiri qui in caput eius olim iurauerãt Tyrãno, ſtrictis gladiis excepę, eo loci Muſachius angelinę dum patruo ſuppetias ferre cupit/uulneratus eſt in dextero humero. Identidẽ cæteri à fronte/à tergo/à lateribus pauci à multis onerati uix reſpicere ad Caſtriotum poterant. Ita unus duobus uelut ſorte quadã relictus omniũ oculos in ſe cõuertit, nã Barbari expellentes manu/uocéq; ſocios ſoli eã ferre laudẽ/ & prę̃mia ab Ottomano ꝓpoſita uolebant. Circũeunt crebro uirum/& citatis hincinde equis ſine reſpectu ſui diſcriminis inuiſũ caput/& ferocẽ ſpũm petunt, Iniecta Caſtrioti uirtus/ac expta totiẽs dextera ſollicitos ſuoꝰ aios/& trepidas turmas ſolabatur, quippe quẽ totiens & ex duobus/& pluribus uictorem excepiſſent, Multa tñ timere facit timor, & ferocia/ac audaces hoſtiũ inſultationes, Impellunt ubiq; agmina oppoſita, & re adhuc integra quod poterant/auxiliũ ferre duci cõtendunt. Interim Scanderbegus hoſtibus cominus cõgreſſis ipſoꝰ alteri, cui Barach nomẽ ſupra diximus, mediã facię enſe, qua ſedes oculoꝰ eſt, aperuit, alteri quum multiplices inter ſe ictus ambo ſine ullo hauſtu ſanguinis cõſumpſiſſent/gladius humi prolapſus/Tum impiger hoſtis acto ꝓpius equo uictorẽ utráq; manu tenaciter amplexus excuſſis ſtipẽdiis/& equo relicto humeris eius toto corpore ſe ſuſpẽdit, ut eadẽ illum ruina traheret ad terram ſecũ. Tum circũfuſi paſſim turcæ/ut cõmilitoni ſuo ſuppetias ferrent/celeriter cõuolant. Sed ſtatim ꝑciſa pẽdentis ceruice Epirẽſis liberꝰ ſe accurrenti fruſtra hoſti obtulit, aucti ex eo & cæteris animi/ac ſequentes uictorẽ inclinatos iam Barbaros multis cõfodiunt uulneribus/ atq; alios ſuꝑ aliis iacẽtibus addunt/Attulere multũ & moleſtię inde/& ſolacii hinc ea uictoriæ auſpicia/ac mutatæ fortunę omen acceptũ. Sed defatigatio nimia hauſerat iam utrorũq; uires, & parẽdũ iam nocti erat, Prior Barbarus cõfeſſionẽ uel timoris eius/uel laſſitudinis ꝑbere cępit, ac hortantibus ducibus colligere ſe circa ſigna, & recipe in montẽ/priuſq̃ tenebræ eos in planũ opperuiſſent/Caſtriotus & ipſe imodico labore/ac dolore confectus idẽ cũ ſuis fecit, Collémq; ꝓximũ .XV. fermé ſtadiis ꝑcul ab hoſte/cõſcendẽs ibi uſq; ad ſecundã uigiliã noctis manſit, Ac tunc demũ non ſomno, nõ cibo corporibus curatis, quũ néq; adeſſet quippiã, néq; prę mœſticia optaretur, ſilenti admodũ agmine diſceſſit, Sebalias ea nocte oppidũ nõ eſt ingreſſus, ſed cõportatis ab oppidanis cibariis/per montẽ/ & ſuburbia tentoriis fixis/multiſq; cuſtodiis adhibitis eã uictoriam celebrauit, nã credidit noſtros ibi diem expectaturos, & denuo uelut inſuetos

uinci homines/& impatientes eius ignominię postridię fortunam belli tentaturos/ Quare luce orta instructis ad pugnã oibus descẽdẽs in planũ crebra agmina suorꝫ hincinde dimisit/ad lacessendũ hostẽ/si alicubi latitaret, licet.n.sensisset secũda uigilia strepitũ/& signa quædã discedentiũ/tñ ratus est uel aliq̃ tutiore loco illos uel aptiore ad insidias cõtractos quiescere. Hęc eadẽ quóqꝫ cã fuit ne ad depopulãdã/ & deuastandã puinciã exercitũ duceret, ueritus eã uictoriã/ac rẽ tã suis inusitatã casu aliquo deformare. Igitur néqꝫ fugã nrorꝫ/& sperate copiã pugnæ ablatã sibi/ multũ moleste tulit, parti eius insueti quasi decoris/& possessæ semel fortunæ nimio plus studiosus/id quod satis hesterna pugna ostẽdit, quũ prior sacietatẽ/uel de fatigationẽ suã cõfessus receptui signũ dedit/cõfici.n.tũc forsan potuisse Epiroticũ bellũ nõ difficile crediderim/si plus animi Sebalię fuisset, quippe quũ lassitudinis/& tpis par utrinqꝫ ratio paria incõmoda essent/ imo uiriũ aũt plus, quo plures erãt, & equites oẽs. Quãobrẽ erupturos iãpridẽ fuisse nros in fugã nõ dubito/si salutis quippiã deprhẽdissent in ea, sed qa tũ tutior pugna pediti uisa est/tũ mali sui cõfessionẽ tumido hosti dare nolebant/Ita forsan statuẽtibus diis, q & auxere his, & illis minuere spũm uoluere, ac noctis demũ tã opportuno beneficio despatas iã res tutati sunt/ne & tot olim armorꝫ laudes/ac pfungẽdę glorię materia eo die clauderet, ac pessum iret Epiroticũ impiũ priusq̃ fermẽ creuisset/Vbi itáqꝫ uacua circũ oia hoste uisa/& libera uictoribus relicta, tũc demũ reliquũ iræ, odiíqꝫ quod in uiuos nõ poterat/in iacẽtia passim cadauera insolens dextra expleuit/Spirãtes tñ adhuc multi inuẽti, pſertim q attriti ab equis pfractis cruribus inutiles tã ad fugã q̃ ad arma ceciderãt/Quorũdã manibus pcisis reliquũ corpus inuisum spiritũ seruabat, Aiũt etiã nõnullos uel multis laceratos uulneribus, uel ferreis hostiũ clauis deturbatos/ac relictos/p eã noctẽ tacite surgentes p loca uicina latitasse, & postea Croiã puenisse, Cęsa sunt eo plio nrorꝫ. V. milia. III. peditũ/reliqui equites, Vulneratorꝫ magnus numerus, Regiũ auxiliũ apulorꝫ totũ fermẽ deletũ, nã maior pars eorꝫ cũ Musachio fuit/pter agmina q̃dã quę Castriotus in mõte secũ habuit, & in re tã subita inutiles sclopi, & id genus armorꝫ fuerat, Quin ex nris quóqꝫ plurimi inermes/& sternẽtes equos oppressi, Viui octuaginta capti, Illud tamẽ fędissimũ/ & teterrimũ fuit, quod hostes cupiẽtes testimoniũ aliqd' priuatę uirtutis secũ hre/ discurrẽtes p stragẽ nrorꝫ palpitãtia adhuc cadauera/ubi cæteris rebus nudassent/ capitibus quóqꝫ (ut eorꝫ mos est) priuabãt, Et qa tũ pp longitudinẽ uię tũ calores ęstiuos, eoqꝫ subito putrefierẽt/incõmodũ id onus erat/excoriabãt ea/& cutem trñ acceptã, quę formã oris seruaret, palea implebãt/De multis hoc factum, illis pſertim/q̃s uultus/& habitus ipse/uel notiora noia digniores eo odio fecerãt/Musachii non caput trñ oi fæditati & iniuriæ destinatũ/sed discerpta singula mẽbra/& uelut nefariorꝫ crassatorꝫ regionatim sparsa, Alii quóqꝫ trũci tracti p loca, & ualles adiacẽtes, ne fętore uexarent oppidani, & feris/auibúsqꝫ relicti. Licuit impunẽ oia, & p securꝫ ociũ agere, nã Castriotus lõge aberat, & addito ad eas relliqas recẽti milite loca q̃dã/& saltus obsederat/ne irrũpe hostis/& penetrare interiora puincię posset, Sępe libido incessit nouũ aliqd' ultiõis genus tentare (ita qñqꝫ instare piculo im/

petus est nobis, sed nunc imodicus, & uictor hostis/nunc longinquitas uię, & gra/
uantia socioꝝ uulnera prohibebant/ Impleuit subito fama eius cladis uicina cir/
cũquáq; loca/ac prouinciã omnẽ, quin/& longius progressa mœrorem ubiq;/& la/
chrỳmas ingentes excitauit, nam dictum est à multis exercitũ nostrũ omnẽ deletũ
& Scãderbegum ibi cęsum/uel cõiectãtibus ita hoibus/uel astruẽte libẽter (ut fit)
uulgo præclarũ aliquod/licet luctuosum mendaciũ, Alii eadẽ ipsa fortasse ratione
abolitas copias omnes affirmabant, & solum eum pugnãdo prius egregie/deinde
fuga seruatũ. Plures (id quod & uerum erat/& propius uero uidebat) magnũ nu
merũ nostroꝝ amissum/Scanderbegũ uix credibilia diuini propẽ corporis, ac in/
uictę uirtutis experimẽta dedisse, & sola quasi sua dextera & animos/& uires ho/
stium fregisse/ac demũ eius prœlii laudẽ è manibus uictorũ extorsisse, & illesum/
inuiolatũq; cũ reliquis esse nõ longe à Croia. Cęteꝝ luctus, & ululatus plena ubiq;
omnia uisebantur sordidatæ matronę & domus omnes in lachrỳmis/ ac squalore/
licet nihil adhuc certi haberent, Quid dolerẽt/tamẽ funera iã iam sua ueluti si ante
oculos essent lugubriter expectabãt. Mosis perfidiã/& occultã iãpridẽ rebellionẽ
prospa Scãderbegi fortuna, & res secũdę suspensam/& dubiã eousq; tenuere/Sed
ubi audita exercitus clades/& cognita calamitas eius. Tũ demũ cupita iãdiu occa
sione accepta uertit/& ipse scęlerata arma in patriã, ac diripe cępit (ut aiũt) nau/
fragii tabulas, quas & struxerat ipse olim, & sępenumero seruauerat, Sed qa sordi
dũ suapte natura factũ eo fædius Mosi uidebat, quo nullũ eius negocii sociũ ha/
beret, cupiẽs participes aliquos scęleris sui cõparare, & multitudine quasi peccan/
tũ/infamiã suã minuere, atq; maiore aliq̃ auctoritate accedere ad Ottomanũ/ne si
solus/uelut trãsfuga isset/pinde ut uilis contẽneret. Seduxit quosdã ex suis magis
intimos/& quoꝝ satis peruias aures eiusmodi cõsiliis credebat, Ac uelut dolens p̃
uicẽ Scãderbegi/& calamitatẽ Epiri tacite & Meumethis in se animũ/& quæ ab
eo multotiẽs sibi oblata essent/illis apuit/alliciẽs multis uerbis ad se sequẽdũ homi
nes/& ad eã p̃fidiã cõplectendã, mutatã fortunã Epiri/ ac coactos tandẽ/ si nũc re/
spuãt quæ p̃ponantur sordida/& infœlicia oia subituros inquiẽs/& reflexa deniq;
orone. Quid p̃terea semp̃ se sub Scãderbegi auspiciis uicturos? & sanguie/ac sudo
ribus suis alienã gloriã aucturos cũ alioqn tã certa imperii spes/& ingẽtis materia
laudis det à tỳrãno, multisq; subinde cõnectis criminatiõibns ĩ Castriotũ inuectus
aios illoꝝ ab eo abalienauit. Sollicitasset & alios fortasse Moses ad eã defectionẽ/
& multitudinis/ac populoꝝ ingenia cõciliare turcis p̃curasset, sed ita singuloꝝ mẽ
tibus hęrebat Castriotus, & tã infixũ omniũ pectoribus nomẽ/ac impiũ uiri/ut fa
cilius (q d' aiũt Herculi clauã eripe potuisset/q̃ à uulgi affectibus Castrioti beniuo
lentiã amorẽq. demoliri, nãq; unã cũ corporibus ipsis/nõ cũ ulla uariatiõe fortunæ
fides eoꝝ expiratura apparebat/Quare nõ solũ inanẽ eũ laborẽ/sed ẽt p̃iculũ ali/
quod sibi ueritus Dibrẽsis nihil ulterius tentauit, Sed cõiuratis suis cõtẽtus/& or/
dinatis oibus dato p̃ noctem signo Sfetigradũ eos duxit, ut inde lr̃is á magistratu
habitis/& libero p̃ ignota hostiũ loca impetrato cõmeatu Cõstãtinopolim securus
accederet. Neq; quippiã frustra à Sfetigradẽsibus desiderauit/ sed perbenigne ab

omnibus acceptus, & litteris adiutus est, & comitibus qui euntē ab iniuriis pro/ uincialiū seruarent. Sebalias aliquot dies cū oppidanis cōmeatus est, donec mu/ nimenta quędā instaurasset, ac disiectos ab hoste muros aggeribus stipitibúsq; so/ lidasset, nā in ea celeritate nō poterant apparari lapides, & alia ad renouāda mœ/ nia demolita tormentis, sed & hęc procurata/atq; ante eius discessum summo stu/ dio parari cæpta, præter cætera tamē copiam ingentē frumenti, & reliquos assa/ tim cōmeatus inuehi in urbem procurauit, quoniā ad uetus prędidium septingenti amplius lectissimæ, & fidelissimæ opæ uiri additi, Tormenta etiā, quæ ablata no/ stris fuere, omnia oppidanis cōcessa, prēter machinas quasdā minores/scorpiones/ & sclopos, quæ cū cæteris occisorū spoliis ad ornandū triūphi sui spectaculum ad regē ferenda reseruauit, Ita munita egregie urbe/ac obsidibus traditis christianis/ laudatisq; publice omnibus mœstā admodū/& quasi trepidam ciuitatē lętissimus ipse reliquit, Sed neq; illis etiā deerat causa dolendi, quæ tam immodicā sui lęti/ tiā cōtunderet & mancā redderet, licet insuetis uincere hominibus nihil ea uicto/ ria pulchrius / nihil p̄clarius uideretur, nā relicta ex ipsis quóq; sub Belgrado tria paulominus occisorum milia. Illi præterea duo uiri, quorū sanguine/satis redempti Musachii manes uidebantur merito cū fœlicitate illa compensari poterant, factis tamē militariter foueis humati omnes, ne uicti forsan ad cladem recensendā, & fu nera sua accurrentes per laceratione inuisorū corporū ultionem, & nouam quandā satisfactionē quærerent. In Dibra orta luce ubi nusq̄ uisus Moses magnus tumul/ tus/& mœror simul excitatus/præsertim inter amicos/& cōiunctiores uiri/Quęsi/ tus est sollicite multis locis/& expectatus usq; ad noctem/Nōnulli occisum/quidā tacite ad explorandū aliqd profectū, & aut captū ab hoste aut si id non esset mox reuersurū credidere. Plures coniectantes pridiana eius cōsilia, & latentes seductio/ nes quorūdā, id quod in re erat/affirmabant, quæ sententia ideo maxime recipie/ batur/Quod & suspecti eius cōiurationis nusq̄ apparebāt. Quāobrē trepidatū est multū in Dibris/p̄sertim inter milites præsidii, qui & adhuc hostē uictorē in Epi/ ro/& se sine duce esse sentiebant, proditumq; præsertim ab iis q̄bus minime debe/ bat Scanderbegū dolebant, Tamē militaribus pro rpe suffragiis, ac consensu in/ ter se (ut fit) mox & ducē/ & reliqua quæ opus erant / summo studio statuerunt. ERant inter cęteros nobiliores eius loci/& principes iuuētutis Duo fratres ex ue/ tusta Berissiorū familia Demetrius, & Nicolaus, quorū & p̄clara, & frequēti opera utebatur Scāderbegus, Hi audientes tū fortunā exercitus nostri/& Belgradensis obsidionis euentū/tum defectionē ipsam/ac perfidiā Mosis nihil tardati mox ad præsidiū, & impii claustra aduolarūt, uerentes ne uel timore aliquo/uel licētia sol/ ueretur illa custodia, & uacuus defensore locus relinqueret, prēsertim q; Sebalias adhuc in Epiro esse nunciabatur/Sūma itáq; ratione primū intentissima cōquisi/ tione habita auxere id prēsidiū, & formauere uerbis, factisq; animos hominū, cō/ ciliantes illis oibus modis Scanderbegū, & eius fortunā cōmiserantes ac perfidiā Mosis detestantes/quē fortasse profectum ad introducendū illuc hostem, & mox affuturū dicebant, Credita facile omnia, ac redactus tutiore loco miles / & appa/

Fuga Dibrē sis ex Epiro maximo om niū mœrore qui totā cō/ pleuit, puin/ ciam.

rata ſingula, quaſi iã iam expectaretur hoſtis/His ordinatis Demetrius Matre ibi cũ præſidio relicto ipſe cum nobilibus quibuſdã Dibrenſium ad Scarderbegum magnis itineribus ire perexit/ ut illũ admoneret, quo in ſtatu in Dibris res eſſent/ Interim Sebaliæ diſceſſus à Belgrado/ac tota Epiro certis auctoribus, & explora/ toribus nunciatur/ Scanderbegus uel domeſticæ calamitatis/uel ignominia forté quadã cõmotus fugiens tã fędum & luctuoſum ſpectaculũ reuerti amplius ad in/ uiſum locũ ad mala ſua ſpectanda, ac renouandas lachrỳmas noluit, & quos uiuos ſaluare non potuerat, neq; mortuos cõponere curabat, Sed quũ fremerent paſſim milites, & cõſanguinei occiſorũ non defraudanda ſaltem tumulo oſſa ſuorũ, & re/ centia adhuc cadauera feris/auibúſq; relinquẽda, ne uulgi uoluntatem offenderet/ conceſſit illis omnia inanem licet non ingratum eũ ſepulchri honorem appellans. Cæterum ne qui ad beneficium aliis præſtandum contenderent iniqui ſibi ipſis forſitan eſſent, & augerent magis corporibus ſuis, q̃ detraherent funera, ſi uel pauci/uel inconditi irent, ex eis copiis/quas ſecum habebat. VII. amplius lectiſſi/ morum hominum milia ad eam rem elegit, qui illos tutos redderẽt ab iniuriis ho/ ſtium/& eruptionibus oppidanorum. Tanuſio idipſum cupide petenti hoc munus cõmiſſum/ac exercitus cura tradita, qui pręter cætera ſollicitus de corpore amici, & Muſachii relliquiis mox Scanderbego relicto Belgradum ſine ſignis/ ſine ullo bellico ornamento conuertit iter. Caſtriotum Croiam cũ cæteris euntem Deme/ trius eſt in ipſo quaſi ingreſſu urbis aſſecutus / Effuſa eſt paſſim ciuitas obuiam uenientibus, & licet à uariis prius nunciis/ à ſauciis præſertim/ quos ſtatim poſt acceptam cladem præmiſerat Scanderbegus, mala ſua didiciſſent/ uoluptas tamẽ quædam erat miſeris acuratius ſingula de ueniẽtibus percontari, præſertim quod repugnantia multa, & incerta ab aliis dicta fuerant, uel quod mortuos etiã ſuſci/ tari ad uitam, & reſtitui ſibi per Scanderbegi pręſentiã poſſe credebant, fœminę/ uiri/ſenéſq; nullo diſcrimine hi ueſtes/alii dexteras militũ per omnes gradus præ/ ſtantes miſerabili uoce fratres/uiros/& chariora filiorũ pignora repoſcebant, & ab inuitis alii luctus/& doloris ſui cauſam extorquebant, Alii inſperato nuncio reſti/ tuti gaudia ſua/ne cæterorũ offenderent animos, celabant, & priuatam/ac publicã mœſticiam imitabantur. Vix tamẽ ullus/niſi qui pręſentia corpora ſuorũ in oculis habebãt, uero/ & ſtabili gaudio affectus eſt/nã reuerſio illa ad Belgradi oppidum continui timoris/& doloris cauſa erat. Conqueſti ſunt primum Dibrenſes de ui/ ciſſitudine rerũ/& uarietate fortunæ, nũc appoſitis uerbis / lachrỳmiſq; uelut trãſ/ ferentes eius in ſe doloré, nunc ingentibus animis cõſolantes uirum, & hoc docu/ cumenti cuiuſdã loco cõputãtes Epiro/Statimq; in Moſem delapſa oratio, & tota circa eũ conſumpta in eo pręſertim quod dubitabatur, ne ad Sebaliã accerſendũ, & inſtruendũ de rebus Dibrenſibus iiſſet/ Attonitus Caſtriotus primo/& uix cõ/ pos ſui ueluti immobilis aliquandiu ſtetit mox interrogãdo libentius / q̃ credendo non nihil temporis cõſumpſit/magiſq; tandẽ dolere de eo uiſus eſt, q̃ de tota Bel/ gradenſi clade. Cæterũ regia/ut conſueuerat/uoce/Parcere ſe inquit haud grauate Moſi, Quod ea fortuna illum ſibi abſtuliſſet, quæ uel conſtantiſſimorũ quorũcũq;

Profectio Tanuſii Belgradũ cũ exercitu ad corpora chriſtianorũ iterfectorũ tumulanda.

cęlare omnia/diſſimularéq;/ne ſuſpitionē aliquā cauſatus me circūueniret, ut nup Georgio Streſio ſororis ſuę filio fecit, quē cōfictis criminationibus inſimulatū omni fermé imperio nudauit/cōfugiſſem libēter ad te/Reliqſſem ingratū Patruū cū infamis ſordibus imperii/ Sed priſtinæ illius rebellionis/ & tot iniuriarū memoria deterrebat/Donec nūc tandē agētibus diis/promiſſa/& fidē tuā ſecutus/lętiſſimus acceſſi/Vix inuiſti/uix inuitaſti q̄d iādiu ad idipm intētus/effuſiſſimo curſu aduolaui/Non tardaui/nō expectaui/uel aduerſas Scāderbegi res/uel tuas ſecūdas/ueluti nup Moſes/ut præ timore aliquo/uel uicinitate periculi mihi ipſi potius cōſulere q̄ uoluntatē tuā āplexari merito uideri poſſim. Cętera neq; uel ſuſpitioni apud te locū ullū/uel reuertēdi cām reliqmus in Epiro/Adſunt ſatis ualida animi noſtri uincula/& perpetuæ pignora fidei/En noſtrū hēs Meumethes/qcqd charū/iucundū q̄ hoibus natura in uniuerſa uita dare potuit/Hæc ad te attulimus, quæ afferri debuerūt ab hoſte, Et qbus dubia aliquantiſp fides obſtringēda fuit/reliquū nihil aduētū, neq; n. in ea celeritate rei/& tā occulta fuga/ſarcinularū rō ulla hēri potuit à nobis/& ſi colligere oia per ſecurū ociū licuiſſet/Turpe tñ neſcio qd putaſſemus ullas ueteris fortunæ ſordes ad te pſertim tā opulentiſſimū regē deferre, Fides tm̄ pſtāda tibi eſt, maius aliud quippiā certe nō poſſumus. Et ſi certius aliquod cupis uinculū à nobis nihil recuſo quod ſtatuas/quod decernas ipſe/non. n. leges huc daturi uenimus/ſed accepturi/nō debellare cū patruo/& Epiroticā frāgere inſolentiā XV. hominū milibus pollicemur/Documēto eſt tū Alybaſſę tū cæterorū fortuna/& Sebalię nup rara/neq; incruēta uictoria/In nobis certe diligentē/& fidelē operā nō deſiderabis/De cęteris quę ad euētū huius rei/& ultionē tuarū iniuriarū attinēt/neq; priceps à ſeruo/neq; ſolertiſſimus belli artifex ab ipito hoie cōſiliū expectes. NOn potuit ſimulata Ameſę oro uideri Ottomano, quū & uera multa dicerent/& re ipſa dictorū fides diluceret/adducta in cōſpectu tyrāni cū ignaris filiis uxor, Quidā deceptā eā dicunt à marito, & inuictā tractā ex Epiro/quidā uoluntariā ſe comitē fugiēti addixiſſe, quū promiſſum ſibi Epiroticū imperiū à tyrāno/clā aperuiſſet/Ita cōmunis eſt utriuſq; ſexus regnādi libido. Quare accepta/& laudata hominis uoluntate Barbarus primū omniū honorifica illi alimēta decreuit/ De belli rōne nihil tū rñſum/donec adhibitis purpuratis ea res de more decerneret, nā recens Belgradēſis ruina multū fregerat & aios/& uires hominū. Meumethis quóq; ex nulla unq̄ clade par mœſtitia uiſa, quū & ultiōis cupiditate dies/noctéſq; inſolens ſpūs uexaret, & ſemel male tētatā fortunā anxius timeret/Facile itáq; omniū ſentētiis ab hūgaricis rebus ſuperſeſſum, & eius ignominię ultionē ex Epiro quęrendā decretū, nā neq; ſimul utriuſq; belli rō hēri poterat, Quū & hinc inſigni exercitu opus eſſe Ameſa diceret/Et inde hūgaricę uires/ac experta totiēs populorū ferocia ingentes exigeret apparatus/neq; differēda occaſio ab Ameſa data uidebat/ Eo ipſo igit omniū fermé cōſiliorū ſocio/ac moderatore adhibito latū/& ppallatū edictū de. L. eqtū milib⁹ cogēdis/Non negaſſet ēt plures Ottomanus ſi petiti fuiſſent, cupiēs aliqñ uel ulciſci tot ſuas/& ſuorū iniurias/uel Epiroticis rebus aliquem finē imponere. In eo apparatu uer abiit, & iā ęſtiui calores militū corpora laxaturi

Scāderbeg⁹ de aduentu/ & nūero hoſtium certior factus, delectum fieri iubet/ad quorū animū ppa/rādū oratio/nē habuit.

properabāt/ Quū paratis oibus tyrānus & Amesa assidue instante multis allectos promissis hoies/& cōsiliis instructos à se dimisit/Bassæ nouæ Romæ cui Isaac nomē erat, pcipua exercitus cura/ac sūma rei demādata nihil moleste ferēte Amesa/ Huic tñ/ne sine aliqua dignitate/& impio iret quinq; hominū milia ex eo numero assignata nō sine molestia quadā/& trepidatiōe nrōr; psertim psidii Dibrēsis fama eius apparatus fuit, multisq; militaribus (ut fit) cōsiliis uersata res. Qua rōne uel expectādus/uel coercēdus tantus hostis esset/An insidiis/an collatis signis/An per ludificationē aliquā eius belli euentus quærēdus foret/Augebat & illud magis timorē/qd & rumorē inde magis quottidie increbescere/ & hinc à suis nō exercitū adhuc nō auxilii quippiā ad tā fatiscēs malū/ac proximū quasi piculū apparari uidebāt. Scāderbegū nāq; nō satis p ea fama mouit, illa potissimū rōne/quod nunq; cōuerso in Epirr; odio hūgaricā ignominiā omissurū credidit Meumethē/tñ sollicitus exploratoribus imissis ueritatē/ quā in eo rerr; tumultu poterat elicere ad noua cōsilia mutuāda diligētissime procurabat. Vbi uero multis modis/aduētu psertim trāsfugarr; affirmata / ac propallata res/& de numero/& qualitate uenientiū nunciatū illudq; imprimis Amesam cū eo exercitu esse, & cōmēdatū honorifice à tyrāno Isaac Bassę, ut cū Epirotici imperii fascibus insigniret/Nihil moratus amplius egregiū hincinde militē uelut dato signo aduocauit. Accersiti sūt eo ipso ex oibus locis purpurati armorr; socii/optimates/Dibrēses qdā & adiutores cōsiliorr;. Cōuenere oēs in Dibra inferiore in solitis castris/Ibi quoq; Moses cū qbusdā optimatibus/& nobilioribus psidii affuit, ut decretū eius rei audiret. Accurrebāt & alii plęriq; uoluntarii/atq; iuuētus armata ex omnibus locis solo pdę (ut assolet) studio/ atq; sic cōfectus extemplo est nō ignobilis exercitus/par fortasse hostili/si uirtutē/ impar si numerr; spectes. Iamq; audax uulgus/& inania militum desideria deuicto hoste iter se laudē simul/ac pdā diuidebāt, atq; palā quisq; uirtutē/& fidē suā extollere/polliceri, dolere nimis tardare hostē/diceréq; mouēda signa, & aduentū illorr; acriter pueniendū/Non militū numerus/& fama uenientū/nō formidandū Bassæ nomē deterrebat/Exciderat Sebalias/Euanuerant uix adhuc coalitę cicatrices uiris. Ita/aut recēs nup de Mose uictoria/aut (quod magis crediderim) illorr; apud Belgradū hungaricū nūq; reticēda clades/ac ignominia hominū animos erexerat/ alterumq; Belgradum alterr; oblitterauerat / Pendere tamē omnes ab ore/& cōsilio ducis, qui cohibendū oino ratus ardorē illū suorr; defixis aliquantulū humi oculis, & plęraq; uultu ipso simulans/uelut altū quippiā moliret animo cōsiliū simul & uires ipse suas/& periculi magnitudinē ante oculos hominū in hāc sniam pposuit.

INTER cętera omnia, quæ ad uexādos/& angēdos mortaliū animos in tanta rerr; humanarr; uarietate reliquere Dii/ Duo hæc maxima cernimus milites/spem/ & timorē/ lętius illud/ac excelsioris cuiusdam/ne dicā leuioris ingenii/Prudentius hoc/& incruētius, quod & si protrahere aliquantisp desideria hominū/curare tamē demū/& cōdire pulcherrime solet/ Hinc audire licet ueteres impatores magis uincere se cōsuesse oia timētes, q; qui nihil timerēt/Hinc Pęnus ille Quintū Fabiū segnē suis/& nimio plus timidū uisum grauē sibi hostē, Terentiū Varronē grauiorē

Att. Pulcherrima uerba de fortunæ instabilitate præcipuę in bello.

patriæ/& populo Romano appellabat/Sed quorsum tã insolenter & tã sordide timorẽ nũcupauimus,quod ꝓpriore cõsilii noie appellare debueramus? At quoquo modo uocitetis ipsi/haud in magno discrimine pono, Vnũ illud negare nemo poterit inde ueteres disciplinas/inde antiquum militię rigorem emanasse, Hoc spem quóq; ipsam fouet/alitq;/nihil temere/nihil perperã agit/ à fronte/ à tergo/à lateribus gerit oculos,& pari lance futura/ac ꝑsentia metit/Iam satis itelligere potestis/quo tendat tã castigata & tam apposita oratio nr̃a/Volui prius colloqui uobiscũ/& disquirere uolũtatẽ singulorꝫ/q̃ aliqd de belli huius rõne inouarẽ/Vt aut ipse in uestrã/aut uos in meã(quæ semp omniũ patiẽtia fuit) sniam iretis/Auditis/auditis iã auribus nr̃is/qui rerꝫ/qui bellorꝫ motus parent in nos quottidie/Pulsat en fores Bassa nouę Romę cũ omni Europę flore/& robore Ottomani impii/Nõ deest animus mihi (ut neq; unq̃ defuit) fortunã oẽm cũ eo/neq; ingloriis uobis expiri, Sed prudẽtia magis/cõsilióq; aduersus tm̃ hostẽ utendũ,q̃ solito impetu/& ardore animorꝫ satius duco/Suadet memorabilis illa Alybassæ clades/ Suadent tot insignes ad hũc usq; diẽ uictoriarꝫ cumuli/tot rebus secũdis parta/ & cõfirmata audacia/pares ad uim apertã/& aios/& uires adesse nobis, Sed instabiles bellorꝫ uices/& nunq̃ satis cognitũ ingeniũ fortunæ oia hæc prudẽtes uiros cũ obliuisci/tũ etiã timere facit/Nulli peculiare/nulli hęreditariũ fuit semp uincere/semp ad noua cõsilia/noua ratione est opus. Neq; q̃ uiceris heri/ideo captiua spolia hodie spõdeas tibi/Hospes est uictoria huc & illuc uergit nullũ propriũ domiciliũ hns, Licet uirtute/cõsilióq; maxime & paret/& retineat/plęrũq; tm̃ ubi diligẽter oia/prudẽterq; egeris/multũ adhuc momẽti fortuna/multũ casus q̃dã sibi uẽdicare solẽt/Exigebã (memini)uirtutẽ solam in militibus spreta omni extranea causa/& cuncta fortunæ obsequia/si uos feroces animos ꝓmisissetis/uobis cõstantissime oia pollicebar/ Sed clades illa nostra Belgradẽsis,cuius memoriã semp horret/& horrebit animus multũ cogitatus meos mutauit, & aliũ longe ęstimatorẽ rerꝫ humanarꝫ/ac uarietatis fortunæ fecit/Quid si aut longior ille dies/aut magis animi Sebaliæ fuisset/An nõ funditus euerti res Epirotica potuit? Saluati sumus magis à superis/ q̃ nos ipsi nosmet tũc saluabimus. Dissipati/uulnerati/fessi/famæ ẽt/& siti nouissima cõfecti eramus. Quid superat aliud/nisi ut segnes uictori uinciẽdas dexteras traderemus? Tutata est nox/tutatus in primis deus,qui & mentẽ illis/ac uires abstulit,& nobis copiã ad effugiũ/ ac respirãdũ cõcessit, Oportuna iniurirꝫ erat multis locis ꝓuincia/ac passim sparsi agrestes ignari fortunę nostrę. Expectabat fermẽ ꝑda uictorẽ/ nihil abstulit/nihil abduxit/ nimio plus parti decoris studiosus/& timens forsitan eos à qbus maxime timebatur/Non refero iccirco hęc/ut quẽpiã uestrũ deterreã, sed admoneã potius & cõsultẽ uobiscũ/Quomodo sint nobis tanti conatus uel eludendi uel cõterendi, Quomodo quęrẽda insignis aliqua sine ꝑcio sanguinis/ & rerꝫ uestrarꝫ uictoria. Hostiũ ingẽs est numerus atq; nũq̃ ad hũc usq; diẽ/nisi urbium oppugnatio sit quæsita/maior uisus nobis in Epiro/Si fixis signis apertis in cãpis expectet/Dubius est euẽtus belli/Age age fęliciter nobis/& ex uoto res cedat. Cadetis profecto/cadetis multi (utinã falsus sim uates) priusq̃ uel terga/uel inermes

dexteras/& ſupremã uobis cõfeſſionẽ tãtus exercitus tradat/Mixta cũ lachrỳmis uictoria/& nõ multũ diſpar uictoris, ac uictimœſtitia erit. An pauci apud Belgradũ cecidimus? Itá ne ea iactura reſarciẽda? Quãta ibi militaris ętas uix multis recuperãda annis/quot fortiſſimorũ uirorũ corpora cæſa? Euacuetur cito Epirus/ſi tã audaci propoſito glorioſas ſolũ uictorias quęramus neceſſe eſt? Belligerandũ igit̃ ita eſt nobis hodie/ut cras etiã belligerare poſſimus/ Neq; par eſt hac in re noſtri/& hoſtiũ rõ/minor eſt iactura tyrãno/minus ęſtimant̃ cęſa. XL.&.L.milia/q̃ mihi centũ ex uobis. Pauci ſumus/iccirco maximo ſtudio ſeruandi/Et ſi cã noſtra id nõ facere curaremus/uxorũ ſaltẽ/& liberorũ faciamus, quorũ ſalus, & libertas oĩs à ſolo ſpũ ueſtro pẽdet. Noſco numerũ/noſco uultus ueſtros/& noĩa ſingulorũ/Hoc q̃q̃. magis ſtudioſum facit/magis anxiũ ſalutis ueſtrę/non tñ negarẽ ipſe fortunã oẽm huius certaminis aptiſſime ſubeundã/ſi depugnare cũ Ottomanis hoc ſolo prœlio poſſemus, Si finẽ aliquẽ laborũ in poſterũ/& erũnarũ ſperaremus/exponerẽ libẽter caput ipſe meũ cũ corporibus ueſtris ad ꝑpetuã quietẽ/ & pacẽ poſteris parandã. Sed nouus ſemꝑ hoſtis exorit̃/noua ſemꝑ bella nos manẽt/Iſaac exitũ alter ſubito Iſaac excipiet/fatigabimur ſemꝑ recẽtibus armis/circũdabimur recẽtibus ꝑiculis/ Ad hoc deſtinata eſt (ut uidere uideor mihi Epirus/ad hoc natę ceruices/& capita noſtra. Colligẽdi itàq; cogitatus/diſpẽſandę uires, partiẽdũ ita patrimoniũ, ut q̃tidie emergẽtibus creditoribus ſoluẽdo eſſe poſſimus. Dabit tñ deus his quóq; finẽ/ neq; bona neq; mala diuturna homini eſſe poſſunt, Reſpirabitis aliqñ & ipſi, exaturabitur hoſtis tot uanis conatibus, atq; deponet tandẽ ꝑpetua odia iſta, Iuuabitq̃. olim uos tot laborũ/tot periculorũ memoria. Nunc (quod ad rẽ attinet) reliquã ſententiã meã ſequor. Dixi uictoriæ incõmoda dãnáq;. Quid ſi uincimur? Vbi reliqua ꝑſidii ſpes/ubi auxilii erit modus? An cruẽtus hoſtis, & uictoria tirnẽs expectabit donec uires inſtauremus/& noua illi occurramus acie? Inſtabit/urgebit/donec qꝑpiã ſuꝑerit relliquiarũ, & nobis expugnatis in oppida demũ noſtra/& patentẽ iniurię prouinciã reliquũ furoris ſui profundet, Inſidiis excipiẽdũ aduentũ illorũ/nõ apto marte quiſpiã ueſtrũ forſan dicet/Noſtra quóq; nõ diſpar oĩno ſententia eſt, De tpe tñ diſſentio à uobis, fallẽdos tunc puto/quũ falli ſe nõ credent, quũ in poſſeſſione quadã uictoriæ laſciuiẽtibus præ licẽtia animis fraudẽ nullã metuẽt/Nũc tot alienis documẽtis/tot ſuis exẽplis inſtructi hac aſſidua ſuſpitiõe/& intentis iãpridẽ oculis ex Cõſtãtinopoli ueniunt/ Habẽt ꝑterea ſecũ ſceleratũ nepotẽ/& domeſticã peſtẽ noſtrã, q quas nobiſcũ olim ſtruxit inſidias/ꝑuidere/& cauere ꝑoportune docebit. Euadendũ igit̃ eſt in arcẽ ingentis alicuius/ac ſupremi cõſilii. Qualiter & extra periculũ ꝑuinciã ſeruemus, & inſigni aliqua/ſimul/ac incruenta (q̃d raro cõtingit) uictoria ueterẽ gloriã/& tantã ad hunc uſq; diẽ famã tot rerũ geſtarũ retineamus/ampliemúſq;. Dabit tñ tẽpus diẽſq;/ac uiſus oculis hoſtis cõſiliũ hoc. Nunc (ut perueniat tandẽ quo noſtra tendit oratio) Primũ omniũ tollenda eſt oĩs materia ſæuitię/ac uictorię hoſti/Reducẽda omnis ætas/ſexúſq; ex campis in loca tuta, Prę ſidiis ẽt/cõmeatúq; ad oẽm uariationẽ fortunę muniẽda oppida. Quis ſcit ꝑterea occulta tỳrãni cõſilia? An ipſe quóq iãpridem huiuſce ultionis/& Epirotici

ſanguinis auidus Baſſę iter ſequatur? Credo fortaſſe/& timeo plura/q̃ par eſt. Bonum eſt timere omnia ut nihil timeamus. Si hoc modo, puincia curabit à nobis, ſi nihil erit in campis/in oppidis quod ditet/alat/quod formidet hoſtem/ quod curã/ & animos noſtros ab huiuſce cõtemplatione rei auocet/ Victores proculdubio erimus, & per ſecurũ poſthac ociũ/ſi ad uoluntatẽ meã conſilia/& arma ueſtra accõmodabitis/cædendũ uobis hoſtem in mœnibus tradã, & formidabilius / iuuãtibus diis/hodie turcaq; genti nomẽ/ atq; ingeniũ Epiroticum efficiã/q̃ ulla forſan auoq; noſtroq; memoria ſit auditũ, Non fallo ipſe me/non fallo uos. Si polliceri quippiã poteſt in rebus humanis iſthęc polliceor/& in me recipio. Melius tamen fieri hęc, q̃ dici uolo. Interim ne tempus cupiditate iſta loquẽdi/& inanibus fabulis cõteramus/qua nulla maior iactura militi/ Singuli ſingula muniẽdę prouinciæ, ac hoſtis expectãdi munia capiamus, nihil impo ipſe aliis quod mihi ipſi nõ imperẽ. Nihil recuſo, uel ſordidũ duco, quod è dignitate, & utilitate omniũ cenſeatur futurũ.

Procurata p uniuerſã p uinciam.

HANC orationẽ maximo omniũ ſilentio, atq; attentione peroratam Tanuſius, & Vranacõtes iãpridẽ intenti aſſurgentes ſummis publice laudibus excepere, ita req; ſingulaq; exactiſſimã rationẽ habitã à Scãderbego dicẽtes, ita diuinũ hois ingeniũ, prudentiãq; oia exhauſiſſe, ut neq; cogitãdi, neq; tentandi quippiã, quod ad publicũ, uel priuatũ cõmodũ ſpectaret, locus alicui eſſet relictus, Vulgi quõq; ardor oĩs reſedit, & ab audacia animi ad cautũ quendã timorẽ traducti. Poſcere nõnulli palã, & obſecrare ducẽ/ut cõſilia ſua aperiret, qua rõne debellare cũ eo hoſte ſtatuiſſet/Cõtra ſubridere ille, diceréq; ſat tibi eſſe ſi ei crederẽt/ſe una cũ eis in ea dẽ cauſa eſſe, neq; ualere ſponſionẽ ſuã ullam in tanto fortunæ iure, atq; poteſtate. Interim partita prouincia, diuiſiſq; miniſteriis purpurati decernente Scãderbego/ hac illac maximo ſtudio/atq; celeritate diſcurrũt, Nunc pręſidia tradita ſibi diſponentes per oppida/nunc cõuehẽtes cõmeatũ/& alimenta uiris, Ea res cã morę cuiuſdã fuit, quod nõdũ totũ frumẽtũ demeſſum in cãpis erat/Igitur ingruẽte indiẽ fama de hoſtiũ aduẽtu/quũ res p̃cipiti quadã feſtinatiõe indigerẽt/agreſtes promiſcue/militéſq; ad id negociũ trãſmiſſi/partim demeſſum/& expurgatũ/partim cũ ariſtis & palea ipſa cõduxere omne intra muroq; muniẽta. Ita, puiſum ubiq; cõmodiſſime/& de p̃pugnatoribus/& de multoq; mẽſiũ annona. Scãderbegus Moſe ad cuſtodiã reliqui exercitus relicto triduũ amplius Croię in req; diuerſaq; p̃curatione cõſumpſit/p̃ſertim in reducẽda à Petralba uxore, familiãq;. Inde Dibrã reuerſus erectis (ut aiũt) auribus/curãq; puigili hoſtiũ aducẽtũ expectare dies/noctéſq; cępit. Cęteq; ſupata maxima parte Macedonię iã Epiq; hoſtilis intrabat exercitus p̃euntibus undiq; exploratoribus ac ſcrutãtibus ſingula ne inſidiis ſolitis apparatis ab hoſte incautus miles circũueniret, ac turbaret exercitus/ Quin audio hac cõſilii rõne Ameſam ſemp feré nocturnũ iter prohibuiſſe/Dicentẽ patruũ nũq̃ uel luce/ uel ui aperta tm̃ hoſtẽ expectaturũ/ſed noctis ſimul/fraudiſq; auxilio aſſuetũ belli genus tẽtaturũ/ Scãderbegus licet paraſſet iãpridẽ oia (ſi ex re ſibi uideret) ad fugã/tamẽ pedẽ nõ mouit inde/priuſq̃ ſatis p̃pinquũ hoſtẽ audiſſet, & ſtrepitũ quaſi ac puluerẽ notaſſet uenientũ/ Tunc cõuerſis ſignis omnibuſq; collectis ceſſit hoſti,

Ita ut cõſpici quaſi terga cedentiũ à ſequẽtibus poſſent/Abſtinuit ab inſequendo barbarus pp difficultatẽ/ac laborẽ uiæ,& inſidiarꝝ metũ/tamẽ miſſi nõnulli equi/tes qui & illos infeſtarẽt/& quantũ fieri poſſet,illorꝝ iter obſeruarẽt.Ingreſſus itáq; Dibrã ſupiorẽ exercitus per uiã Alchriæ perluſtrare adhuc eodẽ tenore cuncta/ac longa indagine pſcrutari curauit.Vbi tuta omnia & ſine aduerſario inuẽta/ingẽti feſtiuitate circũlata ſunt hincinde ſigna & inani inſultatione uacua defenſore loca poſſeſſa,Sed quantũ incruẽtę id uictorię genus lętis animis tumidus miles acce/pit/Tantũ cupidus indoluit nulla præda in cãpis nulla re ad exaturandã libidinẽ/auaritiãq; reperta/Quinta erat hora diei/quare tũ ut equites ſuos Scãderbegũ ſe/quutos expectarẽt,& ab illis iter eius noſcerent/tum ut ſuas reficerẽt uires longis ſimul laboribus/& caloribus defectas leniter mouẽtes agmen nõ procul ab Oroni cheo (loci in eſt nomen) in eadẽ Dibra cõſedere propẽ locũ/qui caſtrorꝝ aliás no/ſtrorꝝ eſſe cõſueuit,Ibíq; erectis tentoriis cõſultabũdi quod per reditũ exploratorꝝ licuit/tẽporis trãſegere/cibi capiẽdi & curãdorꝝ corporꝝ haud multa uiris cura in/ceſſit,nã in ortu ipſo aurorę eius rei rõ egregie habita fuerat,& pranſi oẽs cõmo/diſſime fuerant,cõſilio impatoris uerentis,ne ſi decertandũ cũ hoſte eo mane eſſet differẽs in longũ (ut fieri interdũ ſolet) cõtentionẽ fortuna belli cũ fame ẽt feſſis decertandũ eſſet,Iuuat interim curioſos militũ aios inuiſere loca caſtrorꝝ/& aſſue/tas hoſtiũ ſtationes,atq; hincinde perequitare,ſed nõ ſine metu aliquo,& periculi reſpectu/nuſq̃ arma deponẽtibus uiris,nuſq̃ cuſtodias omittentibus,ac maior fer/mẽ pars militũ circa tentoria diſpoſita in equis ſtetit,Ita duę paulo minus horę in pari quiete & ſuſpitione abiere,Donec explorator reuerſus, quæ uiderat/ducibus aperuit/Scãderbegũ maritimã orã à regione.qua Lỳſſum oppidũ iacet,cũ oibus copiis petiuiſſe,De copiarꝝ numero interrogari dixere/ęſtimare ſe uix unã militũ legionẽ adimplere,Tamẽ noſter exercitus.XI.(ut audio) hominũ milia exceſſit/Sex equitũ/reliqui pedites erant/ſed inde (ut arbitror) pceſſit error.Quod noſtri quũ eſſent in Dibris peditatũ oẽm cũ impedimẽtis leni inceſſu præmiſere,ueren/tes/ne ſi expectarẽt in propinquo hoſtis,& ad celeriorẽ pmeret fugã/ad expeditũ citũq; uſq; ad tuta iter nõ ſufficerẽt/poſtea eques paulatim (ut dictum eſt) in ipſo quaſi cõſpectu hoſtiũ eſt ſecutus,ideo prima peditum agmina à ſpectatoribus (ut par eſt) nõ fuere uiſa.Quæret quiſpiã hic ſtudioſus rerꝝ,quæ rõ,quæ utilitas pro/poſiti huius Caſtrioti fuerit,ut tũ demũ hoſti ceſſerit,quũ illum quaſi afflantẽ ſibi terga uidiſſet,& magis Lỳſſum uerſus/q̃ alia loca/ſed quo genere ratiõis ſatis mi/hi fatio ipſe non uerebor alienis quóq; auribus pro uirili ſatiſfacere/pſertim quod nec diuerſa in hoc ſnia illorꝝ eſt/quorꝝ maxime diligentiã/& fidẽ in totius cõtextu operis pbauimus/& libẽter ſumus ſecuti,Et ipſi quóq; effectus rerꝝ ſi diligẽter ad inuicẽ cõferant/iſtuc ipm haud dubie oſtẽdere poſſunt/Caſtrioti primũ ſtratage/ma in expectando tã propẽ hoſte fuiſſe/ſimulantis cõgrediendi aio ſe expectaſſe, ſed multitudine uiſa/& pſenti magnitudine periculi perterritũ tũ demũ cogitaſſe de fuga/ut animi ſimul/& licẽtiæ aliqd iniiceret barbaris interpretatus eius eſt ti/mor/quod ſine ſuſpitione ingẽti fieri haud quaq̃ potuiſſet/ſi plus ſpacii inter fugã

horꝫ/& illorꝫ aduentũ interceſſiſſet/Lỳſſum uero uerſus potius q̃ alio inclinata fu/
ga,tũ quod pauorẽ ſimulantibus hoibus tãq̃ aptior ea uia/qa tutior erat/electa ui/
deretur/ne ſi inter aſſuetos ſaltus/& confragoſa montiũ aufugiſſet,& metũ ſuũ mi
norẽ indicaret/& latentiũ ſuſpitionẽ inſidiarꝫ iniiceret hoſti/Tum illo fortaſſe ele/
ganti ꝓpoſito(quod effectus poſtea nõ inefficax teſtis expectato ſucceſſu propa/
lauit)ut credulũ/ac ignarꝫ hoſtẽ eo pacto deciperet, adoriretur q̃. ab ea parte, quã
neq; fugę ueſtigia/neq; rõ ipſa locorꝫ ſpectatã ullatenus faciebat,Non enim uel ab
inani/ uel iprudẽti rõne tã prudẽtiſſimorꝫ ducũ cõſilia illa inita fateri licet/Ameſa
quóq; nõ diſſimilis oino interpres eius rei fuiſſe dicit/nã quũ Baſſa fluctuatus ali
quãtũ animo ex inſueta/atq; tã pertinaci fuga uiri/mentẽ illius ſciſcitaret.Moſes
inquit/copias expectabat patruus,Ideo ſolito/& tumultuario agmine collecto ue/
terem uincẽdi ſpem eouſq; aluit/Donec inani opiniõe fruſtratus,& uiſis tã crebris
ac ingẽtibus ſignis coactus demũ eſt uerã ad fugã,neq; tutã ſibi morã ullam ad re
ſiſtendũ nobis in puincia ſua cognoſcẽs,Lỳſſum ad petenda à uicinis atq; Venetis
auxilia cõfugit.Probabilis maxime ratio accepta,neq; alia ullius ſnia fuit,Licet al
tius deſcendentibus ingeniis/atq; cõſiliis (ut par erat)collectis/præceps ſaltẽ ſi nõ
uana Ameſę interpretatio uideri potuerit,nã nõ eam paucitatẽ hominũ/qualis cũ
Moſe uenerat/á Scãderbego creditã,neq; nõ cognitã,atq; formidatã eã uim peri/
culi illud ſummopere augebat,quod ꝓcurata oia per Dibras/ſicut in regio aduẽtu
cõſueuere apparebant/nõ ꝓciosi quippiã/nõ ullum animãtis genus relictũ in cãpis/
Satis apertũ ꝓcipui cuiuſdã timoris/atq; elaborati cõſilii indiciũ/Niſi fortuna/fa/
tãq. ubi ſemel funeſtũ aliquid miſeris mortalibus deſtinauere/mentẽ quóq; ac ſen
ſum/quaſi ipm corporis robur/& columen adimerẽt/Suberat oculis ipſis tã prom
ptum hoſtiliũ cõſiliorꝫ documẽtũ/neq; cernebat/niſi fortaſſe in ipſo ſtatim appa/
ratu fugæ/ꝓcuratũ de hoc quóq; agreſtiũ/& prouincialiũ ſtatu in Dibris putauit
barbarus,Sed agendũ/Quãdo in Aemathiã ſuperato Tumeniſto monte deſcẽden
tes/ac Croiẽſes fermẽ cãpos ꝓterlati parẽ ubiq; rationẽ ꝓuiſionis inuenere/cur ab
ea credulitate nõ diſceſſum eſt? In uiri ꝓterea fama nõne multũ momenti ponẽdũ
fuit? ut nunq̃ tã ſupinũ crederẽt Scanderbegũ,quod eũ apparatũ/& magnitudinẽ
copiarꝫ nõ ſenſerit/Nolo tm diutius hãc hominũ credulitatẽ accuſare,quæ tã inſi/
gnis uictoriæ nobis,& perpetuę materiã gloriæ tribuit/Regius itáq; ubi per fugã
noſtrorꝫ negatã ſibi eo die bellicã laudem oẽm cognouit/collectis optimatibus/ac
principibus exercitus poſt cibũ laute captũ ad cõſilia nõ ſatis opportuno tpe dela
bitur.Illud unũ multis ſentẽtiis uerſatũ/an eo die mouẽda inde caſtra eſſent/& ho
ſtis qbus locis/qbus rõnibus ꝓſequẽdus expectaturus/an ibi quod de illo certiora
ſcirẽt/eſt morandũ.Ameſa/& pauci nihil inouandũ,ſed diẽ ſequentẽ ibi expectan
dum dixere.Tamẽ maior pars melioré uicit,& illorꝫ ꝓualuit ſnia,qui affirmantes
ad eos apparatus quęrendi ſubſidii/& reditũ Scãderbegi quatriduũ uix ſufficere.
Tẽpore interim/atq; occaſione utendũ dicebãt,Progrediendũ in deuaſtãda/& de/
populanda reliqua ꝓuincia,neq; expectãdũ/donec oĩs colonus/& multitudo agre
ſtis ea fama territa fugiẽs ĩ loca tuta nudã tm̃ tellurẽ inanéſq; caſas/ac uacua ouilia

tarde progressis militibus relinquat. Signũ itáq; datũ à duce/ut exercitus oís illico in ꝓcinctu esset ad se sequendũ/propalatáq; ea snía est in uulgus, atq; aperta ratio nouoꝝ consilioꝝ/Paruit impiger miles eo nuncio supra modũ erectus, & clamore (quo cętera solet) eã rẽ maxime approbauit, extulitq./Proinde dicto citius tento/riis/ac uasis collectis stetit parata acies, atq; oia ad manũ fuere/ Amesa quóq; ipse uultu ad oía hilari libenter passus est in eã sententiã se trahi/nõ negans & ille tutos se ea die/& sequenti etiã fortasse à Scãderbegi incursu fore/tamẽ sibi in rebus bellicis timidiora cautioráq; cõsilia semper placuisse/ ita in minimo errore multũ esse momenti, Ideóq; monere Bassam/ut maximo ordine/prudẽtiáq; in ea re ageret/ne ꝓpter ĩmodicã libidinẽ militarẽ sordido prẽda sibi & suis etiã luctuosa efficiatur, hoꝝ nihil omissum/Partita igit̃ egregie agmina/ac graui edicto disposita/ ne quis ordinẽ/& assignatũ locũ incõsulto imꝑatore mutaret/etiã si omnis Epirotica gaza ante pedes obiiceret̃, quũ tẽpus fuerit ꝑmissurũ se libẽter quæ illis usui forẽt pollicitus & prædę & cętera ꝝ reꝝ hostiliũ sat uberẽ copiã/nihil tũc negatũ à milite/donec oculis subiecta, quę ꝓhibebant̃, aspectu ipso auidas manus inuitassent, Priusq̃ tamẽ mouerent̃ signa/atq; incedere cepissent agmina Bassa deos ꝑcatus/ut se Epiroticę insolentię domitorẽ facerent, atq; Scanderbegi tot annoꝝ triũphos/& fasces uictoriaꝝ sibi donarent accitũ ad se Amesam agentẽ curã suoꝝ/laudatũq. publice multo decore uerboꝝ salutari (ut fit) militari uoce in Epiroticũ regẽ fecit/Scanderbegi omnia lõga, sed inani detestatiõe insectatus, Accepit omen nepos, Quare prõptior ad omnia/lętiorq. obire diligẽtius singula/& ambire uerbis/factisq; impẽsius fauorẽ populare cępit, Inter hæc agẽda mota sunt signa/exploratoribus tamẽ longe/latęq. ꝑmissis, & impedimẽtis partim ꝑcedẽtibus/ꝑtim sequẽtibus. Petita est primũ (Amesa ducẽte) ea regio Epiri, quæ ab oriente Croia respicit, & LXXX. milia passuũ ab ea distat/ quod quũ magis deserta esset uiris/ cultior/ & aptior ad prædã uidebat̃, Præterea paulatim appropinquãtibus copiis ad muros nõ deerat animus si occasio daretur/urbe quóq; potiundi/Desinẽtibus tñ imodicis caloribus perexiguũ itineris eo die emensum/nullo etiã tã parui laboris prẽmio in cãpis inuento/sic deserta oía / ac uasta ubiq; apparebat solitudo/Augebat ea res magis timorẽ/ac suspitionẽ barbaro, & plus exinde Scãderbegi ingeniũ/atq; insidiæ timebãtur/Molestũ præterea id erat cupido laudis homini/quod si ille uel absentia/uel assiduis ludificationibus copiã sui nõ fecisset/reuertẽdũ sibi inglorio omnino Constantinopolim esset, Nã neq; prędę materia ulla/quæ in parte uictorię cõputari cõsueuit, neq; modus aderat sine operibus ꝑ oppugnationẽ urbiũ laudis ullius quærendę/Deuastatio uero segetũ/arboꝝ incisiones/& uillaꝝ incẽdia atq; cętera id genus in ultimo odio differri cõsueuere/quũ furorẽ/ac rabiẽ uerius quandã/q̃ ultiõis cõmodũ ullum ostẽdant, Præsertim quod alebat spes nescio quæ hoies debellandi cũ Scãderbego posse si manus cõseruisset, & totius ꝓuinciæ extorquẽdę, Ideo forsan aliquãtisꝑ ab ea sęuitia desitũ est. Cõtractis iã paulatim radiis uergẽte ad occasum sole succedens tacite multis locis umbra fessa itinere & calore/atq; perẽnibus exhausta sudoribus militũ corpora cęperat instaurare, Quũ ꝓꝑ eã copiã respirandi

accelerãtes iter homines, & inferẽtes prõptius signa Bassa sistere iussit, ueritus pro gredi ulterius pp uicinitatẽ noctis/atq; Amesa prius cũ nõnullis eqtibus ad cõtem plandã cõmoditatẽ loci p̃missio/collem quendã pximũ/qui à sinistro latere imine/ bat cũ parte copiarũ cõscendit ipse/Pars in ualle supposita/& aliis, qbus tutius po/ tuit locis/collocata est/custodiis tã per patẽtes cãpos/q̃ uicinorũ montiũ cacumina summa rõne dispositis/ab ea pręcipue parte, qua periculũ à Lỳsso timebat/Ita no cte ibi transacta Aemathia crastino itineri omniũ sententiis destinata, Interserunt hic qdã captos nõnullos ex nr̃is colonis/dũ incauti ex saltibus uicinis descẽdentes/ fuissent oppressi/metu mortis/atq; supplicio adactos multa hostibus Castrioti cõ silia aperuisse, Sunt.n.qdã mõtes Epirotici adéo saltuosi, atq; difficilis accessus/ut tutiorẽ se pené ibi/q̃ in munitissimis oppidis esse confidat habitator, neq; ulla satis hostiũ, & periculi magnitudine ea loca deserat. Addunt illud quóq; trãsfugas hac ipsa nocte isse ad Scãderbegũ/interceptósq; à qbusdã custodiis nr̃is exploratores creditos in ea incertitudine noctis occisos/Vnũ casu seruatũ, missumq. ad Castrio tũ accingentẽ se crastinis laboribus, multáq; ab eodẽ cõsilia illum didicisse, & eius uictorię nostrorũ quæ mox sequuta est/præcipuũ hunc auctorẽ, & adiutorẽ fuisse, non difficile creditu id est, Nobis tñ sine probatione aliqua ueri/ uel impugnatiõe mẽdacii istuc sic retulisse satis, p̃sertim quod res nostræ iãpridẽ in hostiũ aduentu ipso relictæ me ad se sollicite accersunt & reuocant. Cæterũ Scanderbegi fuga illa Lỳssum uersus nõ eiusmodi fuit, ut credidit hostis/Sed ubi multis milibus passuũ ex oculis illorũ euẽtus deuenit i loca quædã in limitibus ipsis sui impii/unde multę in puinciã uiæ ad hostẽ ex improuiso inuadendũ patebãt, fixis signis castra per eũ diẽ ibi metatus est, Et ipse usq; ad occasum fermé solis cũ exercitu mansit/ tũc de/ mũ copiis ibi relictis cũ paucis admodũ equitibus in mõtes quosdã puenit. Vnde nõ iniqu? erat in Aemathiã pfectus, atq; per iuga/& sumitates (nõ aspernatus ea/ quæ à transfuga illo audiuerat) custodias cũ solitis fasciculis disposuit/admonitos prius ut erectos illos tenerẽt, & qua parte cõsedentẽ uiderẽt hostẽ/ab eadẽ uelut in præceps eosdẽ fasciculos darẽt/Hoc tm̃ diurnũ signũ ordinatũ/de ignibus/cæte/ risq; custodiis nocturnis nihil procuratũ inuenio/Relicti tñ ad eã custodiã sunt mi lites ex toto fermé exercitu maxime insignis/& fidelis operę/unáq; cum eis Peicus Emanuel pari uir cõsilio/atq; audacia/nã totius rei momẽtum in ea custodia erat/ His sic pcuratis intẽpesta nocte rediit in castra/& maiore eius parte ibi p quietẽ trãsacta/silenti admodũ agmine sustulit signa/atq; nõ diu oberrans in ualle quadã nõ procul à custodiis, quas diximus, latuit pedẽ inde nõ moturus/donec p fascicu/ lorũ indicia agẽdorũ cõsilia accepisset/Lux uix exorta Bassam cũ omni exercitu è castris eduxit cupiẽtẽ ante meridianos calores interiora Aemathiæ penetrare/ ubi residuorũ aliqd ad prædã relictũ/& minus timoris/ac negligẽtiæ magis audiebat/ Itũ igit̃ nusq̃ interpellato itinere, & madẽtibus adhuc rore matutino herbis/cele/ bres Romano quondã sanguine cãpi/ac infamis tellus noui iã cruoris auida infę/ lici præssa pede, Et ne sine p̃sagio (ut assolet) aliquo tanta res transiret. Affirmant multi/signiferum maceriæ quadã diruta offenso equo (ut multa sunt eius generis

Att. Signa & pdigia fa/ tuere itermi/ natiõis Bar/ bari exercit?

apud nos fines terminātia p̄dior̄)humi p̄cipitē cū uexillo corruisse,ac exanimatū feré sublatū manibus socior̄ impositū in equo/Rem tñ minime curatā ab hoibus/ Signū tm̄mó acceptū/ut cautius cęteri irent/& uitarēt eum locū/id quod & nobis fortasse magis credere licet, q̄ uanissima eius casus indicia in mera arbitrii liberta te/ac tantis fidei christianę documentis sequi,sed in alieno nescio qua róne dissen/ tiā à cæteris/quod p̄ eos dies uulturū/ac cæterar̄ id genus uolucrū,quæ sordes ca daver̄ appetunt,tantā multitudinē in ea loca uelut p̄sagā futuri cruoris aduolasse narrant/ut operiri cœlū uideret,an & illud cōtēni debuit? Quod hoc ipso anno in exitu ueris sanguine pluisse à multis,qui uiderunt,propallatū obliti omiseramus, quor̄ neutrū hois facto ullo processit,neq; aliquid in prudētia/ aut cōsilio nro fuit momēti/ut præuideri/uel p̄caueri posset,Fluūt multa ignaris mortalibus occultis q̄busdā rer̄ causis,& mala/bonáq; agētibus astris nobis sępenumero patēt/sed dū obseruare piget/oia casum facimus,neq; prudētię ministerio/& industria cōsilior̄ uel propensa numina inuitamus,uel minantis rabiē pòli excludimus.Cur nāq; uel eos auiū uolatus/uel cælestem sanguinē/magis hostiū/q̄ nostrā cladē portēdisse di camus? nisi longis ducis consiliis ingeniiq; dexteritate & expugnata astra/& exo/ rata à superis tanta uictoria fuisset/Potuit (ni fallor) uulturū fames eludi/Potuit solo sanguine cælesti exaturari tellus/si trahentia fata p̄tinax humanor̄ prudentia pector̄ ad se traxisset. Si.n.nihil momenti est in nobis/nihil iuris habemus in his/ quæ agimus,& necessarius ea indicia effectus sequit,Quid frustra monere/& iu/ bere arma/si inanis ois tutela nra est futura? Quid saltē adeousq. onerare genus hu manū,& tam longas miseris mortalibus uelut condicere lachrymas? aspectatores mali sui tm̄ nō affuturi facere oculos/Lętiores p̄fecto abiremus alente spe animos usq; ad ultimū uitę spūm,quæ mortē quóq; ipsam minus formidatā cōdiret/Licet illud sit in ore feré omniū præuisa mala lenius offendere cōsuesse/Fatebimur for/ tasse in eo genere malor̄/quæ præparare animos nō demittere solēt/sed nulla q̄dē funestior cogitatio/q̄ quæ uitæ/ac mortis tēpus æqua ui lachrymar̄/ac rabie dolo ris aspergit/Verūtñ dū philosophū nescio quē ago/nimio plus fortasse historicum exui/hostiū ingressum in ea loca statim crepitus tormētor̄ ex castellis uicinis ex/ cepit reuocantiū quosdā ex suis,qui pabulatū cū armētis exiuerant, Nemo tarda tus propius p̄iculū expectauit/Quin studio fugę qui longius progressi fuerant,in/ cōmoditate agēdi gregis pauxillū prædę hosti reliquere/ Simul & fasciculi nostri ex mōtibus excęssi Scāderbegi ociū excussere,Qui optima róne facile cōiectatus quo tenderet barbarus/custodiis reuocatis,& uinctis ordinibus latenter p̄ secretas ualles/& montiū secessus mouēs agmen ignar̄ hostē à longe est secutus/Et quū sa tis itineris emensum uisum est ratione custodiar̄ ibi quóq; exactissime disposita/ iuxta collē quendā/quē Tumenistiolū accolę dicūt,usq; ad occasum solis cū omni feré exercitu quieuit/Regius interim nō primā solū partē diei sed integrā feré eā lucē in quærenda præda/& excursionibus assiduis cōsumpsit,cōtemptu quodā/ac licētia paulatim inter homines orta/quū nihil usq̄ obstaculi appareret/Non latuit quippiā Scāderbegū,sed neq; cū ea paucitate suor̄ p̄ latā planiciē inseq pallatos/

aut cũ aliquo discrimine pugnare decreuerat, & crescere magis licentiã illorꝫ uolebat. Eodẽ igitur tenore ꝑ totã noctem illos sequutus à castris eorꝫ abstinuit, cũ ꝓꝑ incõmoda locorꝫ/quod uix duci agmen in tenebris ꝑ eos inuios saltus poterat, tũ qa animũ intendisset ad cõceptũ iãpridẽ stratagema illud de tubicinibus/cornicinibúsq; (de quo suo loco dicemus) ad diuinũ se certamen seruabat, Trãsegit itáq; id noctis Barbarus multa festiuitate/atq; militaribus iocis. Amesa quóq; nihil recusans circũlatus ꝑ castra manibus sociorꝫ/atq; inconditis uulgi carminibus uelut iã totius dñiũ Epiri nactus esset/nimiũ prępostere celebratus est. Non quod liberi iã forẽt à suspitione/timoréq; animi hominũ, sed qa desideriũ nostrũ sępenumero fidẽ quóq; ipsam secũ trahit, ut quũ ita uelimus/ita credamus, & triduana ea cessatio uelut uictoria quædã inanẽ ꝓfecto licentiã mentibus iniecerat, Inde omnia ad negligẽtiã proniora/& ministeria custodiarꝫ segnius ꝑcurata, ab ea tm̃ parte uigiles dispositi/qua hostiũ iter & reditus à Lỳsso timebat. Ita nocte supata dies quóq; adueniẽs excursionibus designatus/Sublata igit cũ luce signa, & quod superat locorꝫ ingẽti impetu atq; insultatiõe ꝑagratũ. Castra ẽt mota cũ oibus impedimẽtis/& in planicie quadã inter Mathiã fluuiũ/& aquas/quas Albulas accolę appellant, translata nõ dissimili serie custodiarꝫ Lỳssum uersus ordinata, & ad radices Tumenisti montis, qui patẽtes cãpos ab occidẽte spectabat, armati qdã custodiã habere iussi, cęteris rebus statiões egregie munitæ, ac dimidiũ feré rebus exercitus ibi retentũ. Nam Bassam cũ multis purpuratis in eis mansisse inuenio. Amessam tamẽ ut peritũ regiõis copias ad deuastandã ꝓuinciã dictitasse. Procursum igit eodẽ tenore usq; ad suffadas maritimas/& littorales ꝑtes Colonus obnoxia iniuriæ quędã reliqt, ꝑsertim quod nõ satis credidit Scanderbegũ tã diutinã eorꝫ licẽtiã passurũ/ Potuit oino tũc quóq; egregiũ aliqd nauare Epirẽsis/si impetũ in castra diuisis sic uiribus hostilibus fecisset, sed nõ adhuc ita in ꝓpinquo surrepserat, ut in ꝓcinctu ea aggressura esset/& expediret añq̃ reliquus populator reuocatus medios intercluderet hoies. Reditũ est in castra reuocante fame/caloribúsq;, ac infamis præda inter milites diuisa/quæ famẽ inuitaret magis/q̃ pelleret. Subduxerat interim nr̃i copias/ac insidias oẽs, & ardẽtia ora/gladiisq; iã stringebant in hostẽ/Castriotus uelut sollicitus hospes, quũ ꝑclarꝫ aliquod cõuiuium, & lautiores solito epulas parat/nõ familiariũ/nõ seruorꝫ/nõ fide manibus uxoris: & expto ingenio fidens/oia ipse ordinat/oia disponit/disquirit singula anxius, & in omni parte mensę in cunctis cibariis pallidus hęret, prę̃sertim si ꝓꝑ tenuiorẽ fortunã uiri parcior apparatus est/q̃ pro numero cõuiuarꝫ/Ampliat quæq; docta artificis manus ad oculos saltẽ accũbentiũ fallendos si manus & dentes nõ põt/sic perrans ille ꝑ montes/& colles uicinos nusq̃ quiescit/Hinc Mosem/hinc Tanusiũ/hinc Stresios/cęterósq; singulos singulis ministeriis addicit/monet instituit, nullius tm̃ satis ingenio in tanto rerꝫ molimine fretus/nunc præit/nunc sequit uiros, ubiq; testes suos ipse oculos/testes manus adhibet, uersat/reuoluit cũcta simul & loca hominibus/& hoies locis assignãs/ Partit ita ordines/uirésq; suorꝫ ne uiolet/ne exhauriat formidandũ undiq; ignaro hosti spectaculũ parans, nã singulis agminibus tubicines/cornicinesq;/ac cętera id

De cęde Barbarorꝫ/& triumpho Castrioti Epirẽsiumq̃.

genus bellica instrumẽta, quæ numerosiora solito apparauerat/summa rõne locauit/Peditẽ uero/equitemq. prout qualitas locorũ patiebat, disposuit, & numerus copiarũ/nã maiorẽ exercitus partẽ/quattuor equitũ/totidẽ peditum milia sibi seruauit/atq; nihil moratus Tumenistũ raptim cõscendẽs occupauit. Regii/pſertim qui à populãdo fessi redierãt/ad quietẽ suã equorumq. dilapsi se toto passim sparserãt cãpo/equis nõ stratis/nõ infrenatis habitis/paucis etiã ad arma/& ordines relictis/ Pars sub umbra cruenta uescẽtes prẽda/pars sumpto cibo somno etiã strati/quidã lusibus uariis/lasciuiáq; militari uix ẽgra corpora sustinebãt, nã & anni/& diei intẽperatissimũ tẽpus erat/pp flagrãtissimos iulii calores/ ac stationẽ ipsam Solis uix mediũ cẽlũ relinquẽtis, Quapp & cæteraru custodiarũ nõ absimilis ferẽ negligẽtia fuit. Ibi quóq; ad ociũ & corpora curanda uersa multitudo/non armis/nõ equis ad manus habitis cũ timore ipso rationẽ ordinũ ex magna parte abiecerat / Bassa tñ cũ purpuratis/& Amesa consultore, cuius pcipuẽ res agebat, sub tentoriis puigili cura augebatur/quo iã uertendũ iter? Vnde quærẽda materia aliqua laudis foret? Duabus (ut debebat) sentẽtiis ea cõsultatio cõstasse dicit, Altera ferro, ignique per oẽm puinciã ĩmisso/& absumptis casis/arboribus/segetibúsq;/ac oĩbus solo ẽquatis ea saltẽ uictorũ uestigia relinquẽda censebat/Altera Amesa auctore Croiã cundum/& tentãdos oppidanorũ aĩos/an nepotis imperiũ admitterẽt, & dedere se uellent/Subiiciẽdũq. id ad terrorẽ hominũ, ni postulata ex ẽquo acciperẽt/sordidissimũ iugum oĩno coactos subituros pter perpetuã obsidionẽ/& calamitatẽ/ac ruinã puinciæ/neq; serũ Scãderbegi auxiliũ expectarẽt / inania cõsilia hominũ, qui uel sibi uel aliis diuturniorẽ absentiam uiri suadere poterãt/Facile tñ hac snia recepta de altera supsessum est, Id tñ ad mouẽda castra donec ẽstus ille/& lassitudo corporũ resedisset, expectabat/Sed non expectauit Castriotus iãpridẽ ex Tumenisto eo spectaculo pascẽs simul/& instruẽs oculos, atq; animãs/& cõponens militẽ/qua ratione se sequeret, qua pterrefaceret/& qua parte prẽmeret hostẽ/Tamẽ primũ omniũ cõtemplatus custodiã illã ad radices montis/sensim ab altero latere descẽdens ipse ante alios cũ octo nõ amplius equitibus dormiẽtes nõnullos/alios ex improuiso oppressos trucidauit/ pter unũ, quẽ fuga/equusq. saluauit/ Eóq; mõ reliqua agmina nra decurrere in planum ignaro hoste. Quũ subita eius custodiẽ oppressio signũ ullũ dare phibuisset. Cẽterũ ille effuso cursu platus in castra horribili clamore cuncta repleuit Scanderbegũ adesse trucidatos custodes, Vniuersas hostiũ copias mox affuturas/haud credita quasi res fores/ni satis certa indicia/& pauoris ipse sui & sanguinis sociorũ dedissent/Nã neq; piculũ ab ea parte/neq; tã improuisus aduẽtus eorũ timebat/Amesẽ facile oĩa credita/quare cõfestim puolans ad suos & arma oĩbus/& magnos ad uincẽdũ animos suadere conat. Somnũ multis partim socii/partim hostes aduenientes excussere/ Nã Castriotus ubi proditas iã apto cãpo insidias suas uidit/peditibus ẽtũ accelerare possent/ sequi iussis effusissimis habenis accingẽtes se ad prœliũ turmas inuadit/clamore ab oĩbus ex cõposito sublato/ ac tubarũ clangore edito/ut & magni exercitus existimatiõe pterrerẽt hostẽ/& signũ mõtanis/ac circũdispositis insidiis darẽt. Primũ impetũ illorũ Amesa/cũ mi/

lite ſuo/ac cuſtodiis qbuſdã fortiter excepit/Pedites quóq; multi occurrere/quũ in ea celeritate fulciendoꝝ tã cito equoꝝ facultas nõ adeſſet/Trepidatio/ac tumultus ingẽs omnibus locis exorta/cadẽtibus quaſi maxima cõſternatione ad aſpectũ hoſtiũ uiris/Baſſa è ſtatione ſua neq; pedẽ/neq; ſignũ mouit/donec inſtructã egregie multitudinẽ uidiſſet/& latus undecũq; triplicato robore armatoꝝ cinxiſſet/Sed inter hęc apparãda iã cęlũ undiq;/& terra miſceri uiſa ꝑ nouos inexpectatóſq; tumultus/& horrẽdos latentiũ inſidiaꝝ clangores & ſtrepitus. Reſonare paſſim colles/ualleſq. uicinę nũc clamoribus humanis/nunc tubaꝝ ſonitu/augẽtibus pauorẽ animis ſimul & auribus innumeris ſclopis, Quare exanimati regii credẽtes totius Epiri/& Dalmatiæ inſup uicinę uires adeſſe, priuſq̃ Moſes cũ ſociis deſcẽdiſſet in planiciẽ. Arripe iã ex omni parte quã poterãt/fugã cępe/quæ etiã haud quaq̃ tuta uidebãt/obſeſſo undiq; quaſi omni aditu ab hoſte. Equi ẽt ipſi territi multis locis/excuſſis/& abruptis uinculis/é manibus ſternentiũ fugiebãt/Sed Ameſa nõ ignarus fraudis/& cõiectatus facile patrui ingeniũ uociferãs paſſim nihil timẽdos eos inanes tumultus/talia eſſe ſolere paucitatis præſidia/atq; artes/& cõgreſſus/hoſtiũ cominus expectandos/non uanos clamores/& tinnitus æris/nõ appoſitas timidoꝝ uoces, & imbelles latratus uſqadéo formidãdos, multos ꝑ ſingulos gradus reuocabat pari incertitudine fugę/atq; certaminis, nã neq; illa ſtãte impatore, & integris quaſi omnibus honeſta apparebat/Neq; ad hoc ſufficiebãt uires perculſis in re ſubita tanta cõſternatiõe animis/ut uix reſtitui in integrũ ꝑ lõgũ interuallũ poſſent/Baſſa quóq; agmine ſuoꝝ ſtipatus eductis multo impetu ſignis pugnã nõ detrecta uit/Properantẽ ad ferẽdũ Ameſę auxiliũ/& opprimẽdũ aduẽtu ſuo Scãderbegũ Moſes/ac deinde cęteri ſubſequẽtes in planũ facile reuocarũt, Sed effundere multũ habenas equitẽ nõ eſt paſſus Dibrẽſis/donec Tanuſius/& Aemanuel, qui peditũ/ac ſclopoꝝ agmen trahebãt ad primos ꝑueniſſent. His ſuccedẽtibus furor cuiq; ſuus ꝑmiſſus/ac equeſtris, ꝑcella ab oĩ latere nõ tardata ruebat, Quare cõpulſus eſt quaſi iteꝝ in Tentoria Baſſa, & peditatus noſter abiectis poſt terga arcubus ſclopíſq; gladio commodius in propinquos/ac incõditos paſſim & inordinatos hoſtes agere cępit. Multa clades per oẽs ſtationes edita/multus/& fugientũ/& reſiſtentiũ cruor effuſus, Sed alia mali ſpẽs/alia funeſtiſſimę fortunę ſpectacula ab alia parte fiebãt/Aliis ſanguinis, ꝑfluuiis humectabãt tellus/qua Scãderbegus cũ copiis ingruerat, nã & maior inde numerus noſtroꝝ ingẽtiora poterat edere opa, & hoſtes magis incauti/ ac inermes feré & ſtrati ſomno multi oppreſſi patentiora iniuriæ corpora/ac expeditiorẽ ferro uiã ꝑbebãt. Hic quóq; peditatus nõ abſimili modo uſu ſagittaꝝ/ac cęteroꝝ id genus miſſiliũ abiecto ſtrictis tm̃ enſibus/& uerutis/ac ſpiculis Epiroticis nũc timidoꝝ/ac fugiẽtũ terga feriebãt/ nunc cõfodiẽtes equoꝝ ilia ſeſſores paſſim humi ꝑcipites deturbabãt/Fuga hominũ/& audacia omnis ab Ameſa manifeſto pẽdebat, q obnixiore ſemp uultu ſuſtinebat hoſtẽ, & nũc uoce nũc gladio ſocios cõpellabat/Vt adeſſent tm̃ ſuſtinerẽtq. dũ primi Epirotici impetus frãgerentur/Expeditã poſtea uictoriã/ac incruentã ſibi futurã. Paucitatẽ nihil ꝑter primũ furorẽ hr̃e/Simul cũ eo & uires cadere, & animos, & ſic nõ iniqua rõne

ꝓtrahebat certamẽ/donec reliq̃ agmina/quæ ſparſa late ꝑ cãpos erãt,cõcurriſſent ad arma/Tamẽ inanior ſemꝑ eius auxilii expectatio erat, nã multi ab imiſſo eqte nro obruti dũ arma expediũt/multi inter ueniendũ intercepti/reliqs fugã ſuaſerat timor/Ita paucis turcarꝝ copiis legitime cõcurſum/ac maior pars iumentorꝝ more trucidata,Moſes ea occaſione cupidiſſime ad abolẽdã ueterẽ ignominiã accepta/ cũ robore ſuorꝝ Baſſam nuſq̃ reſpirare patiebatur,Clamãs (ut impatiẽtis ingenii erat)ad oẽs ictus/& motus oculorꝝ,Adeſte/inferte gradum ſocii/Non inſignis caſtrorꝝ forma/nõ uos ingẽtia Baſſę nomina deterreant/Infames relliquiæ ſunt Belgradẽſis Hũgaricę cladis/timore ꝑterea/ſomno/ac recẽtibus crapulis obruti/Vrgete/impellite inanes cuſtodias/Exaturate ſanguie dexteras/poſtea ꝑclara præda/ac ingentibus ſpoliis exaturaturi,Mouebãt facile cũ hęc dicta uiros/tũ illud multo magis/q d' tã ꝑcioſa uictorię ꝑmia oculis quaſi ipſis cernebant/Tamẽ circũfuſa undiq; turcarꝝ agmina/peditũ ẽt q̃rũdã nõ cõtẽnẽda manus/penetrari ſe nõ patiebant. Scãderbegus interim nepotẽ/quũ occidere ꝓhibuiſſet/cõuerſum in fugã/ac equite poſt terga fugiẽtis imiſſo uiuũ cęperat,& expedita ab ea parte uictoria ad ſtationẽ Baſſę cũ mille ferẽ peditibus/& paucis equitibus properabat, Nã cæteri cęptã ſemel uictoriã neq; in fuga hoſtiũ intermiſere/Sed & ibi ꝓfractũ robur omne caſtrorꝝ fuerat/imiſſis à Moſe ſclopis,ac imperator cũ oibus cõuerſus in fugã, Pedites qui ibi fuere/niſi qs in eo tumultu raptim equũ uel ſuũ/uel alienũ cõſcendens ſe ſubduxiſſet/oẽs cęſi,& uiui in poteſtatẽ uenere,Scãderbegus Baſſę iter/ac ueſtigia nuſq̃ reliquit,donec ille in tutũ ꝓuenit,ſeruauit nãq; dñm pernicitas equi. Capti tamen ex comitibus eius fugæ plures/& inter cæteros Sanzachus unus,cui Meſſit nomẽ erat. Dibrenſis quóq; ac cęteri,dũ carpẽdi,& lacerãdi terga facultas fuit,nunq̃ prædę memores fuere/Spõte ſe dedentiũ ubiq; feſſa/ac ignaua agmina uinciebantur/Pugnatũ eſt tãdiu hoc mõ/donec dies quaſi ipſe cũ hoſte deſeruiſſet uictores/Non ingẽs laſſitudo/nõ properãtes tenebrę ab aſſuetis laborꝝ/& uictorię pręmiis militares manus detinuere/Palpitãtia adhuc cadauera exſpoliata/& multi etiã tũc occiſi,in qbus reliquũ adhuc ſanguis inuiſum ſpũm ſeruabat/ Signa militaria ꝑcipuę magnitudinis/& formę. XX. capta/hoſes uiui Mille qngenti equorꝝ/ ac reliquarꝝ rerꝝ incredibilis pręda fuit. De numero occiſorꝝ uarię afferunt,qui.n. plus. XXX. milia cæſa referũt/qui uero minus. XX. cõmemorãt. De noſtris. LX. ſolũmõ/aut paulominus deſideratos fuiſſe narrãt. Tam amplã uictoriã ſic exiguo pręcio ſtetiſſe. Sed nec ipſe mirabilẽ nego/dũmodo audiẽtũ aures (rara hæc res) omnino nõ offendat/At ſi uetera multa Romana/exteráq; eius generis exẽpla inſpiciamus/facile hoc iꝑm quóq; credulitatem inueniet. Tentoria multa erecta inuenta ſunt/à ſuis locis ꝑ eã noctem nõ mota ſed deſtinata paſſim uictoribus,qbus feſſa/humẽtiáq; mixto ſudore/ac ſanguine corpora à cęlo nocturno defenderent, ubi etiã accenſis circũ ignibus eã lęticiã celebrarẽt. O lepidos fortunæ luſus,& ridiculũ rerꝝ humanarꝝ ſtatũ. Baſſę ꝑtoriũ Scãderbegus obtinet/atq; alii demũ alias nõ ea mente paratas puſſidẽt ſtationes,ſtratas inueniunt multis locis menſas/atq; ſparſis paſſim abutunt cibis,Credere exin ueteri ꝓuerbio ſatis licet Multis(ut ſic

Ameſa uiuꝰ capitur cum Meſſit Sanzacho ac pluribus aliis aulicis Baſſæ. Numeꝰho/ſtiũ occiſorꝝ/ captiuorũq;. Direptio caſtrorꝝ cum ſignis militaribus/ Numerus ex uictoribus interfectorum.

dicam)milibus passuũ Os ab Offa distare/Equi plures strati/ac infrenati reperti: qui dum ascensorẽ dñm uelut expectarẽt/cęsum sub oculis/ac pedibus ipsis ignari cõspiciebãt, Amesa tamẽ pręcipuũ eius rei spectaculũ/ac documẽtũ uarietatis humanę cernebat. Modo insolens Aemathiã pcurrebat/Nunc momẽtaneus rex erectis (ut aiũt) cristis militũ manibus/clamoribúsq; circũferebat per castra uinctis post terga manibus sine uoce sine uultu ad Patruũ trahit/& accurrẽti undiq; multitudini/ac turbę uictrici offert, pietatẽ ferẽ oĩbus/lachrỳmas etiã qbusdã eliciẽs. Adueniẽte die Scãderbegus ueritus ne tot simul cadauera eis pręsertim caloribus corrupta fętore suo aerẽ corrumperẽt, quæ ultima tribui poterat, pietatẽ hostibus sed nõ uoluntariã impẽdit/Humati sunt equi simul/dñíq; pluribus locis, ac iumentorꝫ/& hominũ cadauera cõfusa/Plura ad rippas uicinorꝫ fluuiorꝫ/& albularꝫ inuẽta/prout fuga homines, timorq; passim incertos tulerat/Licet potuerint satis eo die ꝓpter tãtã sparsi copiã/& inũdationẽ sanguinis Albulę mutare nomẽ/Aemathiis cãpis ad ueterẽ famã multũ quóq; nois & celebritatis est additũ, Cõsumpta est in eo opere/atq; agẽdis foueis magna pars diei/ Ita uulturũ de quo supra rettulimus inanis aduẽtus & expectatio fuit/Expeditis omnibus (nã neq; onustis pręda uiris depopulãdi alia cura incessit/ quũ & ager hostilis procul esset) neq; integri oẽs eo prælio excesserant, Croiã uersus cõuersa signa/cæterꝫ in mouendis tentoriis Rixa quędã inter duos turmales orta distulit aliquantisp discessum Castrioti/Hi quũ superiori prælio contracta societate totius fortunæ/atq; prædę multa accumulassent hostiũ spolia/in diuidendis demũ eis rebus/dissensio (ut solet) Orta est, atq; eó mutuis iurgiis/& cõuiciis ꝓtracta/ut gladiis ẽt arreptis ꝓuocantes se ad inuicẽ ferro decernere uellent, Vter dñs eorꝫ appareret, quæ dissidii cãm dederant, Castriotus re audita uocatos ad se homines quum interrogasset an pransi essent, & pransos se rñdissent/Subridẽs (ut faceti/& popularis erat ingenii) Bacchus/inqt/litẽ excitauit Bacchus dirimat, nõ Mars/uel ullus alius deorꝫ/hominũq;, Deinde obiurgatos seuerius hoĩes à se dimisit/Vranaconte supposito, qui eos motus sædaret, & rem ad æqualitatẽ redigeret. Euntibus Croiã nr̃is multitudo ubiq; agrestiũ/& cæterorꝫ, quusq; ad exitũ eius rei per saltus uicinos latitauerãt/& oppidanorꝫ etiã occurrit, atq; tanta festiuitate, clamoribúsq; hominũ simul/& instrumẽtorꝫ uẽtũ ad urbẽ/ut uix speciosior triumphus/uel pompa maior omniũ rerꝫ esse potuerit, nã integris copiis structũ exercitũ sequi se ad ornandũ magis id spectaculũ usq; in suburbia Castriotus fecit/Nemo fermẽ erat, qui equũ captiuũ ingẽtibus spoliis atq; præda onustũ ante se nõ ageret, Captiui ẽt longo ordine uinctis post terga manibus Scãderbegum ꝓeuntes augebant magis id spectaculũ, ꝑsertim q; signa capta qbusdã ex illis ferẽda fuerãt tradita ad egregiã quãdã uictorię cõfessionẽ. Velaméta Bassę tentorii, quippe quæ color ipse purpureus mirũ in modũ ornabat, à nõnullis militibus nr̃is ex cõposito diffusa/ac erecta quasi ferebant nõ nihil addẽtia cæteris rebus decoris/Amesa patruũ quũ enixe rogasset/ne se tã sordida/& miserabili specie seruitutis, Croiã duceret, cũ Sanzacho illo captiuo liber & habitu cultiori, q̃ captiuum deceret, sequebat. Ibi itáq; ante portas ipsas Croienses soluti ordines & miles do/

Att. Cõtẽtionẽ inter duos milites Epirẽses exortã/ & lepidum Scãderbegi dictum ad illos.

Dimissio exercitus post ingresum Castrioti cũ triumpho in urbem Croię.

mũ lætissimus dimissus. Præter prædã/equos/ & spolia omnis generis, captiui etiã multi/prout petierant inter illos priuatim diuisi/Signa militaria & cętera publica ornamẽta quæ Scãderbego cesserant, ab accurrẽte multitudine/populóq; lata pulchris clamoribus intra muros, Sãzachus/Amesáq; custodiri iussi/donec iudiciũ de eis ferretur/Lętitiã Epiroticã/& eius uictorię celebritatẽ per multos dies nõ intermissam ad externa cõuertẽs animũ/ auréſq; haud grauate omittã. Tãta fama eius rei oẽs uicinas regiones/& interiora ẽt Italiæ/atq; cæteros christianos principatus peruasit/Quanta uix de uicto Amurathe/aut alia ulla feliciter gesta re excitari potuisset, & ingeniũ uiri iugi ab omnibus admiratiõe ꝓsecutũ, Id quod hodie quóq; illa res nõ inani documẽto ostendit, quod inter ꝑclaras ueterꝫ res gestas/& maiorꝫ laudes, quæ cani à nostris in cõuiuiis ex more antiquo & nõ cõtẽnẽdo fortasse consueuere/hoc maxime facinus nõ ingrata posteritas studiosissime inseruit, Gratulationes/munera undiq;/& cõuiuæ frequẽtes/ac perẽnes epulę quasi de cõsuetudine gentis nõ defuere, Oblitterauerat iã Alybassam/ & tot Mustapheas clades/ ac oẽs uetustas/& recentes laudes ꝑsens uictoria, Belgradenses clades tanta ultione cõpẽsatę exhilarauerãt cunctorꝫ aios, ac squalor omnis ex ea mœsticia cõtractus/& sordidę uestes depositæ/Iuuat notos/ignotóſq; ꝓcursare passim in uictrices campos, ac spumantẽ adhuc sangnine telluré inuisere, Iuuat plustrare/& scisciteri singula, quo quisq; latuisset loco/qua parte inuasisset hostem. Cæterꝫ neq; Meumethes ipse eã rem minore admiratiõe excoluit, atq; Epiroticam uictoriã sordidissima timoris sui cõfessiõe paulopost approbauit, nã quũ fractas eousq. copias suas uidisset, & seriem oẽm pugnãdi/ac rationẽ cladis à Bassa audiuisset/licet multa essent fortasse/in qbus & impator/& exercitus reprehẽdi merito possent. Tamẽ nõ ulteriori accusatiõe fortunã hominũ insectatus insueto/ & mœsto admodũ silentio dolorem suũ suppressit/Procurãdũ erat de captiuis redimẽdis/ Sãzacho ꝑsertim/cuius seruitus dolorẽ maximũ & pudorẽ quendã oibus iniecerat ꝓꝑ & dignitatẽ summã/ & uirtutẽ uiri/Decretũ itáq; de eius redẽptione & nobiliorꝫ quorundã/cæterorꝫ iactura nõ curata, atq; pecuniæ ad id à cõsanguineis/ & ex publico etiã (ut solet) paratæ. Illud tm̃ expectabat/& summæ rõ aliqua statueret à Scãderbego/& nuncius ueniret ex Epiro, qui tutũ ituris iter polliceret. Aduenere duo ex magis intimis Sanzachi à Castrioto/eodem postulante dimissi, atq; .XV. aureorꝫ milia pro eius libertate/&. XL. feré cæterorꝫ petita/neq; negata/Priusq̃ tm̃ ea uelut legatio isset in Epirũ/Ottomanus fractus magis tot cladibus/q̃ castigatus multis nequicq̃ curis ęgrũ animũ sollicitabat/distrahẽtibus ẽt hincinde mentẽ auidã cõsiliorꝫ uariis purpuratorꝫ sentẽtiis, Supsedendũ qdã de omni rõne belli Epirotici censebãt, donec Tyrãnus ipse cũ solitis uiribus/& robore imperii ad euersionẽ eius gentis ab oibus aliis liber & expeditũ ire potuisset, nã tũc ꝓꝑ recentes hũgaricas iniurias/ & nouos ex Myssia tumultus ut id facere posset integrũ illi nõ erat, Alii ab hac snia nõ discedentes mittendũ tm̃ ad fines impii ualidũ ꝑsidiũ suadebant, quod nunq̃ uel sponte sua/uel lacessitũ inouaret aliquid cõtra hostem, tantũ finiũ tutandorꝫ curã ageret, Multis eadẽ rõne externorꝫ bellorꝫ inducias aliquot annorꝫ petendas esse à Scan/

Att. Quanta solẽnitate/ lętitia/& festiuitate uictoria Scanderbegi à christianis principib⁹ celebrata est.

De aduentu legatorũ ex Cõstãtinopoli ad Scãderbegũ pro Sãzacho/cæterísq; captiuis redimendis/ & de pace cũ eo frustra tẽtata.

derbego nō ab re uisum est interim & respiraturū aliquātisp tot incōmodis impe rium/& melioré forte occasioné affore ad iugū homini imponédū, nā secūdo loco dicta snia ea de cā nō recipiebat/qd minime tutū futurū psidiū apud eas psertim insidias & ingétia hostiū dicebat/si modicū mitteret. Magnū aūt i tot bellorū mo tibus/& tantę rerū nouitate nisi incōmodissime mitti nō posse/Vtilis rō licet inho/ nestior/& sordida aliquātū nimis multos ad se trahebat/Cæterū tyrāni aures quis id nō mediocriter offenderet fugiétis diu tantā ignauiæ confessioné/qa tñ oia stan tibus tot hostibus expediri cōmode nō poterant/nihil pudendū/nihil sordidū in ea psertim rōne rerū insolentissimo regi uisum, Quare accito ad se uno ex his, qui pe/ cunias pro redéptione sociorū acceperāt, animū suū oém homini aperuit, & māda uit, ut Sāzacho captiuo id oneris noie suo imponeret, Qui postea referret ad Scā derbegū/Litteris quoq; regiis de hoc ipso actū cū Sanzacho, quæ in manus nrorū postea uenere/ut in cōciliādo sibi hoste/& eo fœdere quærédo maximā rōné regii decoris/& honoris impii héret/ne si multū enixe, & sordida quadā demissione id genus pacis posceret/postulata cū petétibus ipsis ab elato hoste perinde cōtemne/ rentur. Lętior longe nuncius hoc mādato discessit, q̄ spe illa quā pp acceptā pecu/ niam redimendi sanguinis sui, & sociorū hébat. Quod sublatū iā sibi p aliquod té/ pus Epiroticū hosté, & respiraturos aliquātisp à tot cladibus turcas credidit, tamē fefellit facile spes hominé/& tyrānū ét ipm/ut & eundé olim/atq; Amurathé pa/ trē fefellerat/Nā quū Messit allatus ex cōstantinopoli pecuniis/inter numerandū feré multa interseruisset Scāderbego de mandatis/& uoluntate tyrāni. Ille qdem pecunias libenter accepit/cætera uero postulata ita respuit, ut præcidēs his uerbis sermonem hominis minime diutiorem eius orationem expectarit.

NON ea/inqt rōne totiēs aduersis ét meis rebus fœdera à uobis petita contēpsi/ ut nunc secundis acciperé/Sed neq; ita oblitū me cōditionis humanę/ac incōstan/ tiæ suæ hęc qualiscunq. est/, pspera certe fortuna mea eó prouexit, ac inanes tanta spe inflauit spūs/ut uel perpetuā eius possessioné spondere audeā mihi/uel tā inso/ lentē amicitiæ uestrę cōtéptorē futurū semp cōfidam/Mutare poterit hæc fallaces uultus/& petitores nos forsan sordidioris apud uos pacis efficere. Tamē qcqd oc/ culta rerū semina/& abstrusus fatorū ordo homini paret, nō ideo quicq̄ hodie ex pri stina ptinacia animorū mutamus/Fœdissimū omne amicitiæ genus uobiscū repu/ tamus stantibus tā undiq; christianorū iniuriis/tot cladibus/ac sanguine adhuc re/ centi, quo Græcia iam ois ac Hungaricū solū madet / Sic ne Pelopōnesiaci impii iacturā hodierna pacē cōpensabimus? Sic & nouā Belgradensem uictoriā/ac hun garicam gloria ignauis uobiscū induciis dehonestabimus? Habeat quæ pōt ipse Meumethes fœdera/nos armis/ferróq; cęptam semel pacē/& ociū quæremus prę sertim quod nō solę nos iniuriæ/ac pfidia uestra/sed natura potius quædam hostes uobis fecit, sempiternisq; cōtra se inuicem armauit odiis/Gentiles uobiscū ipse/ac hæreditarias quasi inimicitias exerceo/& domestici potius sanguinis/ac meę simul & Epiroticæ seruitutis ultioné q̄ nouā gloriā ullā de uobis quęro, nunq̄ satis finem laboribus hisce/& piculis facturus/donec uel pristinū ciuibus meis statum/uel in/

uiſum uobis ſpũm tradã. Non deſtitit ideo Sanzachus/ſed multis callide cõſiliis/ & ꝓcibus admixtis familiaritate quadã trahere ad ſe animũ hois conabat̃,cõme/ morãs uices bellorũ/& ſubiiciẽs multa eius generis per oia ſęcula exẽpla/Non de/ futurũ poſtea tẽpus ad arma/ſi tm̃ momenti in bello ponat.Interim (decẽnales.n. induciæ petebant̃) reparari melius uires Epiroticas/animos quæ ad nouã gloriã/ & uindictam poſſe.Vincebat̃ paulatim Scanderbegus/& deſcẽdens aliquantũ ab arce illius ſentẽtiæ leuiores aures poſtulatis hoſtiũ ꝓbere uidebat̃/tamẽ nunq̃ ad/ duci potuit ab hoſte,ut uel mẽſtruas inducias faceret/niſi Sfetigradũ/& Belgradũ in prẽmiũ eius rei accepiſſet,Ita re infecta Meſſit cũ ſociis abiit ex puincia/impe trata tm̃ pace à Scãderbego,donec ipſe retuliſſet ad regẽ,quæ ab illo pro induciis fiẽdis cõditiões petebant̃. Dimiſſis ſunt & alii plures cũ Sanzacho ꝓter illos.XL. qbus Scãderbegus gratis/& magni animi affectu quodã libertatẽ ſimul/& patriã cõceſſit/Cæteri quõq; ſoluti uinculis/qdã nouos/& chriſtianos hoſes induentes do miciliũ fixere in Epiro/Cæteri ad uarios/& oẽs ferẽ paſſim chriſtianorũ reges de/ ſtinati,tũ Hiſpaniæ tũ regi gallorũ ꝓter captiuorũ ſat magnũ numerũ/equi & ſpo/ lia omnis generis miſſa,atq; ad alios identidẽ alia/Vrbs Roma ferẽ ſicut fama/ita ornamentis eius uictoriæ repleta/Ita ſtatuerat pro uirili Scanderbegus totũ penẽ orbẽ eleganti ea liberalitate ſibi deuincere/Adiũxit ꝓterea his donis legatos/& fre quẽtes adhortatiões ad cõcordiã/ac prẽces ſedulas/ut iã ex diutino ſomno expgi/ ſcerent̃,& libertatẽ tandẽ chriſtianã/ẽ tot ſordibus/ac impio turcarũ emergere fa/ cerent,atq; creſcentẽ ſibi in uiſceribus peſtẽ/ paulatim ad cor ipm̃ ſubire nõ pate/ rent̃,Dona in Apuliã (ut neq; hoc omittamus) ad ſuũ Alfonſum decreta ſpecioſi triũphi cuiuſdã formã ꝓ ſe tulere,Ameſa ẽt Neapolim ductus in carceribus iuſſu patrui in magna cuſtodia hm̃dus,nã neq; de eius redẽptione curatum à tyrãno eſt, neq; ſi petitus fuiſſet/Scãderbegus ullo ſatis auri,argẽti uẽ põdere hominẽ erat di miſſurus,perpetuis uinculis illi ad ꝓpetuã infamiã,& ſuppliciũ decretis & cõſtitu tis.Relatũ eſt interea ad Ottomanũ de uoluntate Scãderbegi,& cõditionibus in/ duciarũ,Qui licet ingentibus undiq; curis prẽmeret̃/tũ ꝓp recẽtes hũgaricas iniu rias cũ illa re maxime/ quod chriſtianorũ cõciliabula cõtra ſe quottidie fieri agẽte Romanorũ pontifice audiebat/Tamẽ (ut magni erat animi) rẽ minime reſponſo dignã ratus/ꝓſidiũ inſigne decernit in Epirũ ad cuſtodiã puinciæ(id quod nuper uariis ſentẽtiis actũ rettulimus)Hamur,& Sinam duobus peritis militiæ uiris ea res demãdata/atq; X.equitũ,quattuor peditũ milia cuiq. eorũ ad id muneris aſſi/ gnata/Sat idoneus uiſus eſt numerus qui arma Epirotica fatigaret,& nõ nihil ter roris uictori etiã/ac fortiſſimo hoſti adueheret/Tamẽ ęque ꝓhibitus uterq; moliri quippiã cõtra hoſtẽ/etiã ſi egregia occaſio affuliſſet/niſi pro finiũ/& aſſignati ſibi loci tutela/Aeſtate omni in eis ultro/citrõq; rebus cõſumpta,Dimidiũ ferẽ autũni erat.Quũ ex Conſtantinopoli his copiis diſceſſum/& fama ſimul eius rei iter homi nũ ꝓcedẽs ad Scãderbegũ puenit ignarũ omniũ,quod Sanzachi fidẽ ſecutus expe ctabat audire de rõne inducia rũ,quid.ſ.de poſtulatis ſuis ſpretũ fuiſſet/quid acce/ ptum.Quã obrẽ Croia ſubito relicta/atq; ingenti feſtinatione puolatũ in Dibras/

Ameſa iuſſu patrui ad Alphonſum in carcere ſub arcta cuſto/dia habẽdus mittitur.

Aduẽt̃ Hamur/& Sỹnã tyrãni ꝓfectorũ cũ copiis ad fines tutãdos/Profectio Scanderbegi contra eos cum exercitu/Colloquiũ de pace iter eos.

Collectus ibi exercitus/ac copiis momẽto tpis renouatis expectatus auidissime ho stis, Qui nõ diu tardatus paucis post diebus aduenit, sed. X. amplius milibus pas/ suũ procul à stationibus Castrioti fixis signis nrorꝫ fines nõ est ingressus/Epirensis nihil mouit/sed quũ appropinquare audisset/ordinatis/& habitis solũ ad signũ ex pectandũ legionibus in castris se cõtinuit. Nã quũ ea multitudo hostiũ aduentare diceret/credidit in ea loca/& ad se opprimendũ facile trãsgressuros, Sed ubi per custodias mõtanas/& id spectatorꝫ genus/fixisse sub Alchria tentoria/& oibus im pedimẽtis ibi collocatis resedisse cognouit/ Ratus die sequẽti refocillatis corpori/ bus castra moturos/& ꝓdituros ad bellũ. Per noctẽ magno silentio saltus quosdã/ & ualles uicinas impleuit armatis, ut medios occluderet / & improuisos eis exci/ peret insidiis, si ibi res gesta fuisset, & collata (ut putabat) signa. Mansum in ea inani expectatione duobus pené diebus/noctibúsq; integris/sed nusq̃ miles uisus, aut tumultus aliqs auditus/ Scãderbegus itáq; impatiẽs morę die sequẽte mouere in eos signa/& petere ultro hostẽ statuit/Quũ nũciatũ est exercitũ in duas ꝑtes di uisum, & Hamur cũ dimidio copiarꝫ ibi remãsisse. Sinã cũ reliqs cãpestria pologi Mocreas uersus petiisse/ unde aditus in Dibram superiorẽ, atq; Modrissam erat, Nam Alchria, quã Hamur obtinuerat, Dibrã inferiorẽ/ atq; Sfetigradũ oppidũ ipm quóq; hostile spectat, Ita summo cõsilio partiti sunt Dibras/ut penni custodia hostẽ utrinq; sollicitũ tenerẽt. XXX. amplius milia passuũ inter ea ꝑsidia interia/ cebãt, nã à Sfetigrado ad Modrissam totidẽ cõputant. Epirẽsis itáq; collectis ex/ tẽplo/& reuocatis insidiis, quas hincinde sparserat/ac reductis oibus i castra nouũ cõsiliũ cæpit augẽdi exercitus/ut cõmode ubiq; partiti, & ꝓspici ad utrũq; ꝑiculũ posset/Procurata recte sunt oia/& mira celeritate ampliatæ copię/mille quingẽtis fermé peditibus additis, nã eques nõ ita facile cõparari poterat/Mox & hic miles diuisus/sed nõ æquis partibus Tanusius/& unus ex Stresiis nepotibus/atq; Peicus Aemanuel in Dibrã inferiorẽ cũ tertia nõ amplius militũ ꝑte missi ad Sÿnã im/ petus/si opus foret excipiẽdos. nã minus inde ꝑiculi/& difficilior ingressus in fines nostrorꝫ erat ꝓp difficultatem locorꝫ naturali munimẽto & mocreas ualles crebris undiq; mõtibus disterminatas, quæ cũ Dibra ipsa supiore censentur, tñ Epiroticũ impiũ ab hostiũ agris distinguũt, Sed mãdatũ Tanusio/sociisq; ne pedẽ extra assi gnatos limites efferẽt/uel quippiã nisi pro sui suorũq. defensione molirent, Ipse re liquas copias cũ Mose in Dibra supiore retinuit, iccirco maiore militũ præsertim equitũ numero sibi seruato, quod & liberior aditus hosti in ꝓuinciã/atq; patẽtiora oia ab ea parte erãt. Et lacessere ipse ad certamen uiros/atq; fortunã belli experiri statuerat, neq; diu segnes dies noctẽsue in ea deliberatiõe cõsumpsit/prçsertim qd hyems iã bellis inimica in ꝓcinctu quasi erat/sed pulsis uix ea die tenebris relictis castris ipse cũ mille amplius eqtibus Alchriã petiit/ducto cautissime ꝑ saltus q̃sdã & incõmoda locorꝫ milite/ne ab hoste medius inter Sfetigradum/& stationes eorꝫ occludi posset/Et quũ aliquantũ itineris intẽpesta nocte emensus esset/non multis milibus passuũ procul ab oppido disposito hincinde atq; abscõdito in insidiis mi/ lite reuersus est in castra/ Ibi nullo iteruallo ad quietẽ dato/quũ in ortu diei esset/

expediri ſigna/& copias omnes cũ cibariis tantũ eius diei iubet, nã impedimẽta/ & tentoria ipſa (ut erecta ſtabant) inde non mota / ſed egregia (ut conſueuerat) armatorꝫ manus ad cuſtodiã eorꝫ relicta / Totũ fermé matutinũ tempus in ea ex/ peditione/& in ipſo itinere abiit, donec deuentũ mille paulominus paſſibus propé loca inſidiarꝫ/quũ & corporibus cõſulendũ erat/& noua ratio aliqua ordiendi cer taminis/atqꝫ euocandi hoſtis capienda/Illud facile/& pari ab omnibus peritia ex/ peditum/Ad hoc magis erat ingenii/cõſiliiq; adhibẽdũ/Moſi id ultro petenti mu/ nus non negatũ, & uix cuipiã ex noſtris ad laceſſendũ, & fallendũ hoſtem aptior inueniri eo homine poterat/Sexcẽtos equites accepit/ne ſi cum paucioribus iſſet/ procliuior foret hoſtibus ſuſpicio fraudis. Tamẽ ęque fruſtra tentata res, & cõſum pta inani ludificatiõe magna parte eius diei reditum ad Scãderdegum/Vix noui quippiã cõſilii reſtabat, nã ire uniuerſis copiis uſqꝫ ad ſtatiões hoſtiles/& difficulta tes locorꝫ/& ſupeminẽs urbs/ſub qua/Caſtrametatus fuerat Hamur, ingẽtis certi/ tudine piculi ꝓhibebãt, Tamẽ deductis in colle quodã uicino copiis ibi expectata nox, & ꝑ noctem datũ inſidiis ſignũ/ut ad ſocios ſe reciperẽt/Mane cũ omni exer citu ꝓcurſationibus/quo magis fieri potuit/uaſtatũ id agri, quod ab ea parte iace bat, ut id ſaltẽ ſpectaculũ rei indignitate moueret hoſtẽ/ſed modice rei piculoſam tutelam eodẽ tenore aſpernatus regius/tenuit ſe intra ſtationes/Audio tamen/quũ factus finis eius excurſionis eſſet, & uaſa iã colligerent à noſtris/nunciũ à Barbaro ad Caſtriotum miſſum declarantẽ uoluntatẽ tyrãni, & dicentẽ inſuper/ne hoſtem/ ne ſe ipſum iuutili eo ultionis genere fatigaret / Sua ſe potius/q̃ aliena deuaſtare, quippe quæ ipſe indefenſa relinquat. Reſpõdiſſe Epirenſem differri fortunã eorꝫ poſſe/tolli nõ poſſe, Decreuiſſe ſe omnino ad bellum homines pedibus ſi oporteat trahere, atqꝫ ita utrinqꝫ diſceſſum/Nã inſtantibus iã frigoribus differri in aliud tẽ pus ea cõſilia uiſum eſt, Quare Moſe ad cuſtodiã prouincię cũ ſolito robore mili/ tum dimiſſo/& reliquo exercitu ex maiore parte ſoluto ipſe cũ paucis Dibrã infe/ rioré/quã Tanuſius obtinebat, inuiſit/Inde quoqꝫ renouatis inſidiis aucupatus ho/ ſtis/& fruſtra tentata re. Vno ex Streſiis cũ modico pręſidio ibi relicto Croiã ipſe cũ cęteris in hyberna reuerſus eſt/Moſes interea inquietam hoſtibus hyemẽ fecit/ ſed magis oculos hominũ mouit, q̃ arma, Id quóqꝫ tũ ipſe/Tum Modriſſeũ pręſi/ diũ ſępe fruſtra tentatũ iuſſu Scanderbegi omiſit, Præſertim quod nunciis actum inuenio à regiis (ut antea fecerant) orantibus/ne ſe hoſtes tã pertinaciter quęrere uellent, quos habere nequirẽt/Sic neqꝫ negando ſatis/neqꝫ cõcedendo quippiã/res in uernũ tẽpus protracta/Collecto tũ exercitu Caſtriotus ad euocanda perẽni lu/ dificatiõe hoſtiũ arma perrexit/ Illatiſqꝫ multa audacia ſignis/quũ die quodã per/ rumpere interiora agri Alchrienſis uſqꝫ ad ipſa barbarorꝫ ſtatiua uellet/ oppoſito illorꝫ robore facile prohibitus eſt/quũ in locis etiã ipſis multũ ad defenſionem mo menti eſſet. Epirenſis licet eo propoſito per eam diẽ fruſtratus/nõ tamẽ deſtitutus animo/augere uires/& numerꝫ militũ ad eam rẽ exactius tentandã ſtatuit/ſed ſe/ gnius id ꝓcuratũ/quũ minimũ cõmodi, laudiſqꝫ ſperaret/& id ipm nõ ſine pericu lo aliquo, Illa tm̃ rõne / ne aſſueti armis uelut proprio aliquo opere uiri ocio mar/

cescerēt/cura eius rei nō omissa/Dum ea utrinq; frigidę ageretur Hamur nō utile solum prouincialibus,sed laudi quóq; sibi apud regē fore ratus/ si Scandergū aliquo modo allectum abstraxisset ab armis/impetrata per nūcios ab eo colloquii facultate in Dibrā ad illum in tentoriis cōmorantē uenit pulcherrimis donis aduectis/orsúsq; à cōmodis pacis,& his,quæ antea egerat, lōgiore sermone expugnare hominis ingeniū conatus est/nō solū priuatæ cū eo amicitiæ desiderium suū aperiens/sed & publici cū Meumethe fęderis mentionē insinuans. Accepit dona Castriotus,& liberalitatem uiri amplexus mox aliis muneribus illa nihilo humiliore animo recōpensauit/Ad ea uero quæ de fęderibus Tyrāni narrata fuerāt,uelut ira accensus. Non ea inquit Meumethis uel fides,uel officia in nos sunt/ut audire quippiā de amicitia eius ęquis auribus possimus.Accepta est à nobis nup legatio/ Postulata eius audita,& qbus uisum est mihi cōditionibus pro honore/& utilitate Epirotici imperii appositis/ad eū remissa/ Responsum expectauimus (neq; enim quod ad alia attinet) cogi cuiusq̄ uoluntas potest/Arma interea deposuimus/quousq; ea quęsita hincinde fędera in suspenso starent/sed cōtempti ita ab illo fuimus/ ut neq; responso saltem/quale hostem oporteret/dignos esse censuerit/ Quare quo ad publicæ cōcordię iura nihil diutius te referente sumus audituri/Tibi/si quid in tot cōmunibus odiis polliceri hosti potest/fides à nobis/qualem ipse promerueris/ nō est defutura/ Tamē quod pertinet ad cōpescendā lasciuiam militarē/& assuetas prouincialiū nostrorū incursiones nihil ipse polliceor tibi/uel rei ullius periculū in me suscipio, Neq; enim genus ullum publici fęderis uobiscū,quod semel cōtemptus contempsi,admittit animus/ Ardor dūtaxat ille ultionis tui comitate ingenii fermé restinctus resedit/Publico odio nihil adimitur/tibi priuata hæc necessitudo si quid forte uel temporū/uel fortunæ uarietas parauerit / multū est & decoris fortasse, & cōmodi allatura. Hamur eo responso neq; lætus/ neq; mœstus omnino osculata de more gentis simul hostis/simul amici manu discessit/Iisdē ferē blandiriis & Syna pergenti ad eā partē Scāderbego occurrit/neq; difficiliores aures uiri postulatis suis inuenit,nam & uulgus ipsum/ac maior pars militum nostrorū tādiu quęsitā pacē/ & tot hostiū uota nō aspernati haud ęgre ascēsuri uolūtati illorū uidebantur/ Quare paulatim traiectis ad ociū animis & p̄sidia nostra utrinq; aliquātū diminuta/& quieta ea ęstiua/uel segnia magis transiere/Scanderbegum ad ciuilia munera/& reliqua id genus ornamenta prouinciæ cōuersum,Alfonsi regis molestissima mors per eam ęstatē nunciata ita rebus singulis publicis/& priuatis auertit/ac dolore pené cōfecit/ut recentis uictorię memoria penitus oblitterata/ac hostiū cura omissa eam iacturā publico mœrore/ac squalore per multos dies prosequeretur,Et fuit profecto nō indignus Alfonsus /Qui ne dum Epiri/& sociorū/sed totius orbis terrarū longas querelas/atq; apertas lachrymas secū ferret/Mœstissimū æque omne cū eruditorū/tū militariū uirorū genus reliquit optimus.optimorū omniū Mœcenas/ Extincta æque cū eo sunt sua litteris/sua armis præmia/ac studiorū cunctorū ornamēta uix longo fortasse postliminio reuersura/Ita nullus (pace omniū posteritatis præsertim dictū sit) illo melior uel uirtutis/uel meriti humani

æstimator multis sęculis effulsit/ Regiã ꝑterea comitatẽ/ac tantũ in rebus facetis/ quantũ in grauibus ingenii/& omniũ (ut ita dixerim) horaꝝ iudiciũ uiri quis nõ appositissimis semp ꝓconiis excoluerit? Variãte fortuna/& nunc secũda (ut fit) nunc aduersa maxima ubiq; gloria parta, Ad hæc in tanta clemẽtia/& liberalitate uix ullus regũ eius ætatis tantas opes/& adeo locupletes thesauros reliquisse narratur / Debuit itáq; nõ iniuria flere Epirẽsis tã fidũ/& potentẽ defunctum amicũ, ex quo illi/si uel fortunã inspexisses/uel uolũtatẽ/licebat oĩa ad honestatẽ æque/ac utilitatem tãq̃ ex thesauro quopiã peculiari depromere/Illum tantũ aliquantisper mœrentis molestiã minuebat/Quod senex iã admodũ Alfonsus ereptus sibi nõ iniquo iure naturæ uidebatur/Quod supererat in ea re officii/& pietatis summa celeritate/atq; prudentia persolutũ/Legati ad Ferdinandũ filium nouũ regem missi, & patris casum deploraturi/& de noui auspiciis regni de more congratulaturi, ac cõmemoratiõe paternoꝝ officioꝝ, & Epiroticæ amicitiæ deuincturi/aucturíq; animũ adolescentis/Ornauere munera quóq; solita eã legationẽ/& cõmissum legatis ut Amesam ducerent in Epiꝝ conantẽ tãdiu tũ propriæ fortunæ/misericordia, tũ auctoritate, & gratia amicoꝝ/patruũ sibi recõciliare/Qui adhuc in carceribus sub custodia erat, nam licet in ea mutatione reꝝ/& nouæ Ferdinandi fastigio fortunæ mutata multa essent/& soluta fermẽ uincula cunctoꝝ in tã publica lętitia fuisset. Amesa tamẽ ne animus Scãderbegi in eo liberando offenderetur/semp eodẽ custodiæ tenore tanq̃ certũ patruo depositũ seruari iussus est. Suscepta est/prout potuit magis honorifice legatio nostra in eo prǫsertim tumultu rerum/Quũ confusa undiq; omnia, & nihil adhuc pacati in nouo regno esset/turbata maxime propter mortẽ Alfonsi pace Italiæ. Amesa Croiã ductus/iteꝝ à patruo sub custodia habendus statuitur/ sed minus duris carceribus/Hoc quóq; ipsum quod superat sęueritatis/& odii paulatim assiduæ nepotis querelæ/& mixtæ præcibus lachrỳmæ expugnarunt, atq; paterno animo Scanderbegus mox uitam homini cũ libertate/ atq; dignitate omnia donauit. Sed Amesa nõ ímemor pignoris/quod apud Ottomanum reliquerat, & timens uxori/ liberisq; si ea liberalitate/ & clęmentia patrui uteretur / actis illi maxima ueneratione gratiis.

De morte regis Alphõsi, Legatiõe Castrioti ad Ferdinandũ profędere & amicitia cõfirmãda, & de Amesa í Epirũ reuocando.

SAlutis tu inquit nostrę rationẽ nullo meo merito/sed sola patientia tua habuisti/ Aequũ est me quóq; uitæ parcere alioꝝ/ne dũ nimio salutis/& dignitatis meæ studio liberalitatẽ amplector tuã/hodie hoc bñficio tuo illos ꝑdã oĩno/quos satis olim ꝑfidia mea ꝑdidi, Est infęlix/atq; inoxia uxor apud Meumethẽ/ sunt paruuli/atq; ignari liberi nostri/Viuũt tãdiu hi/uiuentq. donec suũ me apud te uincere tỳrãnus credet. quũ abalienatũ tibi prǫsenti beneficio, & uitę liberalitatísq; munere sentiet Discindet ꝑtinus/distrahet ferus creditor inane fidei nostrę pignus, & dabit innocens sanguis paterni scęleris pœnas. Fallendus est igit̃ arte aliqua Ottomanus nobis/ut seruẽ interim id pignus donec redimere ꝑrsus postea oblata occasione possim. Arripiã fugã ego hac nocte ex Croia uelut fractis te inuito/atq; ignaro carceribus, confugiámq; ad Meumethẽ omni simulatione/atq; dissimulatione ueteris in eum animi/fideíq;, nihil omittẽs uel in audiendo/uel in dicẽdo de tuis rebus apud

Credulum Regem, quæ antea meliore nostra apud eum fortuna consueueram, ut adempta illi omni suspitione si quã propter captiuitatem meam, & diuturniorem apud te morã contraxisset/aufugere deniq; ab eo cum tota familia possim/ Adiuuabis tu quóq; multum hanc rem/si grauem molestiã quandam ex ea fuga nostra publice ostendes atq; culpam eius/custodibus carcerum (ut solet) apposita criminatione obiicies/Interea tamẽ temporis donec apud Tyrãnum stabimus in expectanda reditus nostri occasione/exploratoris/spectatoris loco erimus tibi/nihil molietur / nihil apparabit aduersus te hostis scientibus nobis, quod aures/quod iudicium tuum lateat.

NIhil negauit patruus/ sed quũ uitam inquit & reliqua uitã ornãtia cõcesserimus Amesa tibi/nihil prohibemus qua utiliore possis eã rõne accipe atq; seruare simul eos, qui te salutis/ac libertatis suæ debitorẽ non iniuria possunt per omnia sæcula poscere. I. perge/accipe tempus/rationemq./ quæ potior uidetur tibi, & corrige teipsum tandem/donec satis & ad emendandũ/& ad corrigendum superest tẽporis. Nos omnia credimus tibi, & probamus hoc consilii genus/Neminẽ falles Amesa/ decipies neminẽ prẹter teipsum si Barbari fidem, & cõsuetudinẽ diutius sequeris/ quũ par ibi discrimen corporis/ & animæ tuæ/& tuorẹ uersẽt/Quãdocũq; uenies/ gratius es nihil facturus, & idẽ erit apud nos tibi fortunæ & dignitatis locus.

De Amesæ pfectiõe ad Ottomanũ annuẽte patruo.

FActa æque omnia, ac dicta/pari quóq; fermé celeritate eadẽ nocte Amesa procurante tacite patruo/à carceribus simul & Croia abiit. Mane fuga eius propallata/& castigata multis uerbis ignauia custodũ/Ille ad Tyrannum ea simulatione, atq; rumore fugæ perlatus facile quæ proposuerat, & maiora alia psuasit homini, Dignitas tamen pristina ei non fidei suspicione/ sed fortunæ potius fortasse culpa non usquequáq; restituta. De reditu suo in Epirum aut non curauerit/aut fugiendi facultas illi non affulserit/inanis pollicitatio omnis fuit/Quin parum post temporis mortuum in Constantinopoli narrant relicta ibi uxore liberisq; / Et multi à Meumethe ueneno sublatũ credũt indignitate eum uelut Auctorem quendã memorabilis illius Aemathiæ cladis diutius ob oculos uersari sibi/ Ita unde minime timebat ultorẽ perfidię suę inuenit, Et is finis uiri fuit nõ indigni sané memoratu/ si temperatiores spiritus ad regnandi libidinẽ ingentibus animis insereret natura/

De interitu eius.

De pcuratis per Scãderbegũ in prouincia/

Pace facta iter ipsum/ & Tyrãnũ.

Scanderbegus per id tempus nusq; turbata Hamur/& Synã pace/nisi quid inconsulto eo priuatim militaris licentia innouasset/nunc Dibras/nunc reliqua prouinciæ loca inuisens multa & ad utilitatẽ/& ornamenta prouincialiũ construxit/ampliauítq;/in Aemathia præsertim/ubi multa uetera monumenta restauranda iacebant/Non destitit interea Ottomanus per Hamur/& Synã tentatã totiens frustrarem cum Scanderbego agere spe concepta reconciliati sibi animi/propter id ociũ nostrorẹ/Tamen nihil unq; exoratum quo ad publicũ fẹdus/Priuata amicitia cũ regiis seruata / Et sic paulatim allectis eo ocio populorẹ animis hostilia utrinq; odia resederant, ac præter nomen solum effectus omnis publicẹ pacis uigebat.

# MARINI BARLETII SCODRENSIS SACERDOTIS DE VITA ET GESTIS SCANDERBEGI EPIROTARVM PRINCIPIS

## LIBER DECIMVS.

CVM is esset reꝗ Epiroticaꝗ status/Scanderbegũ interim fata ad nouã gloriã/& nouũ hostem in Appuliã euocabant. Quę regio Italię iãdiu maximũ porro exẽplũ reꝗ humanaꝗ/ac inconstantiæ fortunę documentũ/nullius satis imperio tuta/ab externis semp armis/atq; ducibus uexabatur/ Venerat eó nanq; sub id tẽpus ex Gallia Ioãnes dux Renati Regis filius Cũ ingenti exercitu, quod id regnum hęreditario quodã ad se iure deuolui poscebat, Recenti itáq; excitato bello eóq; fortunæ fauore usus, breui cuncta fermé armis uendicauerat, quũ ius omne pené uniuersum/ac spem oẽm impii Ferdinando Regi turpiter obsesso è manibus extorsisset. Sed ne in obscuro sit eius belli initiũ, & ratio tot simultatũ, quæ/& suspensam aliquandiu Italiã, & maximos christianoꝗ Principes per multos annos sollicitos habuerit, altius est hoc loco exordiendũ mihi, & res ab ouo quodãmó repetenda/Tempore quo Vrbanus. VI. Pont. Sũmus Cathedram, & sedem beati Petri regebat, Ioãna quædam huius nois prima (ut fertur) natione Epirotica, patria dyrrachina, Neapolitanũ regnũ possidebat, Quę Clemẽtis pseudo papæ, Qui neq; Catholicę, néq; rite ad Summum Sacerdotium electus fuerat, Ex quo Scisma in ecclesia dei maximũ ortũ, partes secuta, plurimũ ei ꝑstabat fauorẽ, Quã ob rem Vrbanus cõtra eã Charolũ hungariæ Regẽ cũ copiis in auxiliũ accersiuit, Qui ualido exercitu in Italiam traiectus, Ioannã regno, uitáq; priuauit, Quo facto Charolũ firmato apostolica sibi auctoritate, paccatóq; eo regno, in hungariã mox reuersum, Veneno periisse ferunt, Cui Vladislaus eius filius armis clarus atq; strenuus in regnũ successit/Qui postq̃ in hungaria atq; impio paterno pedem fixit, in Appuliæ regnũ cũ exercitu transuolauit, Quo obtento, diu quiete pacificéq; uixit, atq; regnauit. Sed ut est mens hominum uacua atq; mutabilis, elatus fortunæ afflatu, nõ cõtentus eo tm̃ regno/& statu (erat.n. imperii ualde cupidus) ad altiora mente ꝓuolauit, Proposuerat nánq; sibi atq; decreuerat, Romę, totiúsq; Italię imperiũ occupare, Ex quo primo Populũ Romanũ ad seditionẽ cõtra Bonifaciũ. IX. Vrbis Præsulẽ excitauit, Qui ex urbe fugatus, Viterbiũ se recepit, Sed tamẽ non ꝓpterea tunc urbẽ ingredi, nec ea (ut iã animo cõceperat) potiri ualuit, qm̃ maior populi pars ei aduersatus est, Verꝗ postea tpe Gregorii. XII. per Pontificis absentiã maiori usus populi fauore, facto in urbẽ impetu, eã occupauit. Mox ulterius ꝓgressus florentiã subiugare cõtendens, Florentini, qui in libertate uiuere soliti erant, nec seruitutis iugũ ullatenus pati uolebant, ꝑ curatione cuiusdã uirginis/& adolescẽtulę, Cũ qua ipse rex Vladislaus cõsuetudinẽ habebat, ueneno illum

Varii reꝗ mot? & successus: diuersiq; bellorus euẽtus: atq; mutatiões status regni Neapolitãi.

Scisma i ecclesia dei ortam.

Aduent? Caroli regis hũgariç in auxiliũ ꝗ libera tionẽ Romanæ ecclesiæ.

Mors Charoli.

Successio Vladislai eius filii qui tyrannidẽ Italiç affectans urbem Romam primũ occupauit.

Att. Mortẽ Vladislai: Successionẽ Ioanç sororis in regnũ Appuliæ. Nuptias ei? cũ Iacobo piceno: Repudiũ inter eos: ac deiectionẽ Iacobi e regno. Adoptionẽ alphõsi regis Aragoniæ in regnũ Neapolitanũ: Simultates: odia: & bella inter eos: Obsidionẽ reginæ i Neapoli: Aduocationẽ Renati regis in auxilium reginæ.

de medio sustulerunt, Ex quo seipsos & Italiā oēm à metu, & tyrānide liberarunt. Vladislao itáq; rege, qui, & Lācilagus uulgo dictus est, sine liberis uita functo, qui per annos. XXIX. in regno Appuliē impitarat, Ioāna soror succedens post mortē eius, regnū obtinuit. Quæ Principū quorundā cōsiliis, & adhortationibus amicorū impulsa, Iacobo Picēno comiti nupsit. Is quū minime ex eius uolūtate regni curā ageret, repudiatus ab ea, atq; regno est deiectus. Susceptū itáq; regni onus ipsa aliquādiu tenuit, donec principes idē, & duces regni, utpote quibus iniquū muliebre imperiū, & indignū uidebat sine rege esse, maximo studio orantes petūt, eligeret uirū aliquē, quē è re publica censeret, & cuius eos impii pœnitere non posset/filiūq. sibi adoptaret, aliorū uota ad Alfonsum Aragoniæ regē id rei deferebant, Ab aliis Ludouicus Andagauensiū Dux, nō minori fauore excipiebat, Dum hæc iactant, Interea, & in quascūq; suias trahunt ea diuersitate animorū, Alfonsus uir summus qdē ingenio, & noiatissimus ea ætate princeps/re præterea cognita ad id maxime edoctus instructúsq; prior in Appuliam aduolat priori enim (ut aiunt) potior solet esse cōditio) Sicq. sine ullo certamine à regina adoptat, Verūtamē uergēte tpe (ut est rerū humanarū status inquietus) simultates primū inter eos oriri cœpte, cō deinceps creuerūt, ut maioribus indies odiis inter se certantes maximos ęstus/atq; motus excitarent. Alfonsus tñ utpote, quē tū ira iustior/tū maior populi fauor armabant, quū tot indignitates ferre neqsset, obsedit tandē eā in Neapolitana urbe. Regina cū in eo statu res suas uideret, ut appareret uicti finē impii, & summę rerū adesse, legatos repente cū litteris in Galliā mittit, Ad accersendū Renatū Regem Ludouici fratrē, ut maximis itineribus cū copiis ad eā obsidionē soluendā properaret, Cui ēt adoptionis iure Appuliē imperiū pmittebat. Facto igit ingenti exercitu & maximis gallorū copiis/ Confestim Renatus in Siciliā/& Appuliā irrupit/ Regina facile ab obsidione defensa. Mox ab ea (Alfonso tñ prius tāq; ingrato è familia deiecto) adoptatus est, & uniuersi regni hęres institutus, Non multo post tēporis quū Alfonsus, & reginā mortuā/& Renatū regno se immiscuisse aduerteret, ingens bellū, quod annorū quattuor spacio diductū est, aduersus eū excitauit, quē tandē eadē uariante fortuna uicit/regnóq; exuit, In quo quū ipse postea per duos & uiginti annos uixisset/moriēs postremo Ferdinandū unicū/filiū (licet nō legitimū, neq; populo, acceptū regulisq; charū), & bellicis rebus maxime insignem hęredē ex testō cauit/Quē/& Pius Pontifex maximus apl'ica auctoritate in imperio cōfirmauit, Eó cognito, Ioānes Renati filius/& Ludouici Regis Frācorū cōsanguineus, Tum Andagauensiū Dux, Ingenti mox coacto exercitu/& maximo copiarū numero Appuliā/infestis signis petit. Sequebat eū pluribus copiis/ac mercenario milite, & Iacobus piceninus comes/Sagacissimi ingenii/& bellicis artibus ea ętate factísq; clarus, Cui totius exercitus summa cōmissa erat, ubi cū omnia repente uario tumultu/ac metu implesset, regnū fermē totū breui in fidē suā recepit. Defecerant nāq; ad eum Tarentinus, Vesignanus/ Rusanus/Soranus/Atteus/Salernúsq; Princeps/Ad hoc Dux Venusinus/Marchio Crotonensis/comes Campi bassi/ęteríq; ferē oēs Siciliē, atq; Dauniæ optimates, uersis in Regē armis, Ferdinādū aūt

Renatus cū exercitu in Appuliā irrūpens: reginā ab obsidiōe liberans ab ea adoptat: & uniuersi regni Neapolitani hęres instituit: Alphōso exhæredato: qui mortua regina Ioāna iterū regnum Neapolitanū recuperat.

Mors Alphōsi: Successio Ferdinādi i regnū Appuliē. Bellū Ferdinadi cū Ioāne renati filio: & Iacobo picenino: Victoria Picenini: Fuga Regis ad urbē Neapolim: Aduentus exercit? Pii Pontificis in auxiliū Ferdinandi.

Dux Dandi cũ Duce Melſę/comes fundi cũ Ariano comite/Matalunáq;.Itẽ Charaphi/Diamedi nobiles Neapolitani/& alii pauci ferẽ ſunt ſecuti/Qui quũ omnes hinc & inde ad bellũ præparati,inſtructiq; eſſent,agrum Sarnianũ ſibi ad pugnã elegerũt/Quo itũ,diſpoſitis ex utraq; parte aciebus ordinatiſq; cõcurſum eſt, Certamenq. ingẽs,atq; acerrimũ cõmiſſum,in multã diẽ ꝓceſſit,Multi utrinq. deſiderati ſunt,Victoria tandẽ penes Gallos/ad comitẽ Iacobum ſtetit/Ferdinãdus uero fugatus,amiſſis caſtris/ac impedimentis cũ paucis admodum Neapolim aufugit. Quod quũ Pius.II.Romanæ tũc libertatis/& chriſtianæ fidei cuſtos cognouiſſet, Veritus ne ſi galli Appulię regnũ occupaſſent,uictoria elati(ut ſui moris eſt)libertatem Italię adimerẽt,Vná cũ Frãciſco Sforcia Mediolani Duce Federicũ Vrbinatẽ,& Alexãdrũ Sforciã cũ maximis copiis i Regis auxiliũ mittẽdos expediũt. Qui quũ Abruciũ intraſſent,Comes Iacobus/Cũ Gallico exercitu eis fortiter occurrit,Quo enim in loco propẽ ciuitatẽ quæ dicit̃ ſancti Fabiani bellũ maximũ, & certamen atrox initũ eſt.In quo Galli profligatis hoſtibus pręclarã uictoriã (licet nõ incruentã) cõſecuti ſunt.Quo audito Ferdinãdus rex,qui Neapolim cõmorabatur,timẽs ne Galli ibidẽ eũ obſidione ꝓmerẽt,Reginã in urbis tutelã dimiſit, Ipſe uero,Cũ gallicis pariter/& domeſticis armis reſiſtere non poſſe,regno fermẽ uniuerſo amiſſo,In oppidum Baretis cũ paucis ferẽ copiis aufugit.Sed Piceninus audita Regis fuga, relicto in Abrutio ualido præſidio,ne inde nouus hoſtis erũperet,Ipſe cũ copiis eũ ſecutus ad Baretim oppidũ,quo Ferdinãdus erat,aduolauit, Interim uero Pius Pontifex,uná cũ Sfortia Mediolani Duce coacto nouo exercitu,in Regis Ferdinandi auxiliũ miſerũt,ſed uiis ab hoſte præcluſis/& occupatis itineribus minime ꝓtrãſire potuerunt,Maior tũ Piũ cura inceſſit. Quare hęſterna aliqua uirtute,& claro Duce opus eſſe ratus (id quod maximũ in ea re uidebat) Scanderbegũ Epiroraꝝ Macedonumq. Principẽ/tũc multi nominis/& unicũ Romanæ ſedis cultorẽ/Patris præterea olim cõſuetudine,nec ipſi Ferdinando ignotũ acciri in Appuliã cũ exercitu ſuo oẽs ſentẽtiæ decernunt, Tantũ momenti in uno uiro erat,Nã à parte maritima ueniẽs,ꝓhiberi nõ poterat ab hoſte,Sed quũ opus foret copiis ex Italia uenientibus iter reſeraret,Non poſſum,ꝓinde nõ mirari,hoc in loco (Veꝝ ingenue fatebor) atq; iniquo aio ferre, Eam ſcriptoꝝ in claros uiros ingratitudinẽ,Qui quũ bellũ hoc paſſim tanto ſtudio exoluerint,de Scãderbego/ne uerbũ quidẽ additũ inueniã,tanq; nõ maxima ipſe fuerit belli huius appendix/& unicus (ut ita dixerim) regni eius aſſertor/& liberator,ac regiæ libertatis uindex,Quẽ Rex ipſe Ferdinandus quoad uixit/& patrẽ deinceps ſalutauit,& ei obmerita/Ingẽtiàq; proemia uirtutis/Vrbẽ Trani cũ duobus haud ignobilibus Appuloꝝ oppidis ęque grato/ac liberali animo dono dedit. Quippe poſtea ſemp ex quo infęlici fato/Cũ paterno eoꝝ impio res ceciderũt Albanę Scãderbegi poſteri tenuere,& hodie licet ex aliqua parte intueri,Interim uero oratores Pii Pontificis, Sforciæ/ac Ferdinandi Regis/cũ litteris ad Scãderbegũ applicuerũt,Quẽ exhortabantur,rogabantq.,ut cũ exercitu,& copiis ad ipm Regẽ Ferdinãdũ amicũ ſuũ liberãdũ/tutandũq. traiicere ꝓperaret,Quod quũ Scãderbegus accepiſſet,ut erat

Certamen inter Italos: & gallos: Victoria Gallorũ. Fuga regis e Neapoli: Obſidio eius in Baretim.

Scãderbegus cõtra Gallos: & comite Iacobus in Italia pro Regis Appuliæ: & Ferdinadi liberatione accerſitus cũ Meumethe component: Delectus copiarum eius: Diſpo ad ſtationes & portus p Naues: & Triremes ad traiicendum.

Sacrosanctę apostolicę sedis studiosissimus, Non imemor p̄terea amicitię Alfonsi regis, Cui summa fuerat beneuolentia deuinctus, pbenigne hoc munus, negociũq. cõficiẽdũ suscepit. Igit̄ florido milite, robustóq; exercitu cõfestim ĩ Dauniã traiiciens se cõtulit, Verꝫ priusq̄ è regno discederet q̄ caute q̄ callide & celeriter potuit cũ Meumethe turcaꝫ Pricipe cõposuit, & annuas cũ eo inducias fecit, Reliq̄ uero omnia impii sui (ut oportebat) disposuit atq; firmauit, Cuius regimen, & tutelam uxori, ac qbusdã pceribus amicísq; cõmisit, Quo facto Goicũ p̊ ex sorore nepotẽ, uiꝫ armis factísq; claꝫ/atq; strenuũ cũ qngentis electis eqtibus in Siciliã, quæ est citra phaꝫ/prę misit, ut prius inde hostẽ infestaret, Dehinc ipse post crebras supplicationes, & orationes pro uictoria, sua/suorũq. incolumitate ad deũ pactas, Exercitũ suũ p̄misit/partim in portũ dỳrrhachinũ, partim in Achrolỳssum seu mediã, Et in sinũ rizicũ ad naues & triremes, quas Pius pontifex cũ Sforcia duce ex Italia in Appuliã traiiciendũ/miserant, Reliquũ uero copiaꝫ in Ascriuiũ indéq; Ragusiũ secũ ad naues deduxit, Sed anteq̄ ulterius pcedã, parũp hinc à proposito digredi cõstitui/& urbẽ Ragusinã quoquomõ possim describere enitar. Est.n. Ragusium hac tẽpestate, quod alio noie Epidauꝫ uocitãt urbs (ut qbusdã placet) in liburnia ad mare posita/quæ naualia ipsa/& portum satis accõmodatũ hẽt, in cuius defensione turris munita constructa est, eius ambitus ultra mille passuũ excurrit, Arcẽ inexpugnabilẽ hẽt montibus hincinde cinctam, opere, arte, & manu egregie munitã, tẽplis referta est urbs ędificiísq; ornata magnificis/ fontes ingẽtes/ac perẽnes in ea p fistulas & aquaꝫ ductus cõtinue scaturiũt. Quæ qdẽ ciuitas optimatiũ moderatione/ac ciuili regimine utitur, Fũdatores eius Epidaurenses primos fuisse perhibẽt, Agrũ uero nõ amplũ sed montuosum, saxosúmq; cũ duobus oppidulis possidet, Ragusinus populus/& ciues cũ omni gente pacẽ, & comertiũ habẽt, Tributa hũgaris Turcísq; soluũt/Principẽ sexto quóq; mense sibi deligũt, quẽ lingua peculiari Chenesiũ uocãt, Mercimonia tã terra/q̄ mari undiq; suis nauigiis cõuehunt, eęterósq; Dalmatiæ/& Liburniæ populos opibus/& reliquis bonis, atq; uirtutibúsq; facile superãt, Qui ẽt quũ liberi sint legibus, moribúsq; instructi, Venetoꝫ more Senatũ/ & magistratus, ac patritioꝫ ordinẽ habẽt à plebe distinctũ. Patritii soli rẽ publicã ipsam administrãt, Plebs aũt suis rebus studet, & de rebus publicis minime curiosa est. Sed iã ad ppositũ redeo. Cũ enim Scãderbegus Ragusiũ puenisset, populus frequens omni ad hoc effusa ciuitate summo cũ plausu/ & lętitia ei obuiã processit, Qui in urbẽ ab illis deductus honorifice, liberaliterq. acceptus est, postridie post solẽnia/& diuina de more pacta uniuersam urbẽ circuiuit alio uero die ad naualia armamentaria/arcem/omniáq; urbis munimenta uisenda perrexit/ Quartus uero dies in uariis diuersisq. ludoꝫ/ac spectaculoꝫ gñibus cõsumptus est, Sequẽti uero in senatũ deductus, donatúsq; pluribus, ac diuersis muneribus/ & in cõcione publice laudatus est, Nã Dauid qdã ragusinoꝫ Scriba sic ut ferunt laudibus Scãderbegũ psecutus est, Nescio quod hodie Scanderbege Princeps illustris. Vrbi nostræ, & populo ragusino clarius fulgentiúsq; sỳdus, irradiãtiórq; stella, prę sentius numẽ propitiúsq; tuo benignissimo aspectu/tuáq; præsentia exoriri appa/

Descriptio urbis ragusinæ.

Aduẽt? Scã derbegi Ragusium.

Oratio Ragusinorũ ad eum.

rerēq; potuerit. Vere hodierna die, qua urbē nostrā inuectus es, omnia nobis clara omnia lucida/omnia lęta atq; pspera euenere. Cœlū iā obscuratū, obnubilatumq;, serenū lucidū atq; perspicuū tuo cōspectu factū, redditumq; est, Terra quóq; ipsa te ingrediente, gaudere, lętari, atq; iubilare uisa est/ciues oēs cunctúsq; populus te tāq; deū/& numen quoddā cęleste cōspicere, atq; intueri uisus. lęta nobis undiq; iucunda atq; festiua omnia pstrepere psonarēq; audita sunt. Vere nos urbēq; nostrā/lares atq; penetralia ueluti solis splendidissimus radius illustrasti illuminastiq;. Nā ut primū littoribus nris te applicuisse nunciatū/Omnes/ciues/senes/iuuenes/uirgines/mulieres/adolescētes/pueri/sani/languidi/& infirmi/ad te uidendū/tuóq; conspectu/& psentia pfruēdū certatim cōglobateq; accurrerūt/nomenq; tuū Princeps Serenissime non tm hic/& in Epiro/Verū ēt p uniuersam Italiā/Concupitū exoptatūq; est. Quid plura? Te Deus optimus maximusq; rex omniū Creator/& moderator, in terris misisse credit/ut nō solū in Epir/& Macedoniā patriā illam tuā/magnorū Regum/atq; Principū/Inuictissimorū sedē/& altricē/ Verū etiā Dauniā Italiāq;/omniū uirtutū/& bonarū artiū Reginā atq; iuuentricē/Decorares illustraresq;/ptegeres atq; defenderes/Ecce iā nomē tnū/Princeps inuictissime ubiq; euolat/Ecce te oēs in auxiliū/& defensionē inuocant/ te assertorē/protectorē/& liberatorē appellant/ecce Reges/& Principes orbis terrę in sui tutelā & subsidiū te implorāt/Ecce nūc Pius ille Dei uicarius/ac totius orbis caput & Princeps cū Sfortia Mediolanensiū Duce/& Ferdinando/Siciliæ Appuliæq; Rege/ Oratores suos ad te mittūt/ut in eorū auxiliū/& Italię liberationē/acceleres atq; festines/O fœlix patria/quæ te talē/& tm uirū pduxit/O fœlices parētes/qui te genuere/O fœlices proceres/& comilitones/qui te Ducē/te Rectorē/ Principē/& impatorē sequūtur/Qui tanto Rege/gaudēt/utunt fruūturq;/Ibis ó Rex tremede & inuicte in Appuliā. Ibis ó lux & decus Albane in Italiā liberabis eā/uinces hostē/uicisti iā Amurathē illū turcarū regē/potentissimū/qui totiēs Hūgaricā ferocitatē/& potentiā profligauit/uicisti Meumethē eius filiū/qui tot Reges/ tot Duces & Principes/tā suæ sectę/q; xpianę fidei supauit/Qui tot regna & imperia subegit/ qui toti orbi timor fuit/cępisti/obtrūcasti/pfligasti/tot eorū Duces/tot Principes/& Impatores/Tu.n. solus Turcarū timor/tu solus/turcas uincere nosti/ibis fœlix inuictissime Princeps/fœlicior redibis/ Non sic Alexāder tuus Epirothes/nō Pyrrhus ille Epiratarū Rex fulmen/belliq; artifex/uictores ex Italia rediere/quēadmodū tu potēs/& generose Rex/uictor fœlixq; in patriā redibis/Ecce populus/& ciues tui ragusini tibi aram cōstituūt/ecce te tāq; Deū/& numen colūt/ueneratūrq;/Ecce pro te/ut uictor & incolumis redeas preces iugiter ad deū effundere parati/ Ecce tibi urbē familiā/liberos/qcqd hnt/possidēt/séq; totū deniq; ī mācipiū/dedūt/atq; tradūt/ Postq; uero Scāderbegus à ciuibus/& populo ragusino/publice landatus/tādiu cū eis/& apud eos est cōmoratus/q; diu uniuersa classis & exercitus ibidē conueniret/Quo cū uenisset uarii/ac diuersi ludi/& certamina pacta atq; celebrata sunt/Postea uero Paulus Angelus Dyrrhachinus archiēps/qui omniū laborū periculorū atq; cōsiliorū socius/atq; particeps (uelut Eneę alius Achates) Scanderbego fuit/ad ciues & po/

Oratio Pauli Angeli Dỳrachini archiepi ad ciues, & populũ ragusinum.

lum Ragusinum/gratias exoluens/In hũc modũ est elocutus/Credo equidẽ Patres cõscripti/Ciues optimi atq; pstantissimi/nullo humano ingenio/ sed diuino potius urbẽ hãc,& mœnia fundata fuisse/ut unicuiq; mortaliũ in summa essent admiratione/quis enim unq̃ tã eleganti frœtũ se putarit ingenio? Quis ea doctrinę copia? Quis tanta eloquẽtię/uel arte politus? uel natura pditus? ut eius laudes/non explicare sed concipere tm̃/aut ualeat/aut audeat/Ragusina.n.urbs/quæ alio quóq; digniori noie Epidaurꝰ dicta est/quasi ciuitas supra omne aurꝰ/ Immo omni auro dignior excellẽtiorq́./uere/rectéq; Epidaurꝰ appellatũ/ Nã quæ urbs nra ætate? quæ ciuitas huic cõparari põt? Ea.n.cunctis opibus/ac diuitiis plena/refertáq;/hęc optimis moribus/ & uirtutibus/ac disciplinis pdita/In ea senatus amplissimus/res publica florẽtissima/Patres cõscripti/& senatores/maiestate quadã Augusta/& Venerabili/qui cũ oĩbus gentibus/& populis amicitiã/pacẽ/atq; cõcordiã perpetuo seruare nouerunt. Quid.n.per Deũ imortalẽ urbibus pace melius/iucundius ué? Præterea hic artes oẽs liberales/philosophia/theologia/leges/cæteręq; artes/& disciplinæ uigẽt/Sed qd potissimũ de naui factiua/de mercatura/pace.n.cæteraꝰ urbiũ/ & ciuitatũ dixerim/Cũ qbus urbs uestra non cõtendere tm̃mõ/sed illas etiã longe supare põt. Nã quæ maria ragusini mercatores nõ nauigant/quas terras ii/nõ permeant,quæ loca tam abdita atq; remotissima/ad quæ nõ accedant atq; penetrent? Quid igit̃ urbe ragusina nobilius? qd clarius? atq; præstantius? Quæ nulli subdita/ neq; obnoxia/ legibus suis uiuit moderaturq́./ Hinc mare inde terrã hẽt/agro satis feraci/& bene culto atq; amœno fruit̃/Insulas/scopulos/in qbus ois amœnitas atq; cultura repit̃. Oppida munita cũ salinis/portu satis tuto accõmodatóq; utit̃/Sed qd de pietate & misericordia uestra in naufragos/pfugos/exules/pauꝑes/ac mercatores dicã? Quid plura de urbe Ragusina nisi/Id quod de Roma/Iam olim dici cõsueuerat/Asỳllũ esse mortaliũ & patriã/paríq; modo nunc de urbe ragusina dicendũ/Eã esse portũ tutissimũ cõfugiũ/& receptaculũ omniũ mercatoꝝ/diuitũ ac pauperꝝ/scholam & magistrã omniũ uirtutũ/exẽplar/& lumen bonoꝝ moꝝ/decus & ornamẽtũ/totius Dalmatię/Illỳrici adriatici/Aegeíq; maris/Ideo dicẽdũ Ragusium/siue Epidaurꝰ/ab epidaurẽsibus/diuino qdẽ nutu/hoc in loco positũ atq; fundatũ esse/Neq; forte qs uanus esset uates/si hãc urbẽ uestrã inter cęteras maximas urbes orbis terræ altius caput/aliqñ elaturã pdiceret,Et cũ his de impio/armis/uiribus/potentia/uirtutéq; cértaturã,Sed qd de liberalitate uŕa Patres conscripti/de magnificẽtia/& humanitate dicã? Quis.n.unq̃ mortaliũ ciues egregii/ & pstantissimi tot/& tanta pclara opera/totq; bñficia uestra in nos dignis/satis extollere laudibus possit? De qbus mihi tacendum/satius puto/q̃ pauca dicere/uel ea frigide laudare/Quia q̃to plura de his proferrẽ/eo maiora mihi pferẽda essent/Crederẽ eqdẽ mihi potius diem q̃ materiã defuturũ. Verũtñ ne omnino ingratus uidear/pro uestra in nos munificẽtia/ac liberalitate/ut cũq; & quascũq; ualeã/possimúe pro inopia/ac ingenii mei imbecillitate grãs agam/Referre.n.minime possim/Itáq; in primis tuę serenitati Princeps illustrissime/tuóq; sublimi cõsilio/benignissimóq; Senatui atq; reipublicę infinitas ac immortales ago grãs/Deinde uobis ciues egregii

atq; pstantissimi/huius almę atq; magnificę urbis/postremo uobis oibus cuiuscũq; generis/gradus/& cõditionis/qbus polliceor (Deũ testor, fidemq. meã obstringo) Quod ob uestra in nos bñficia collata/uosq. nomẽq. uestrũ urbisq; semp/& quoad uixerimus/& nomẽ Epiroticũ durabit/animis/mẽtibus/& cordibus nris/ossibusq; medulitus fixa inhęrebũt/& ĩ archiuo/uiuoq; lapide sculpta atq; incisa/semp apud nos pmanebũt. Quæ nullus unq̃ casus tollet/aut aliq̃ ætas delebit/nosq. filiis/ac nepotibus nris/iiq; filiis ac nepotibus suis ea referẽt atq; pdicabũt/Quã ob rẽ in psentiarꝫ/deũ summũ optimũq. qui omniũ bñfactorꝫ/ac bonorꝫ operꝫ retributor optimus est/exoramus obsecramusq. ut ipse uobis pro tot/ac tãtis uestris ĩ nos bñficiis cõdigna merita/& æterna pmia retribuat atq; cõdonet/Vos regnũ/ impiũ uestrũ/urbẽ/Senatũ/rẽpublicã/liberos/opes/familiã/nomẽ uestrũ/ppetuo cõseruet/corroboret/cõsolidet/atq; cõfirmet, His à dyrrhachino psule dictis/milites albani/quod diei supfuit/ In hastiludiis aliisq; uariis ac diuersis certaminibus/& spectaculis/ad finẽ pduxerũt/iussi mox ut oia quæ ad nauigationẽ, opus erãt/ expedirent/Iamq. satis oibus instructis pręparatisq;/& re iã nõ ultra recipiẽte cunctationẽ/In animo sibi esse Ragusiũ/classe undiq; traducta eodẽq. oibus peditũ/equitũq. copiis cõtractis quæ prima dies/cursum nauibus daret Deo beneiuuante in Appuliã traiicere/ Igit circũ orã maritimã/Castriotus misit/ut naues & triremes quæ ex Italia/ad cõportãdũ exercitũ eius uenerãt/Ragusiũ oẽs cõtraherent/quicqd pterea militũ nauiũq. suarꝫ/In Epiri Macedoniæq. littore erãt ibidẽ cõuenirẽt/ut nec urbs multitudinẽ hominũ/nec portus naues cape posset. Tantũsq; oibus ardor inerat/in Appuliam traiiciendi/ut non ad bellũ/duci uiderent/Sed ad certa uictoriæ pręmia/Ex Epiro aũt & Macedonia milites undiq; acciuerat oẽs. Quãtũ uero militũ/in Dauniã trãsportatũ sit diuersę sunt opiniões/aliqui qnq; milia peditũ/Duo milia/& duo centi eqtes/alii duo milia peditũ/tria milia/ & qngẽti eqtes in naues imposita/qdã nõ adiecere numerꝫ iter quos/me ipse in re dubia poni malui. Tantãq. multitudinẽ cõscẽdisse naues aiũt/ut nemo mortaliũ/in Epiro Macedonia/& Illyrico relinqui uideret, Milites ut in naues ordine/ac sine tumultu cõscẽderẽt/Scãderbegus eam sibi curã sumpsit/cõmeatus imponẽdi/Guirizę Vladeni/curã dat/Quinq; & decem dierꝫ cibaria/è quibus qnq; dierꝫ cocta imposita/Vt oẽs iã in nauibus erãt scaphas circũmisit/ut ex oibus nauibus gubernatores/& magistri nauiũ/ & bini milites in forꝫ cõuenirẽt ad impia capiẽda/Postq̃ cõuenere/primũ ab iis quæsiuit, si aquã hominibus/iumẽtisq; necessariã/in totidẽ dies/quot frumẽtũ imposuissent, Vbi respõsum est aquã dierꝫ qndecim in nauibus esse/tũ edixit militibus, ut silentiũ/quieti/nautis/sine certamine ad ministeria exequẽda bene obediẽtes pstarẽt/Cũ qnq; rostratis se ac Ginũ musachiũ à dextro cornu / ab leuo totidem rostratas/& Andreã Zachariã, cũ Mose (tũ is impator erat) onerariis futurꝫ psidiũ/Lumina in nauibus singula rostratæ bina onerariæ hẽrent, In prętoria naui insigne nocturnũ triũ luminũ fore, Iis editis impiis rediere ad naues iussi, & postero die Deo beneiuuãte signo dato, soluere naues, Multę classes è rizicho sinu, Dyrrachino portu Aulone ac toto Epiri Illyricíq; tractu pfectę erãt, Cæterę pleręq; prędatũ tm̃modo ierant

Castriotus exercitũ suũ & classẽ oẽm ragusiũ cõuenire/& uaria ludorꝫ genera celebrari/ & classem ad cursum prę/parari iubet.

Variæ opiones quãtũ copiarum/

Appuliã cũ Scãderbego transportatũ sit.

Att. Quibus cura iponẽdi cõmeatum ĩ naues data / & ut milites ordie quieti eas cõscendẽrent.

Deprecatio Scãderbegi ad Deũ anq̃ solueret.

Vbi uero illuxit Scanderbegus è ꝓtoria naue silentio per pręconẽ facto/Dñe iesu christe inqt/filii Dei uiui,qui ad dexterã summi ꝓris omnipotẽtis in gloria ęterna sedes,qui ex nihilo cũcta à principio creasti/eáq; nutu/& impio tuo/regunt/& moderant/qui ab ęterno tuã sanctissimã fidẽ christianã ꝓelegisti/tuóq; ꝓciosissimo/ac sanctorꝫ martyꝫ/apostolorũq. tuorꝫ sanguine eã miro ordine fundasti/& ꝑ uniuersum terraꝫ orbẽ/dilatasti ampliastiq;/Cui Petrũ beatissimũ/& sanctissimũ/Vicariũ tuũ Principẽq. apl'orꝫ eiusq. successores cõstituisti/Quibus omniũ potestatẽ ligandi & soluẽdi/tã in cœlo q̃ in terra/tribuisti donastiq;/quorꝫ monitis/& mãdatis/mortalibus oibus/christianis ꝓcipuæ tuis/& ꝓelectis mãdasti/iussistiq;/ut obedire/& fidẽ tuã catholicã/& ecclesiam Romanã totis uiribus/& ad sanguinẽ usq; tutari atq; defendere deberẽt/Eorũdẽq. iussib⁹/atq; ꝓceptis/Ego supplex/& humilis tãq̃ indignus de eorꝫ grege/hãc expeditionẽ/& ꝑuinciã humeris meis libẽti animo suscepi,ut ecclesiã tuã sanctissimã/ urbẽ Romanã/fidẽ catholicã/ & Italiã ab impugnatoribus/& hostibus te duce/te rectore ꝓtegerẽ/atq; pro uiribus defenderẽ liberaréq;.Itáq; pater omnipotẽs & misericors colẽde/tremẽde/Inuoco deprẽcorq;/ut cœptis meis annuas/& dexterã/brachiũq. tuũ mihi porrigas, & emittere dígneris Michaelẽ Archangelũ/sanctissimũ bonorꝫ nuntiũ atq; ministrũ tuũ/ qui sit mihi/ꝓpitius/mecũq. die noctúq; cohabitet(est.n.mihi uenerãdus) uires,robur,fortitudinẽ/suggerat/suppetet/atq; ministret/quo faustũ fœlixq; mihi sit iter atq; nauigatio ista,& sospes incolumisq; in Appuliã cũ uniuerso exercitu me traiiciã/fugatisq; hostibus/ atq; profligatis ꝓduellibus cõpos uoti mei saluus / incolumisq; in patriã/& ad lares meos uictor,spoliis decoratus/ꝑda onustus triũphãs reuertar/Post hanc deprẽcationẽ factã mox archieꝑs rẽ diuinã fecit/ & cẽlebrata missa/tuba signũ dedit ꝓficiscẽdi/uento secũdo satis uehemẽti ꝓfecti/celeriter è cõspectu terræ ablati sunt.Sed haud multo post/orta nebula eos contexit operuitq;. Ita ut uix cõcursus nauiũ inter se uitarẽt/Cum qua tñ hoc mõ ad noctẽ usq; sequentẽ nauigarũt.Iam insulã Augustam cernebant/gubernator Scãderbego ait,si iubeat eó dirigi/uidebat enim uim uentorꝫ oriri/ cõtinuéq; addi,& mare in maximã tẽpestatẽ cõcitari/ Cui cũ Scãderbegus annuisset(Erat.n.autũno tꝑe)classis oís portũ intrauit/Quo iactis firmatisq; anchoris interuallo octo dierꝫ ibidẽ cõmorati sunt/ob ingẽtẽ procellã,uim uẽtorꝫ/& maris tẽpestatẽ/qua sẽdata uento secũdo flante/post rẽ diuinã peractam (Erat aũt sub matutino tꝑe) sole iã orto & leuatis anchoris/naues oẽs è portu soluerunt quæ per totã illã diẽ/cũ nocte sequẽti nauigarũt,Vbi uero illuxit oía littora Appuliæ apparuerũt/Scãderbegus/quæ esset ꝓxima terra ꝑcunctatus/ Cũ montẽ Sancti Angeli is uocari audisset/ placet inqt, huc dirigite naues,Est.n. mihi Archãgelus Michael ꝑuenerãdus/qui ut ĩ cõspectu terra fuit/prẽcatus Deũ/uti bono suo/sociorũq; Appuliã uiderit/dare uella iussit/classisq. decurrit breui tẽporis spatio terrę applicuit ubi postea ipse cũ archieꝑo/& ꝗbusdã militibus è naui desiliẽs speculatores ꝓmisit/ut sicubi hostes uiderẽt illi renunciarent/qui ad eũ reuersi/nõ procul abesse nunciarũt. Scãderbegus interim sumpto cibo refocillatisq. corporibus/Cum suis ad naues rediit/& Baretim oppidũ uersus/nauibus cursum

Deprecatio Scãderbegi ad Deũ anq̃ solueret.

Nauigatio eius in Dauniam.

Ingressus classis ĩ portũ Baretis.

Liberatio regis ab obsidione.

Præda Castrioti.

dirigere iussit, quæ dũ secũdo uento nauigant Baretis oppidũ intrarũt/ copiæ oẽs in terrã expositæ sunt, Verũ quũ dux Ioãnes uná cũ comite Iacobo uidissent Scã/ derbegũ tã ingẽti, instructóq; exercitu/in Regis Ferdinandi auxiliũ uenisse obsi/ dionẽ deseruerunt/& cũ copiis suis ad. XXX. feré milia passuũ ꝓcul inde secedẽ tes castrametati sunt. Interea Ferdinãdus uidens se ab obsidione liberatũ/& hostẽ iã discessisse prægaudio urbẽ egressus Scanderbego obuiã processit/Qui ambo in mutua oscula cõueniẽtes inuicẽ amplexi (manãtibus utrinq; lachrỳmis) ingenti omniũ plausu & lętitia Baretim ingressi sunt/uidisses tunc cõmotã effusamq; uni/ uersam feré urbem/Castrioto obuiã ire/ciues oẽs/festiuos/& alacres ꝑmixtim/cer tatimq;/cuiuscunq; sexus, & ætatis in foro/& ad prętoriũ cõcurrere nihil aliud per urbem sentiri/nihil per uicos/& plateas die noctúq; audiri/nisi uoces exclamãtiũ/ & de aduentu albani principis iubilantiũ, Hinc oppidanos urbẽ egredi & naues adire/Inde albanos/urbem/& mœnia petere/per agros, & uicos discurrere/diuersa peragere/non nulli equos sternebant/præparabantq; alii frena, quidã arma/aliqui tela unusquisq; officiũ suũ exercebat/Nemo ociosus aut iners/quilibet aliqd ope/ rabatur / & oẽs ad bellum se accingebant/acsi eo tẽpore pugnaturi cũ hoste forẽt/ Mane aũt facto/Epirensis prædatũ cũ qbusdã copiis suis agrũ eorũ qui ad hostes defecerãt/proficiscitur/& magna cõuecta præda in Baretim reuertitur/quã omnẽ inter milites suos/& oppidanos diuidundam cõcessit/Sub serum uero diei/oẽs mi lites suos ĩ cõcionẽ uocat/quos ad pugnã sic accẽdit/ Sic pro uictoria exhortatur, Memini me aliquando / uiri fortissimi/ & cõmilitones mei strenuissimi audiuisse/ Bellisarium illum ducẽ/& impatorẽ Bizantiorũ cũ in belgas siue anglicos expedi/ tionẽ ageret/& magna classe aduersus eos ꝑficisceretur (quos etiã obtinuit) ut pri mũ copias suas in terrã exposuisset naues oẽs incẽdio/cõbussisse/arsisseq;/ne forté milites sui spe/& cõmoditate earum detenti animum redeundi in patriã haberent/ & pro uictoria cõsequenda totis uiribus/& ad sanguinem usq; minime pugnaturi/ Vincti nõ uictores essent/qd' qdẽ milites mei amãtissimi haud absimile ualde no/ bis ab his hoc tpe cõtingisse clara luce intueor/Nos uero ꝓcul à domo/à pria trãs/ mare/in hostili terra inter oia inimica / infestáq; solo alieno/ omni spe/ac cõmodi/ tate ad ꝓpria redeũdi destitutos pœnitus esse/In eóq; loco rex nras sitas/ut manea mus an redeamus hinc deliberare minime possumus/Cũ ꝑter equos/arma/& aios/ armorũ memores/nihil nobis relictum sit/Quinimo salus uitę nobis adẽpta est/nisi de hoste pręclarã insignémq; uictoriã reportemus. Sed bono qdẽ simus animo mi/ lites cũ diuino/nos nutu/ac uoluntate huc oẽs cõuenisse uideam/quo christi patri/ moniũ/domũq; eius/ecclesiã/& sedẽ suã tueamur/atq; protegamus/qui de cœlo no bis uictoriã facilẽ / & expeditã mittet/In cuius noie/& uirtute pugnaturi cũ hoste illum profligabimus/uictorésq; in patriã reduces/& incolumes triũphando redibi mus/Cuius rei (haud dubiũ est mihi) cũ uestrã primũ solitã uirtutẽ/fortitudinẽq; in memoriã reuoco/Cũ tot uictorias à uobis partas/tot de hostibus clades/& stra/ ges editas ante oculos propono/Ideo frętus uiribus/uirtutéq; uestra humeris meis hanc expeditionẽ libenter suscepi/ utpote qui alios longe maximos ualidissimósq;

Exhortatio Epirensis ad suos pro uictoria.

xercitus/& copias fundere atq; prosternere uestra uirtute cõsueui, quo magis mi/ ites mei fortissimi strenuissimiq. has paruas copias/hunc debilem exercitũ & ho/ stem in fugã cõuertetis/atq; profligabitis/qui (ut uidistis) ad nomen solum nostrũ priusq; nos uiderit (ut ita dixerim) manusq. nobis cõseruerit fugã arripuit, & ob/ sidionẽ deseruit/reliquũ est igitur milites ut ipsum timidum/& iam fugientẽ inse/ quamur/Sed aduertite quæso/quod si fortẽ hostis iste/timidus/ atq; imbecillis nos expectare uelit/manúsq; nobis cũ conserere (quod nõ credo) Velim ei in primis illudamus/& leuibus excursionibus assiduisq. hincinde pręliis atq; crebris infesta/ tionibus ludificemus illumq. fessum omnino reddamus, Quo facto tũc/aut inter/ netioni (si placuerit) dabimus aut uiuũ facile capiemus. Est.n.is graui armatura grauiq; onere, & sarcina prępeditus/atq; armatus equos hẽt Cathafractos/qui nec nos ad persequẽdũ sunt abiles nec ipsi ad fugiendũ sunt apti. At uero nos oẽs (ut cernitis) tum armis expeditissimi sumus/tũ equos citissimos uelocissimósq; & ad omnia prõptissimos habemus. Proinde cõmilitones mei amãtissimi strenuissimiq; quilibet uestrũ se accingat arma/tela/equos/cæteráq; ad pugnã necessaria præpa/ ret/Quia Deo duce/crastina die in hostem egrediemur/ His dictis Albani milites qui iam uotis omnibus pugnã expetebant/magis/atq; magis accensi mane prima luce audita prius re diuina dato signo tubæ oẽs instructi/ paratiq; cũ aquilis & si/ gnis suis in campũ aduersus hostem prodiere/Cũ quo non totis copiis/nõ acie in/ structa/nõ seruato bellandi ordine cõcursum est/sed pleue admodũ certamen ten/ tatum/Placuit enim Albano Principi eo die prælibare tm̃modo pugnã (ut qualis pugnator hostis foret/quãtũq; armis ualeret se ostenderet/Qua certe pugna/& cer tamine ex Gallico exercitu. XXX. cęsi/XX. capti sunt/ex Albanis uero/& Epiro ticis militibus/nullus captus/uulnerati. IIII. qui oẽs lęti admodum & alacres è prę lio redeũtes uictores fœstiuiq; Baretim ingressi sunt, Altera aũt die, Scãderbegus/ cũ Rege Ferdinando cõuocatis Ducibus/& castrorũ Pręfectis/tã Italis/q̃ Albanis cõsiliũ inierunt qd agendũ/an tota acie cũ Gallis pugnandũ/aut in Abrutiũ eun/ dum esse ad uias claustra/& itinera copiis Pii / & Sforciæ reseranda aperiendaq./ Quæ in subsidiũ regis (ut iã supius diximus) missę fuerant/Tandẽ hęc uicit sen/ tentia, in Abrutiũ proficiscendũ, ut cõtractis omnibus in unũ copiis tota acie/cũ Gallis dimicaretur. Postq̃ uero omnibus suffragiis decretũ est/ut in Abrucium ad sociorũ subsidiũ recipiẽdum iretur, edictum omnibus militibus/tã Regiis q̃ Alba/ nis, ut se accingerent, prępararentq., Cõmeatũq. quinq; dierũ coctum secũ deferẽt, Quo facto, relicto in urbe ꝓsidio omnis exercitus cũ Rege/ & Scãderbego egres/ sus est. Qui quũ in cõspectu Gallorũ præteriissent, in Abrutium recta progreditur, nec ab hoste motus aliqs factus. Sunt qui dicant. Regios nocturno tẽpore/tacitos clam abiisse, Quo postq̃ itũ est/aggressis undiq; hostibus/qui aditũ custodiebãt ex improuiso/& præter spem/à tergo/à fronte & ex omni latere ꝓfligatis cęsisq; pro maiori parte/atq; captis aditus/& itinera sociis pręsidióq; Cui Fędericus Vrbinas Dux/& Alexãder Sforcia pręerãt reserata/apertáq; sunt/ex qbus omnibus postq̃ unus exercitus conflatus/atq; in unũ redactus est/propé Vrsarã Appuliæ oppidũ

Pugna Scanderbegi cum Picinino & Gallis, eiusq; uictoria.

Receptio & aduẽtus subsidii Pii & Sforciæ.

Reditus Castrioti Baretim.

Pugna eiꝰ cũ Picinino / & uictoria Epirensis.

quod in Regis potestate erat castrametati sunt/quo ex loco Albanus Princeps relicto Rege cum Italico exercitu suis tm̃modo copiis Baretim petiit/Veritus forte ne comes Iacobus (ut erat callidus/& sagax) quoquo modo eã urbẽ ad deditionẽ sollicitaret/uel eó accedẽs/armis expugnaret/Vbi cũ omnia ex arbitrio suo se habere cõperiisset, Cõpositis rebus inde abscessit/& cũ comite Iacobo Ducéq; Ioãne suis copiis tota acie confligere/atq; pugnare decreuit. Quos cũ ad pugnã prouocasset/illi certamen non detrectarent/hincinde instructis copiis in campũ progrediuntur. Scãderbegus exercitũ suũ in tris diuiserat partes/quarũ uni Mosem à Dibris præfecerat/Alteri Giurizã ex sorore nepotẽ/uirũ strenuũ/probũq./tertiã uero/qua cũ comite Iacobo cõcurrere uolebat sibi retinuerat/His itáq; sic ordinatis pręmissis de more Aquilis/& signis suis/dato sonitu tubæ pugnã cũ hostibus accerrimã iniit, quos ex tribus partibus aggressus per totã feré diẽ/cũ his pugnauit. Cęterum uti iã cõstituerat cũ assiduis prœliis/& crebris certaminibus hincinde hostem sæpe sępiúsq; infestans. Iam iã fessum debilemq. reddidisset id quod sperauerat facile subsequutũ est, nãq; in eo prœlio ex hostibus multi interfecti/captiq; uiui fuerunt/ex Albanis aũt/& Epiroticis pauci admodũ cęsi/plures uulnerati/nullus feré captus/Verũ cũ Piceninus/qui rem bellicã callebat/aduertisset/Scãderbegum/cũ Albano milite bello/armisq; superiorẽ esse (ut erat callidi ingenii) excogitauit/Si Scãderbegũ cõuenire/& alloqui posset. Forte cũ eo acturũ facturũq./ut ab armis desisteret/pugnãq; dirimeret, Igitur ipse aciẽ egressus ante alios Castriotum clara uoce proprio nomine appellauit/Inuitans/roganſq./eũ/ut secũ colloqueret, Cuius sermonẽ/colloquiũq. Scanderbegus (ut erat mitissimi ingenii/animiq; intrepidi/ut hominẽ agnouit) haud abnuit/& alios pręterg̃ressus uirũ adiit/Ambo itáq; duces extra castra ꝓdiere/Ibi in medio locus cõspicuus undiq;/ne qd insidiarũ esset/delectus/ubi summotis pari spacio armatis cõgressi sunt, Comes Iacobus cõspectu Scãderbegi admiratiõe propé attonitus cõticuit/& coniectis luminibus/defixísq; oculis semper in eũ inspiciebat/Scãderbegus prior deposito ense/armísq; inermis accedens ad illũ & ex transuerso mediũ sumptũ manibus (erat enim modicę staturæ) è terra in altũ sustulit/quẽ more suo osculatus/mox leniter deposuit, Tum comes Iacobus ut dictis factísq; omnibus ad fallendũ instructus/Vana accresceret fides/grãdẽ rem/multáq; cũ eo acturum curaturũq. simulabat/Promittebat enim facturũ/q; Galli aut Regni Appuliæ prouinciã omnino desererent/& in Galliam reuerterentur/aut oẽs trucidarent/Ferdinandũq. Regẽ/Imperiũ suũ quiete tranquillęq. possideret/Dicebat se satis nosce/q; si iidem Galli/qui/& natura insolentes supbiq; erant/& odio natiuo in Italos ferebant/Appulia potirentur/nõ tm̃ ea contenti essent, Verũetiã totius Italię imperiũ sibi uẽdicare uellent/cuius homines/ac seruos ut iumenta haberẽt/Hæc/& plura alia comes Iacobus/Cũ Scanderbego se acturũ curaturũq. promittebat, Quæ tũ in Regis Ferdinandi cõmodũ/& honorẽ/tum ipsius Scãderbegi principis ingentẽ gloriã/& utilitatẽ uerterentur, A quo in primis petiit/ut receptui cani/& milites suos à pugna cessare iuberet, Quod & ipse facere paratus erat, quo exercitus utrinq; à labore/& continua pugna respirarent/

Att. Insidias Picinini i scãderbegum.

Prouocatiuã illius ad pugnam.

Fugam Picinini.

Receptionẽ Scãderbegi ad regem.

quiescerentq./Cum hi per integrũ feré diẽ iam dimicassent,asserens hoc maxime/ ex lege/& Italica cõsuetudine artis militaris/sacræq. militiæ fieri seruariq;,Sed qa iam tenebræ terrã occupabant/& nox instabat/ militésq; oẽs hincinde fessi erant/ Satius foré/ut uterq; exercitus in castra rederet/& locus quieti daretur/Scander/ begũ uero hortabat/rogabátq;/ut is mane cũ paucis equitibus(ne res duci Ioãni/ Gallísq; patefieret) assignato ei loco quo conueniret/ad secũ colloquendũ omnino reuerti deberet/Quæ qdẽ omnia Comes Iacobus nõ minus ficte/& simulate/q̃ do lose cũ Scãderbego agebat/mollitus enim Piceninus fuerat/Scanderbegũ aut in/ sidiis uiuũ capere/aut omnino obtrũcare(rem ꝓfecto suapte natura deformẽ atq; impiã) uel saltẽ longo deducto sermone diẽ cõterere/qua destinata iam pugna sol ueretur,certamen dirimeret/ ne Albani qui iam iã palmã & uictoriã in promptu/ & prę manibus habebãt secum reportarẽt/Séq; cũ exercitu suo ab huiusmodi in/ iuria/& ignominia liberaret saluarétq;/cum aliter effugere minime posse uideret, Cui cũ Scãderbegus ob uiri nomen/auctoritatemq. fidem q̃maximã præstitisset/ eiusq. dictis atq; postulatis puro sinceróq; corde credidisset/libere igenuéq; obsecu tus est/ Qui & receptui Cani / & milites suos à pugna cessare iussit / Interim uero Moses & Giuriza/præfecti castrorꝫ Scanderbegi/iãdudũ fugatis cẽsisq; hostibus/ quattuor armatorꝫ militũ acies captas ad Epirensem ꝑduxerunt/Quas cũ Piceni/ nus uidisset/erubuit/& mente turbatus atq; cõfusus obmutuit/Qui tandẽ in se col lectus/callide atq; uersute his uerbis Albanũ principẽ/sic est adorsus/ Scãderbege Princeps Illustrissime/& generose uideo (quod & parirer admiror) præfectos/& milites tuos cõtumaces tibi esse/& rebelles ualdéq; irreligiosos,Hi enim(ut nosti) post edictum nostrũ quod pariter uno eodemq. ore atq; consensu fieri iussimus ut per omnia/hincinde castra milites à pugna desisterent, Acies has meas/& milites edicto nostro illico libenti animo parentes aggressi perturbarunt/ oppresseruntq./ & summa cũ ignominia dedecoréq;/eos ad te ꝑtraxerunt,quod ualde iniquũ atq; iniustum,& cõtra fidem atq; decorẽ tuũ mihi esse uidetur/ Nihilominus ego tum fidei tuæ,tũ uirtuti plurimũ confisus (Te enim semꝑ magnifeci inuictissime Prin ceps,Quod fidẽ tuã/& promissa/semel mihi præstita (ut quenq. Principẽ/ & ma/ gnanimũ uiꝫ decet) te nunc quóq; seruaturũ non despero,Quãobrẽ Scãderbege Princeps generosissime peto abs te ut has meas acies,& milites,quos tui duces,& præfecti huc ad te contra sacrã militiæ disciplinã tanq̃ captiuos trahunt,impune/ & incolumes dimittas/mihiq; armatos restituas,Quo in hoc quóq; ego fidem tuã/ animi magnitudinẽ atq; liberalitatẽ,quã de te semꝑ Princeps generosissime prędi care audiui,nunc oculis uideã claréq; perspiciã.Ad hæc Albanus Princeps in hãc feré sententiã respõdit,Non possum equidem Comes Iacobe nõ admirari,te uirũ claꝫ,& illustrẽ ista non minus leuia q̃ ab omni ꝑsus ueritate aliena,uel credidisse, uel dixisse,q; milites mei,& duces post edictum nostrũ tuas acies inermes,& nihil tale timẽtes,uiolata fide,ꝑter sacræ militiæ cõstitutiones aggressi oppresserint,ma ximóq; dedecore atq; ignominia ad me ꝑtraxerint.Nã uidisti (nec inficiari põt) ut primũ cõuenimus milites mei,& ꝑfecti priusq̃ edictum nostrũ deponẽdi arma

& cessandi à pugna/ad uniuersum exercitũ peruenisset/tuas acies/quas fortissime pugnãdo deuicerãt/ad me (ut iã uidisti) pduxerũt quod an adéo iniustũ tibi uideri possit/nõ satis scio/Nã si p totã feré diẽ (ut dixisti) pugnatũ est à nobis/quo nã pacto fieri potuit/ut tã breui spatio edictũ nostrũ ad oẽs castrorũ partes ubiq; puolauerit, Et adhuc amplius quod magis me mouet qd' milites/& pfecti tui uidentes acies meas, & armatas/& pugnãtes ipsi arma deposuerint, & à pugna cessauerint, Quod dũ (ut dicis) religiosissimi scilicet hoies/& mãdatorũ tuorũ obseruãtissimi esse mauult/turpius oppressi in captiuitatẽ traherentur/an inuiti potius belli sorte supati uictoriẽ cesserunt/& seruitutẽ merito subierunt/Præterea quod milites nros cõtumaces/& irreligiosos appellas sané est mirãdũ. Siccine igit' ego cũ iis ipsis/& pauccissimis qdẽ qñ p (absit temeritas uerbo) tot barbarorũ/& turcarũ ualidos exercitus fudissem/& tot duces eorũ fortissimos/& principes cõuersos in fugã cępissent si istiusmodi essent, qd' diuino certe auxilio nulla uirtute/nullo ingenio humano effici potuisset, Nã quod ad obedientiã/& ordinẽ militarẽ/illud ausim dicere me ductorẽ, & cõmilitonẽ suũ magis ẽt ab eis timeri, q̃ ipsi à uobis/Propterea si de legionibus istis/& militibus ita insignẽ/facilémq; uictoriã cõsecuti sunt nihil est qd' eos accuses/nihil quod de me cõqueraris, sed tũ belli fortunę/tũ imbecillitati/atq; tuorũ ignauiæ imputes/liberalitatẽ tũ meã, & animi magnitudinẽ, quã (quæ est ingenii tui bonitas) mihi tribuis/hodie nõ desiderabis, Quod.n. acies istas tuas quæ merito nobis iure belli, & captiuitatis cesserunt, cupis, ut gratis, & incolumes tibi restituã/atq; donẽ, nihil frustra petieris. His.n. qbus supstibus, in bello esse cõtigit, ego nec uitã, nec libertatẽ eripe cõsueui, Memor pterea illius egregii, & pclari facinoris, quo Pyrrhus ille meus Epirotarũ rex, In Romanos usus, qui cũ eorũ exercitum in his cãpis acriter pugnãdo p ligasset, captiuos oẽs, quos cępat (ut magni, & generosi animi erat) Dono gratisq; misit, atq; cõcessit, Eius sané pclarũ dictũ illud ad Romanorũ legatos extat, qui ad ipsum pro redimendis captiuis uenerant, Nec mi aurũ deposco, nec mi pretiũ dederitis, nec cauponantes, sed belligerãtes, ferro, non auro, uita certamus utriq;, uos ne uelit, an me regnare hęra, Quid ué fert sors, uirtute expiamur, & hoc simul accipe dictũ, quorũ uirtuti belli fortuna pepcit, eorũdẽ me libertati parcere certum est, Dono ducite/dóq;, uolẽtibus cũ magnis diis, Ducpinde tu quóq; captiuos tuos gratis potius, q̃ aliquo iure causę princeps nobilissime, te petẽte cũ Deo optimo maximóq;, Sat.n. mihi est illos ferro uicisse, qbus iterũ Deo iuuãte uirtute, fortitudinéq; militũ meorũ me potiturũ haud animus deest, Fuere aũt hi ad centũ milites, quos Scãderbegus armatos oẽs dimisit, Piceninóq; donauit, His pactis Piceninus cũ copiis suis, in castra se cõtulit, Castriotus uero in Barim oppidũ reuersus est, qui summo mane cõsurgẽs sumptis secũ septẽ tm̃ equitibus (ut iã pmiserat) urbẽ egressus ad comitẽ Iacobũ alloquẽdũ, Cõueniendũq; ad locũ, quo cõstitutũ fuerat, ire pergebat, Cui qdã de hostili exercitu, qui occulta cõsilia, & insidias aduersus Scãderbegũ, prępararas nouerat, in itinere occurrit, & aperiẽs ei oia, quę Piceninus ipse in illũ mollitus fuerat admonebat eũ, ne ulterius progrederet', ne in insidias à comite Iacobo ei instructas incideret, pcipitareturq;

Nam locus ad quē accedere uolebat, ut comitē Iacobum conueniret/insidiarq; atq; armatorq; plenus erat, ut eū caperēt, aut trucidarēt, Quo missi à Scāderbego eqtes exploratorēsq; ad speculādū, oīa ꝓut relata fuerāt uera inuēta sunt, Detectis itāq; oīno insidiis, ac patefactis fraudibus comitis Iacobi, Castriotus, clara uoce Piceni/nū de dolis, & insidiis suis increpās, atq; redarguēs fędifragū appellās, in crastinū, ad ineundā pugnā & certamen illū ꝓuocauit, qui nec uerbū rñdit, sed circa primā noctis uigiliā, collectis sarcinulis, & uasis (ut aiūt) Cū Duce Ioāne, & Gallis arre/pta fuga in remotiora loca, dehinc Nuceriā cōcessit, Veritus ne eadē nocte ipse à Castrioto adoriretur. Audiuerat.n. illū sępissime nocturno tpe hostē aggredi solitū esse. Verq; Epirēsis exorta iā luce instructo ad pugnā exercitu suo in cāpū ꝓpalam descendit, quo cū comite Iacobo uniuerso exercitu cōcurreret. Eo aūt nō inuento (fuga.n. arripuerat castráq; uacua atq; deserta reliquerat) tum hoīs ꝓfidia, tum rei ipsius indignitate impēsius est cōmotus, Ratus itāq; id magno aliquo & audaci facinore uindicandū, Baretim reuersus est, qui ubi oīa disposuit, atq; firmauit, Cōfe/stim ad regē Ferdinandū, qui Vrsarę cū Italico exercitu, & copiis erat, contendit, Est.n. Vrsara oppidū Appuliæ, quod in dorso mōtis posita octo millibus passuū à Nucera distat, à Troia uero quattuor, à mōte aūt Segiano sex, distabāt aūt uterq; exercitus ab inuicē octo milibus passuū. Erat.n. medius mons Segianus/q ab urbe Troia ꝑ duo miliaria, à Nuceria uero sex distabat. Nā (ut fama ferebat) q montē illū, & tumulū cœpisset prior, ille erat futurus supior in acie, quū ꝓp loci opportunitatē ad bellū pagēdū ꝓsequēdūq;, tū rerū omniū maximā cōmoditatē. Ad quē occupādū aňq; comes Iacobus ꝓficiscerēt milites suos in hūc modū est allocutus.

Descriptio Vrsare/ Nuceriæ Troiæ. Segaini mōtis.

Oratio Picinini ad exercitū suū.

NON me fugit milites quāta sit uirtus/& fortitudo uestra, Nec per singula rerū uestrarq; gesta immorari atq; discurrere nunc opus esse uidetur, Quū omnia mihi manifesta, & in aperto sint posita. Verum ne ab alto exordiar, pauca in præsentiarum tantūmodo in medium afferre de uobis contentus ero.

NON ne uos estis milites, qui Ferdinādū regē cū copiis suis ęquo cāpo collatis signis toties fudistis atq; profligastis? Quē & in urbe regia Neapolitana, & postea in Bareti oppido obsedistis, & uniuerso regno Appuliæ Siciliæq; spoliastis/& expulistis? Non ne præterea milites uos ii estis, qui exercitus/ & præsidia Pii Ponti. & Frāciſci Sforciç ducis mediolani, Quē in auxiliū regis Ferdinādi ueniebant nō semel tm̄/sed bis in fugā conuertistis obtruncastisq;? Quid supest igitur, milites, ut & Appuliæ, & totius Italiæ impiū uobis uēdicetis? Quis resistet? Quis obuiabit uobis? Ferdinādus res iā fatigatus á uobis fugatúsq; arma/ & furorē uestrū fugiens, de impio iā desperās/nescio quo in angulo hucusq; latitauit, Nūc uero qa hoc ꝓsidii quod uidetis ei allatū nobiscū bellū non gerere (qa impossibile ei), sed tentare tm̄mō cōtra nos uelle uidet. Sed heu miserrimū/& infœlicissimū hoiem, aptū ad fugā potius, q̄ ad pugnā uictus semp à uobis, nūq̄ uincet, profligabimus eū absq; dubio cū omni præsidio/suppetiis, & auxiliaribus suis, delebimus/& ad internetionē dabimus, aut illum (si uolueritis) captiuū cū oibus faciemus/uel è regno fugatum omnino/& expulsum deiiciemus. Estote itāq; milites, bono fortiq; animo atq;

intrepido/& de uictoria certi,quã(ut uidetis)in manibus habemus.Vincere enim nos soliti,semp uincemus. Fata.n.uobis Appuliẹ regnũ iã pmiserũt.Decretũ,cõstitutũq; iã est milites,hæc oia uobis à supis. Sed qd Appuliẹ tm̃,Verũetiã totius Italiẹ impiũ uobis pmitto,urbes oẽs,municipia/castella/diuitias habetote uestráq; sint.Vos ó Galli uiri fortissimi,& fortunatissimi,terror & pauor Italiæ totiúsq; orbis.Vbi Romani triũphatores mundi,quos toties ẹquo eãpo tota acie semp fudistis,& pfligastis? Vbi Roma totius mundi caput(Nõne à uobis capta incẽdio cõflagrauit? Omnes patricios & senatores in ea trucidastis,Vos christiani,uos Macomethani,uos oẽs sectẹ/gẽtes/& Barbarẹ nationes summope uerent timẽt/& ad nomẽ tm̃ uestrũ/& famã fugiunt.Vos Bellatores ueri estis/uos fatales/uos diuini/uos nõ solum Appuliæ,Italiẹ,sed uniuersi orbis imperiũ à Deo pmissum est.Itaq; milites bono forti & constanti estote aio.Hostes quos uidetis (pudet.n.hoc uobis referre)nihil penitus timeatis,quos hinc ad modicũ tpis interuallum oẽs captiuos uestros fore pmitto,aut (si uobis placuerit)obtrũcare licebit.Eorẹ diuitias/spolia/equos/impedimẽta uestra erunt.Hostes nri/& aduersarii fugituri potius/q̃ pugnaturi sũt.Res cũ fugitiuis nobis erit/nõ cũ pugnacib?.Nec hũc Scãderbegũ ó milites Epirotarẹ principẽ,qui nuper ex Epiro & Macedonia cũ Epiroticis suis nudis & inermibus militibus cõtra nos in regis auxiliũ huc traiecit qcq̃ timeatis/aut existimetis,qa ipse cũ agmine suo & militibus p̃ ipetu à uobis fusus pfligatúsq; erit. Sũt.n.inermes Epirotẹ oẽs/& nudi,quos nostri scloponarii/& scorpionarii prima fronte/& ictu de medio tollent atq; psternẽt.Sed puto illos potius latituros esse,q̃ pugnaturos,quia cõsueti/& apti potius hac illac circũcursare/& discurrere/q̃ pugnare.Res nõ cũ turcis eis agẽda erit/aut cũ Asiaticis mollibus,& effœminatis hominibus,sed cũ fortissimis uiris & strenuissimis militibus/& indomitis Gallis,qui oẽs graui armatura armati sunt,Equi nri cathafracti oẽs.Itáq; milites minime perdurare in pugna poterũt,sed à nobis fugati trucidabunt.Ex qbus uictoriã cũ triũpho pculdubio reportabimus.Nũc uero Ferdinãdus uictus expugnatus,ac omni regno deiectus atq; priuatus erit.Qui tentat tm̃mõ nũc nobiscũ bellũ.Hic est eius ultimus conatus.Nihil ó milites ei astutiæ suæ pderunt.Omnia eius cõsilia/& auxilia in irritũ cadent huic bello nũc finẽ imponemus/urbes/agri,cẹtera oia uestra erunt milites/Vos cũ liberis/cõiugibus,posterisq; uestris hæc oia ppetuo possidebitis. Postq̃ comes Iacobus his finẽ fecit pperans ad occupandũ montẽ Segianũ, illũ à Scãderbego iã poccupatũ inuenit.Ex quo mœstus Princeps admodũ in castra reuersus de uictoria (ut aiunt) diffisus Castrioto illam adiudicauit.Qui tamẽ (ut erat callidi ingenii,rerẹq; militariũ peritus) ad cõfirmandũ militũ aios,Cõuersus ad suos. O socii inqt,& cõmilitones mei amantissimi,strenuissimiq;,nũq̃ certe de uictoria diffidendũ,Neq; desperãdũ est/nusq̃ euentus incertior q̃ in bello/Quũ totũ istud quicqd est uictoriæ in incerto sit/& in manu (ut aiũt) fortunæ.Proinde fortiter/& intrepide incũbamus/in hostẽ irruamus,& cũ eo acerrime dimicemus, ut uel uitẹ pdiga uirtus,uel belli sors aliqua nos tandẽ supiores ostẽdat.His editis Piceninus decreuerat,ut cõtractis iã undecũq; copiis in unum,& Gallico præsidio

Propat Piceninꝰ ad occupãdũ montẽ segianũ/quẽ prius á Scãderbego poccupatũ inuenit.

Fxhortatio Picinini ad suos.

Att. ultimã ĩ ter Castriotũ & Picininũ dimicationẽ aciesq; instructionem/ Castrioti uictoriã/Numerꝰ cæsorũ/ captiuorũq. ex hoste cũ signis militaribus, Numeq; ĩ interfectorũ ex uictoribus.

Fugã Picinini / & Ducis Ioãnis.

tota acie/totísq; uiribus cũ Albano principe decerneretur. Hoc facto pronunciant ambo, arma expedirẽt milites/animósq; ad suppremũ certamẽ/nõ in unũ diẽ, sed in ꝑpetuũ, si fœlicitas adesset/uictores Ioãnes Dux, An Ferdinãdus rex iura Appuliæ daret/ante crastinã forte noctẽ scituros uniuersę Daunię/Calabrięq. regnũ uictorię prœmiũ fore. Par ꝑiculũ ꝑmio ꝗbus aduersę pugnę fortuna fuisset. Nã neq; Albanis effugiũ ullũ patebat in aliena terra ignotáq;. Ad hoc discrimẽ ꝓcedit postero die duo longe strenui Principes/Duo clarissimi duces/ Duo fortissimi exercitus/multa ante parata decora/aut cumulaturi eo die, aut euersuri/ Anceps igitur spes, & mœtus miscebãt aios, cõtẽplantibus modo suas/modo hostiũ acies cũ oculis magis/q̃ rõne pensarent uires/simul lęta/simul tristia obuersabant̃, quæ ipsi sua spõte nõ succurrebãt, ea duces admonẽdo/atq; hortãdo subiiciũt, Scãderbegus ꝑ/ Decẽ/& octo annorũ spatio in terra Asiatica, Macedonica, Traciana, & Epirotica res gestas/tot Duces Turcarũ, & Maumethanæ sectæ, tot exercitus occidione occisos, & sua cuiq; decora, ubi ad insignẽ alicuius pugnę memoria militũ uenerat referebat, Comes Iacobus in Piceno, Appulia, & Italia recẽtia prœlia. Ad hoc colloquiũ Castrioti in secreto habitũ/ac liberũ fingenti qua uelit flecti, ominantur, ꝗbus quódã auspiciis/patres eorũ pugnauerit, Ad Mocreũ, Tumenistũ, & Modrissum, ea illis exeuntibus in aciẽ portendisse Deũ/adesse finẽ belli, ac laboris in manibus esse ꝑdã Gallici, Piceniníq; exercitus uictoriã/reditũ domũ in patriã, ad parentes, liberos, coniuges, penatésq; Deos, Adéo celsus hæc corpore, uultúq; ita lęto, ut uicisse iam crederes, dicebat, Instruit deinde primos pedites, scloponarios, post eos scorpionarios, ac sagittarios cũ funditoribus/hastatis Illyricis/ Cũ Epiroticis permixtis/postremã aciẽ clausit/non cõfertas autẽ cohortes ante sua quenq; signa instruebat, Sed manipulos aliquantũ inter se distãtes ut esset spatiũ, quo cathafracti hostiũ eqtes, & grauis armaturę accepti nihil ordines turbarent, Regẽ cũ Appulo & Italico equitatu á sinistro cornu, Mosen / Giurizamq. a dextero opposuit/ uias patentes inter manipulos antesignariorũ Dibranis suis, & Macedonicis (ea leuis armatura erat) cõpleuit. Dato ꝑcepto, ut ad impetũ Gallorũ equitũ & chathafractorũ, aut post rectos refugerẽt ordines, aut in dexterã, leuãq. discursu applicantes se antesignanis uiã qua irruerẽt in ancipitia pila/& tela/gallico equitatui, & hostili equiti grauis armaturę darẽt/Comes Iacobus ad terrorẽ primũ torméta sup currus/& quadrigas imposita instruxit/Dehĩc sclopos/ scorpionariósq;/ac pedites longis hastę ꝑmixtos, In secunda uero acie Appulos/modico interuallo relicto/subsidiariã aciẽ/auxilia Ligurũ/Brutiorũq. militũ instruit, Equitatũ etiã iꝑm circundedit cornibus, Dexterũ Galli/sinistrũ Itali tenuerũt/Varia hinc/& inde exhortatio/ in utróq; exercitu erat/inter tot homines/ꝗbus nõ lingua una/nõ mores/nõ lex/nõ arma, nõ uestitus, habitúsq; nõ causa militãdi eadẽ esset/Auxiliaribus & præsens/ & multiplicata merces ex pręda ostentatur. Galli proprio/atq; insito in Italos odio accendunt̃/Liguribus cãpi uberes Italię/deductis ex asperibus montibus in spem uictoriæ ostentant̃/Aliis alię spes/ac metus iactantur, Appulis mœnia patriæ/Dii penates/sepulchra maiorũ/liberi/cũ parentibus/cõiuges pauidę/aut excidiũ serui/

tiumq./aut uictoriā/ & Appuliæ imperium/nihil aut in metū/aut in ſpem/mediū oſtentatur, Cum maxime hęc Impatores/& Duces exercitus hincinde ſuaꝝ quiſq; gentiū ad ſuos milites agerēt/tubæ cornuáq; ab Albanis cecinerunt, tantúſq; clamor ſimul ortus eſt, & pariter uno eodemq. impetu/atq; uelocitate in hoſtes cōcurſum, ut citius primā aciē oppreſſerunt/q̄ hi tormēta expedire ſua potuerint. (Celeritas.n.q̄plurimū in re bellica ualet, ſępenumero cōſiliū præuertit/ordinēq. diſturbat atq; cōfundit). Nā equi tormentoꝝ tanto ſunt terrore pculſi, ut in ſuos ſiniſtro maxime cornu cōuerterent, Italis addidit facile Moſes & Giuriza pculſis terrorē/nudauerūtq. ab ea parte aciē equeſtri auxilio/Pauci tñ equoꝝ cū tormētis in hoſtē acti iter ſcloponarioꝝ ſcorpionarioꝝ & peditū ordines/multis acceptis uulnerib⁹, ingentē ſuoꝝ ſtragē edebāt. Nāq. dextero cornu ipſoꝝ Galloꝝ equites in fugā uerterūt, Rex Ferdinandus, ut turbatos uidit hoſtes/addit pulſis terrorē/utrinq; eqte nudata erat Appula acies, cū pedes cōcurrit, nec ſpe nec uiribus par, Igitur p̄ impetu extēplo mouere loco hoſtiū aciē Albani. Ala deinde/& umbonibus pulſantes in ſummotos gradu illato aliq̄tū ſpacii uelut/nullo reſiſtente inceſſere/urgentibus & nouiſſimis primos. Vt ſemel motā aciē ſenſere quod ipm uim magnā ad pellendum hoſtē addebat, apud hoſtes auxiliares cedētes ſecunda acies Appuli/& Ligures/adēo nō ſuſtinebant, ut cōtra etiā ne reſiſtentes ptinaciter primos/cedendo ad ſe pueniret hoſtis, pedē referret. Igit', auxiliares terga dant repente, & in ſuos uerſi partim refugere in ſecundā aciem, partim nō recipientes cedere/uti pauloante nō adiuti & tunc excluſi/& propé duo iam pmixta prælia erant/Cū Appuli ſimul cū hoſtibus ſimul cū ſuis cogerentur cōſerere manus, nō tamē ita pculſos/iratóſq; in aciē accepe, Sed denſatis ordinibus in cornua uacuūq. circa campū/extra præliū eiecere pauidos fuga/uulneribúſq; milites/ne certā, & integrā aciē miſcerēt, Cętera tanta/ſtrage hominū armoꝝq. locum in quo ſteterāt ante auxiliares cōpleuerāt, ut propé difficilior trāſitus eſſet, q̄ per cōfertiſſimos hoſtes fuerat, Itáq; qui primi fuerunt haſtati p tumulos corpoꝝ armoꝝq./& tabem ſanguinis/qua quiſq; poterat ſequētes hoſtem & ſigna/& ordines/confuderūt/Scorpionarioꝝ ſagittarioꝝq. ſigna fluctuare cęperant/uagā ante ſe cernētes aciē/Quod Scāderbegus ubi uidit receptui properé canere haſtatis iuſſit, & ſauciis in poſtremā aciem ſubductis ſcorpionarios ſagittarióſq; in cornua inducit/ Quo tutior firmiórq; media haſtatoꝝ acies eſſet/Ita nouū de itegro pręliū ortū eſt/pugna atrox/& pręliū utrinq; maximū fit/Cadunt nō rari, ex utraq; parte certamen in integrū diē protrahit'/mars fluctuat, uictoria modo hinc/modo inde flectit', Quippe ad ueros hoſtes pruentū erat & armoꝝ genere/& uſu militię, & fama reꝝ geſtaꝝ/& magnitudine uel ſpei/uel piculi pares, ſed numero Scāderbeganus ſupior erat, & animo, quod iā eqtes leuis armaturę, Iam Cathafractos fuderat/iam prima acie pulſa in ſecunda pugnabat/in tpe Moſes/& Giuriza pulſos per aliquantū ſpacii ſecuti equites/reuertentis in aduerſam hoſtiū aciē/ incurrere. Is demū equitū impetus pculit hoſtē/ multi circūuenti unáue cęſi per patentē circa campū fuga ſparſi/obſidente omnia equitatu/paſſim interierūt, Appulū ſociorūq; cęſa eo die ſupra quattuor milia, mille fermé uiri ca/

pti ſunt/Cũ ſignis.XXV,militaribus,Victores ad mille cecidere.Comes Iacobus cũ duce Ioãne paucis equitibus inter tumultũ elapſus pfugit/ Omnia/& in prælio & ante pręliũ priuſq̃ excederet pugna expertus,& cõfeſſione etiã Scãderbegi omniúmq; peritoꝝ militiæ illã laudẽ adeptus/ſingulari arte/aciẽ eo die inſtruxiſſe uiſus eſt tormẽta enim in prima fronte poſita quoꝝ fortuitus impetus/atq; intollerabilis uis.ſigna ſequi iuſſa & ſeruare ordines in quo plurimũ ſpei ponerẽt,Albanos & Epirotas phiberet/ Deinde auxiliares ante galloꝝ aciẽ collocati ne hoies mixti ex colluuiõe omniũ gentiũ,quos nõ fides teneret/Sed merces/liberꝝ receptũ fugæ haberẽt/ſimul primũ hoſtium excipientes impetũ illos fatigarent/ac ſi nihil aliud/ alii miſſilibus/alii uulneribus ſuis ferrũ hoſtium hębetarẽt,Tum ubi oís ſpes eſſet milites Gallos Brutióſq; fuiſſe collocatos ut omnibus rebus aliis pares/eo q; integri cũ feſſis/ac ſauciis pugnarẽt/ſupiores eſſent/Appulos interuallo quóq; diremptos/incertos ſocii/an hoſtes eſſent in poſtremã aciem ſummotos/Hoc edito uelut ultimo uirtutis ope/Comes Iacobus cũ pfugiſſet incognitus erránſq; hincinde per Italiã uiliſſimo indutus habitu latitauit/donec à Frãciſco Sforcia Mediolanenſiũ Duce dolis atq; blandiciis pellectus falſíſq; deceptus nuptiis / eius gener factus, móxq; ad Ferdinandũ regẽ tãq̃ amicus miſſus ab eo necatus diem ſuũ obiit.Dux uero Ioãnes à regiis & Scãderbeganis militibus pſecutus Troiã uix aufugit/qui p funẽ tractus in urbẽ exceptus eſt/Indéq; latẽter noctu ad mare ligurticũ ſeſe proripiẽs nauimq; cõſcendẽs iteꝝ in Galliã reuerſus eſt,Scãderbegus cõfeſtim expugnatis hoſtiũ caſtris direptiſq; cũ ingenti pręda Neapolim uná cũ rege Ferdinãdo clariſſimo triũpho inuectus eſt/Deductis in triũpho captiuis/Tum patuere facta gratulatiõe oia in urbe tẽpla/Supplicatiões decretæ/ludi cuiuſlibet generis & cõuiuia publice p urbẽ/undíq; triduo cęlebrata ſunt,His itáq; editis pfligato hoſte/ De illóq; uictoria fęliciſſime potita/decreuit Ferdinandus ſimul cũ Albano principe inſtructis copiis oibus uniuerſum regnũ Appuliæ/Calabriæ/ac Siciliæ obequitare/ac pluſtrare/Quo urbes ciuitates/oppida, & loca omnia quæ ad hoſtẽ iã defecerant uẽdicaret recuperarétq;,Hoc facto oia breui in fidẽ Caſtrioti recepta ſunt, & in poteſtatẽ regis redacta/Nã ii oẽs Scãderbegi fidẽ/magiſq̃ regiã ſunt ſequuti/ uerebant.n.in ditionẽ regis uenire & fidei ſuæ ſeſe cõmittere, Timebãt nánq; eũ, ne ppter rebellionẽ,quã fecerãt,& uiolatã regi fidem ſe omnino perditũ ire.Veꝝ Scãderbego fidebant/q; ſi ipſe fidẽ ſuã/publicámq; tũ de eoꝝ ſalute/tũ liberoꝝ ac bonoꝝ ſuoꝝ promitteret ne quicq̃ mali ſibi euenturũ eſſe/ſed à Rege ſalutẽ incolumitatẽ ſuã/ſuorũq; omniũ necnõ impunitatẽ/ac indẽnitatẽ penitus cõſecuturos ſperare,Quapp ſic oia à Scãderbego regi recepta/ac breui uniuerſum regnum eſt recuperatũ.Veꝝ unũ tm̃mõ expediendũ in puincia ſuperat,quod à Scãderbego pfacile admodũ expeditum fuit,In urbe.n.Trani Siculus qdã Fuſianus noie erat, uir ſtrenuus atq; bellicoſus,quẽ rex Ferdinandus iãpridẽ añq̃ Galli in Appuliã irruiſſent,cũ pſidio ibidẽ miſerat,copiiſq; pfecerat,Qui dũ uniuerſa puincia incendio,gallicóq; tumultu ęſtuaret/arderétq; libertatẽ in urbe occupauit/& tãq̃ tyrannus i ea factus eſt,putãs regẽ,qui iã à Gallis é regno ferẽ deiectus fuerat,amplius

impiũ in ea/neq; potestatẽ uẽdicatur, Ad quẽ maxima ex omni colluuiõe manus cõfluxerat/quotidiéq; cõfluebat ob pdæ cupiditatẽ/& dulcedinẽ/quã cõtinue per puinciã agebat/Quæ oia quũ Scãderbegi aures pulsassent/cõmunicata re cũ Ferdinando rege, ipse relicto eo/Cum Italico exercitu in cãpo, modica tm̃ suor manu delecta, Ad Fusianũ pficiscit/qui quũ Scãderbegũ ad se euntẽ uidisset, ei occurrit/Et uterq; aciẽ egressi, ex equis desiliẽtes, remotis hincinde pari spacio/& interuallo militibus/ad inuicẽ colloquẽdũ cõgressi sunt/Scãderbegus uero prior sic illũ breuibus alloquit, Fusiane uir egregie/& pstãs/nõ dubito qn ad aures tuas iã puenerit, pfligato cæsóq; gallor exercitu/oia in regis potestatẽ puenisse/Tu tm̃ solus (nescio.n.quo spũ/qua mente ductus) ab eo tã alienatus est, ut regię potestati ac uoluntati resistere uidearis, qui iã/& amicus eius/& pfectus eras, qd nõ possum nõ sũmope admirari, Sed mi Fusiane si audieris me/pfecto multa tibi bona/& cõmoda cõseq poteris/Nã si tu iter in regis amicitiã/& beniuolentiã redire uolueris/qd oino (si tibi mens sana) faciũdũ est/honores dignitates/pfecturas (me duce & auctore) tibi à rege nõ defuturas pmitto/dũmõ urbẽ Trani cũ eius arce ĩ regiã potestatẽ tradas, Sinaũt alia mens/aliũsq; animus est, tibi tãq̃ hosti & inimico regis bellũ indico, atq; ppono/Cuius pfecto irã atq; ĩdignationẽ q̃ pacto te effugere possis nõ uideo, At Fusianus/qui aura populari/& fortunę afflatu elatus/insolens/atq; audax factus fuerat, Scãderbego rndisse/dixisséq; fert/Non prius se dimissurũ regi urbis Trani possessionẽ/q̃ ab ipso oia & integra stipẽdia cõsequeret/quæ a tpe die & hora aduẽtus ad illũ sui hucusq; cũ eo meruerat, Præterea primã post regẽ pfecturã/pter hæc alias quóq; cõditiões regi potius imponere, q̃ ab eo petere uolebat, Quæ oia tũ cõtra honorẽ/regisq; decorẽ/tum Scãderbegi dignitatẽ erãt, Et tandẽ ipse multis cõuitiis obprobriis/atq; cõtumeliis/tã in regẽ q̃ in reginã/prupit/Quæ q̃q̃ oia Scãderbegus egreferret cõcoquere illa nõ ualens, ira atq; indignatiõe ualde cõmotus/manus in eũ iniiciẽs apprehẽdit/Ad quẽ Scãderbegani milites cõfestim cõuolantes sine motu/& resistentia Fusianor ĩ uincula cõiecerũt/secũq. abstulerũt/Qui quũ se captiuũ Scãderbegi esse pspexisset, ueritus ne ĩ manus regis traderet statim à Scãderbego cõditiões petit/dixitq; si ab eo libertatẽ/& incolumitatẽ cõsecutus fuisset/Vrbẽ Trani cũ eius arce libere/& expedite in potestatẽ ei daturum, Quo facto & fide data ingressus Scanderbegus cũ copiis suis quiete pacificéq; in urbẽ/capta eius possessione impositóq; ibidẽ psidio firmissimo, Fusianũ à uinculis solutum libertati tradidit atq; cõcessit, Qui cũ omni suppellectili/& familia sua nauim ascendẽs magno cũ honore atq; beniuolentia à Scãderbego discedẽs è portu Trani in Siciliã adnauigauit/Castriotus uero uictor regis exercitui cõiunctus est, Postq̃ igit oia in regis ditionẽ & potestatẽ uenere, & uniuersum regnũ/ac imperiũ paccatũ tranqllũq. effectũ/& ois timor/& tumultus in puincia sedatus est/Rex cũ Scãderbego imposito ubiq; locor firmissimo psidio/Ouãtes posthac ad regiã urbẽ ambo reuersi sunt, Interea oratores Pii ponti. Ducis Mediolani/ac omniũ feré Italię principũ/Cũ ingẽti gratulatiõe maximísq; donis/ac muneribus ad regẽ Ferdinandũ/& Scãderbegũ puenere, Verũenimuero/prius Pont. Sũmus longe maiora

Att. Ingressum Scãderbegi cum regei Neapolim cũ triũpho potita uictoria: & recupata uniuersa prouincia ĩ fide Scanderbegi. Gratulationem omniũ fere xpianor pncipũ ad eos: remunerationẽ & pmia regis: in Scãderbegũ & milites eiʼ. Abscessum Castrioti ex Appulia & eiʼ psperã nauigationem in Epirum.

lica/pro patrię ſalute,pro Scanderbegi incolumitate omni ingenio/totíſq; uiribus ꝓſequendũ,in turcaica caſtra fortiter & intrepide irruendũ/Scãderbegũ principẽ ducẽ auctorẽ parentẽ, & patriæ omniũq. protectorẽ unanimiter ſequendũ/eiq; in omnibus parendũ.Itáq; cuncti ſeſe cũ omnibus copiis & exercitu ſuo in Scanderbegi fidẽ/& arbitriũ cõmiſerũt/tradiderũtq..Statuto igit̃ ꝑfixóq; ordine/ut q̃maximus atq; ualidiſſimus exercitus undiq; cogeret̃.Scãderbeg interim dũ hæc geruntur cõmunicata re cũ paucis ſine mora ſagulo gregali/& uiliſſimo admodũ habitũ indutus ad urbẽ Romanã pro ope/& auxilio à ſũmo Principe patruũq. collegio implorãdo ꝓfectus eſt.Erat.n.eo tpe Paulus.ii.Pont.max.Qui cũ Scãderbegũ uidiſſet ob eius celebre nomen/uiriq; præſentiã & auctoritatẽ hilari perbenignóq; uultu illũ ſuſcepit/doniſq; & honore maximo ꝓſequtus eſt.Quẽ cũ in Conciſtorio (ſic.n.patrũ collegiũ uocant) adduxiſſet/Scãderbeg corã eis ita cõcionatus eſt.

Oratio Caſtrioti coram Paulo Sũmo Põtifice/uniuerſoq. cardinalium collegio.

QVIS unq̃ mortaliũ Romane Prę ſul maxime atq; ſanctiſſime/Reuerẽdiſſimi/Ampliſſimiq; Patres nõ lingua dicã exprimere/ſed ne animo qdẽ cõcipere poſſet loci huius & ſedis ſacratiſſimę,in qua ſtatis celſitudinẽ/& ſublimitatẽ/Cuius nulla pars eſt,nullus angulus, quin totus ſanctitate/diuinitate plenus undiq; reſplẽdeat atq; refulgeat.Vbi primũ Petrus ille beatiſſimus/Sanctiſſimuſq. xp̃i uicarius/ubi Paulus doctor egregius uas electõis/atq; totius orbis/& xp̃ianę religiõis buccinator,Vbi tot uiri Sanctiſſimi p̃ſules & pr̃es integerrimi diuinitus miſſi cęlibẽ/& diuinã uitã traduxerunt.Vbi tot Reges/ & Principes inuictiſſimi,glorioſiſſimiq; cõmorati ſunt.Qui omni ſanctitate/omni uirtute p̃diti/omni ſcientia referti mundũ totũ fidẽq. catholicã erexerũt/decorarũt/ illuſtrarũt/Quibus tu poſtmodũ Romane Antiſtes ſanctiſſime ad hoc dignitatis faſtigiũ natus magis/q̃ ullo mortaliũ iudicio uel cõſenſu electus diuino quidẽ nutu.hac ętate tã aurea/tã fęlici ſucceſſiſti/qui totius fidei & relligiõis noſtræ ſummũ lumẽ eſſes/ſummũ decus ſũmus ſplendor/qui xp̃ianũ nomẽ uel ad ultimas terras trãſferres/& ab omni barbarica rabie uẽdicares. Magna ꝓfecto fuit expectatio iãpridẽ Pater Beatiſſime/uel animi/uel ingenii tui/q̃ nõ ut ęques mõ/ſed longe quóq; ſupes oĩa.Habes ex uoto inocentiã uitę/Sapiẽtię/atq; cõſilii magnitudinẽ/naturæ liberalitatẽ/Experientiã rerũ/ Quis in uniuerſa natura/in qua qcqd eſt neruorũ/qcqd admirãdi/ita es undecũq. cõplexus,habéſq; in manu/ut liceat ſemp ex te tãq̃ ex theſauro aliquo depromere,fœlicem me igit̃/qui te hodie intueor / Alloquor admiror,quo nihil poterat iucundius mihi/nil optabilius cõtingere in uniuerſa uita. Sed fœlicioré plané Romanã rem publicã,quę principẽ te,paſtorẽq. ſuũ ſentit/expit̃/fruit̃.Quo melioré/dignioré q. alium optare nõ potuiſſet/ne dũ inuenire.Cuius an grauitatẽ magis admireris/an pietatẽ in oẽs amplectaris,an maieſtatẽ atq; eloquentiã obſtupeſcas neſcias pené/ Qui(ut uno uerbo oĩa ꝓſtringã)nulla re alia magis eminet/q̃ uirtutũ omniũ excellentia/Qui omniũ maiorũ ſuorũ/& ſupiorũ principũ gloriã nõ ęquaturus ſolũ,uerũ uno oĩum iudicio ſic ſupaturus/longéq; à tergo relicturus.Gaudeat ꝓinde/& exultet quicqd eſt uſq̃ xp̃iani noĩs/uel ſplendoris/Lætent̃ gẽtes/populi oẽs.Iubilet Dei eccleſia pené afflicta,quæ per te ſit ſpiritũ/& ſanguinẽ receptura.Nihil iã timeat/

tuta quoſq; pelagi ęſtus/hilaris cuncta ęquoris diſcrimina cõtẽnat. Petri nauicula te rectorẽ/te gubernatorẽ nacta/Qui xp̃i fidẽ,& euãgeliũ ſemp augere amplificaréq; ſtudes, Qui unus & paſtor optimus/ & Antiſtes ſapiẽtiſſimus nõ ſolum ſuper oues/& gregẽ tibi à deo cõmiſſum exactiſſime oẽm curã ac ſollicitudinẽ imptiris/ ſed alienas quóq; ouiculas errãtes/uagas/diſperſas in tuũ ouile,& eccleſię gremiũ reducere/ac cõgregare die/noctúq; inuigilas atq; inſudas. Bone Deus cur mihi nõ adeſt tm̃ eloquẽtię/ea dicẽdi uis, qua poſſem uirtutes tuas omni laude maiores/nõ pro merito dixerim recenſere, ſed ſaltẽ nõ minores efficere/Et ſi nõ debitũ perſoluere, huic tm̃ meę tantę/tãq; ſuauiſſimę ſiti potũ aliquẽ afferre. Sed & ſi poſſem Pater Beatiſſime/nõ eſt integrũ hodie mihi p hos rerũ tumultus/ p tot maxima diſcrimina, In quo neſcio quo fato cũ gẽtibus/& populis meis ſum unus omniũ maxime cõiectus atq; imerſus. Non pmittit/nõ patit̃ Meumethes turcarũ Princeps ille truculentiſſimus me uobiſcũ diutius cõmorari Patres ſanctiſſimi/uos cõtemplari/ uos admirari Principes meos/Deos terrariũ/ac mũdi totius luminaria, qui maiorũ ſuorũ ueſtigia ſequtus, ac ſpurciſſimę illius Macomethanę ſectę nephãdus pfeſſor/ & ppagator/Veſtrũ ouile quottidie inuadit/pſequit̃/diſſipat, Et nõ cõtentus malis/Cędibus & rapinis, qbus in Aſia uſus eſt, nõ ſaciatus xp̃iano ſanguine/quẽ nup tm̃ in Europa fudit, ut totã infecerit/polluerit/cõtaminauerit,& xp̃i nomẽ ppha nauerit/ſed nũc me, gentẽq. meã tãq̃ hoc ultimũ certamẽ relictũ ſibi euertere atq; de medio tollere conat̃. Cui niſi repẽte (Quæ tua Sanctitas eſt/atq; clemẽtia) occurras/obſiſtas/Tu tu Principum xp̃ianorũ Pater, Iubar atq; Sydus radiantiſſimũ actũ eſt de re omni, Actũ de impio meo, quippe populus Epiroticus tot bellis/tot cladibus exhauſtus iã corruit/iã defecit. Huc igit̃ ego cõceſſi Patres Sanctiſſimi, ad uos ipſe cõfugi, domi incendiũ maximũ reliqui, hoſtẽ in ipſis ueſtibulis/qui nõ tm̃ gentẽ meã/& regionẽ oẽm aſſidue diſſipat/euertit/depopulat̃/in ſeruiturẽ trahit, ſed & ciuitatẽ ipſam meã Croiã prouinciæ robur atq; caput iãdiu inumero milite obſidet. Neq; hãc obſidionẽ deſerẽdã ppoſuit ſibi/añq̃ urbe ipſa aliquo modo potiat̃/Et potiet̃ (uereor) ni ſublimitas tua ſuccurrat atq; ſubueniat. Ita oppidanos in rerũ omniũ neceſſitatẽ,& ultimũ diſcrimen adduxit. Cõſulti igit̃ Patres optimi atq; Sanctiſſimi (quęſo) dũ tẽpus patit̃, Proſpicite/atq; opportune puidete mihi. Cohibẽdus eſt.n.impetus/& ius nephãdiſſimi Tyrãni/Reprimẽdus eius furor/atq; uiolẽtia/qui intantũ excreuit/atq; inualuit/ut iã iã extrema oia xp̃ianæ rei pub.ac Dei eccleſię/& orthodoxe fidei audeat minitari. Sed qd amplius (proh dolor) qd peius? qd durius expectemus? Edidit iã in xp̃ianũ populũ, edidit in gregẽ tuũ oia crudelitatis exẽpla, prophanauit ita iã fędauit, omniq; ludibrio habuit (pudeat deorũ hominũq.) fidẽ, relligionẽq. ueſtrã/ut nõ minus moleſtũ mihi ſit dicere q̃ uobis turpe audire. Videtis/Ecce ingentis cuiuſdã mali, nõ ſuſpitionẽ modo, ſed apertã ſpecię obuerſari ante oculos omniũ. Videtis Patres ampliſſimi Aſiam ferẽ oẽm huic nephãdo/ſpurciſſimóq; hoſti ſubiectã/Gręcos quaſi cunctos ab eo exterminatos. Raſcianos Principes/Triballos/ & Thraces euerſos. Illyricos pdomitos/ Pelopõneſum ſubactũ. Magnã Macedonię/atq; Epiri partẽ direptam/ incenſam/

deuastatã/Vnus ego supsum Pater Beatissime cũ pusillo/& tenui impio cũ militi bus meis,adéo tot prœliis attritus/ tot certaminibus exhaustus, ut nihil iam integri sit in corpore ad noua uulnera accipiẽda,Neq; qcq̃ supsit sanguinis quod dar amplius pro xpiana republica possit. Hoc est relliquiaꝝ ex tot principibus/tot du cibus in feraci Macedonia illa regũ altrice , quod nunc pfidus Barbarus iste totis uiribus/arte/ingenio perdere/atq; delere cõtendit.Iam memini ignotũ,nemini du biũ est.Audisti Antistes sanctissime/Audistis pres relligiosissimi/ Quot bella/quot expeditiões cũ pfida gente ista maiores mei tot armis gesserint,Quibus ego post/ modũ ordine naturæ,diuino tamẽ pseruatus auxilio in regno succedẽs nullũ unq̃ tẽpus,nullum diẽ quieti,aut ocio mihi concedere potui,sed cũ pphana gente bella maxima semp pertractaui,psertim cũ rabidissimo/& truculentissimo Meumethe isto,qui iã tot malis rem meã/ tot cladibus affecit/ ut nihil reliquũ supsit mihi,nisi (proh pudor) herbã uictori (ut aiũt) clare.Restiti hucusq; reluctatus sum,& di/ uina ope adiutus semp feré incolumis/atq; uictor euasi.Sed nunc tot malis tã prę teritis q̃ instantibus fessus,tot certaminibus exhaustus/tot ducibus amissis/tot po pulis/uiribus adéo exinanitus sum,ut nihil feré præter animos feroces ex antiqua fortuna supsit.Et Barbarus iste (sic forte petatis nostris exposcẽtibus)supraq̃ dici possit suas uires auxit/imperiumq̃. suũ ampliauit.Propterea mũdi totius iubar,ac xpianę relligionis decus splendidissimũ ad tuæ Maiestatis pedes supplex , & qua decet ueneratione cõfugio,tuũ numen inuoco/opẽ/& auxiliũ imploro.Descendas iã.P.San.puideas/quo his tot procellis,& bellorꝝ turbinibus obsistere,Easq̃.nõ ita certo periculo uitæ,ac rerꝝ mearꝝ dispẽdio pferre queã, Fidẽq̃. uestrã sanctissimã, Sanctissimi inq̃ patres cõtra uim/& impetũ huius ĩmanissimi tyrãni protegã/atq; defendã,pro qua & usq; in præsentẽ diẽ omnia extrema sum perpessus, Et impo/ sterũ/me deuoui/neq; ullum mortis/uel periculi est genus,quod pro quocunq; ue/ strum cõmodo/& dignitate in aliquo nitæ meæ tempore subterfugiam.

POstq̃ Scanderbeg orandi finẽ fecit/tanto fauore ab omnibus est exceptus tã li/ beraliter/& honorifice habitus/ut q̃celeriter expeditus quicqd à Sũmo Pontifice, patribũsq; petierat pfacile impetrauerit,& ei q̃liberaliter sit cõcessum.Qui maxi/ mis etiã muneribus/& pmiis donatus,maximo auri/argẽtiq; pondere/grãdiq; pe/ cunia cumulatus lętus alacerq̃. inde discedens in Epirꝝ ad suos reuersus est. Cæterꝝ anteq̃ ulterius pgrediamur,Describẽdus mihi uidetur esse locus/quo Ballabani ca stra posita erant,quo res negociũq̃. nostrũ melius pcipi possit,& oculis legentium subiiciatur. Diximus.n.iã Croiã Epiri urbẽ esse,in cãpis Aemathiæ positã,in alta saxi crepidine / & undiq; præcipiti,nisi tantũ ab una parte,qua uix accessibilis/& peruia est/à monte Cruinio abscisa,qui ei adiacẽs eum quasi supeminere uidetur, Qui quidẽ in longũ ptendit/& ab ea parte qua urbis arx est in Cliuũ sese exten/ dens paulatim descẽdit/ & plures tumulos/siue coles facit/Vbi Ballabanus castris suis loca occupauerat,ibiq; totã sui exercitus molẽ redegerat,& urbem dura obsi/ dione pmebat/Montẽq; Cruinũ occupauerat,sup quẽ præsidiũ suũ collocauerat. Verum omisso hic parumper Ballabano ad principem Scãderbegum redeamus.

Reuersio epi reñ. ex urbe.
Descriptio Croiæ.
Delect⁹ exercitus Scãderbegi, & uictoria ei⁹ cõtra Ballabanum.
Desperatio Ballabani.
Cõgresi⁹ ei⁹ cũ Croiẽsib⁹
Mors Ballabani.
Fuga ei⁹ exercitus.
Ingressi⁹ Scãderbegi ĩ regiã urbẽ Croiæ cũ triumpho, & aduẽtus nuncioꝝ barbari exercitus ad Scãderbegũ.

Qui postq̃ ex urbe reuersus est maximũ undíq; exercitũ/ingentésq; copias atq; ua lidas in unũ cõtraxerat. Venerãt nãq; ad eũ Reguli oẽs cõfęderati/& circũuicini/ cõfluxerãt,quottidiéq; cõfluebãt oẽs populi tã ex Epiro/& Macedonia,q̃ ex Illy/ rico/& Dalmatia, Ita ut nunq̃ antea neq; maior exercitus,neq; ex ualidioribus/pu gnatioribúsq; ab eo coactus est, Quem Scãderbegus in duo diuiserat. Quoꝝ alteri Lechã Duchainũ regulũ pfecerat,uiꝝ nõ minus reꝝ bellicaꝝ peritissimũ q̃ fortu/ natissimũ. Alteri uero Nicolaũ Monetã Nbilem Scodrensem uiꝝ acerrimũ, Qui ex Lyſſo per campos Aemathios/& syluã Ionimoꝝ copias ductitantes hostẽ ab eo latere aggrederent. Ipse uero cũ reliquo armatoꝝ robore tã equitũ q̃ peditũ mon tem Cruinũ uersus ex alio latere adoriret/ Quo Ballabanus fortissimũ/munitissi/ mũq. præsidiũ (ut diximus) locauerat. Hoc cõstituto/sicq; copiis dispositis in ho/ stem primus progressus est/Qui cũ ad montẽ Cruinũ cũ exercitu pueniſſet, illico nunciatũ est ei / Ionimã fratrẽ Ballabani cũ præclara turcaꝝ manu ad fratrẽ con/ tendere/ut se illi cõiungeret. Qui (ut fama erat) iam montẽ Bulgari superauerat. Quo audito Scanderbeg sine mora electo flore, & robore militũ,relictóq; ibi reli quo exercitu per totã noctẽ ad Ionimã summa celeritate perrexit,eũq; de impro/ uiso aggressus fudit atq; dissipauit/uiuũq. cũ Heder filio suo cępit. Indéq; p noctẽ eadem celeritate in castra sua uictor reuersus est. Mane uero Ionimã cũ eius filio iunctũ in cõspectu fratris adductũ ostendit. Dehinc monte Cruino deturbato ho/ stiũ pręsidio potitus in eius summitate uictor euasit. Quo cognito Ballabanus de/ sperata iã uictoria de Scãderbego/à quo totiẽs fugatus fususq; fuerat/Ira/atq; fu/ rore plenus/stimulis martis agitatus similis furibũdo,& insanienti citato equo cũ aliqbus militibus ad mœnia usq;/& portã urbis Croię euectus est. Qui cũ à Croien sibus & oppidanis multis pmissis/& pollicitationibus urbẽ in deditionẽ petere cõ/ tenderet. Erũpẽtes oppidani/& Croienses maxima ui/& impetu eũ adorti in fugã cõuerterũt/Quẽ quidã etiã ex Croiensibus Georgius Alexius nomine/Vir Epiro/ ticus ictu sclopi lętaliter in guture pcussum trãstixit. Qui in castra equo reuectus exanimis mortuúsq; ante tabernaculũ suũ pronus in terrã corruit, Quo mortuo p omnia castra tumultuatũ est. Barbari uero priuati suo duce/& pręfecto nocte illa, quæ diẽ insecuta est destituta urbis Croię obsidiõe mœsto admodũ silentio disceſſe runt. Qui ad locũ/qui tyrãna dicitur octo feré milibus passuũ ab urbe distantẽ ca strametati sunt. Veꝝ Scãderbegus cũ ad Barbaroꝝ castra exorto iam die ueniret/ Ea uacua atq; deserta repit/ubi multa impedimẽta/sarcinulas/& cõmeatũ abunde relictũ inuenit. Postq̃ uero obsidio dissoluta/& urbs Croiæ liberata est, Scãderbeg uictor de hoste triũphãs cũ ingenti gaudio/& gloria urbẽ ingressus est/Qui oppi/ danos oẽs & Croienses publice de fortitudine/fide/& cõstantia plurimũ cõmẽdãs maximis muneribus,& præmiis donauit. Interim uero duo equites ex castris Bar baroꝝ,qui in tyrãna castrametati erant ad Scãderbegũ uenerũt. Qui à Ducibus/ & castroꝝ præfectis missi erant/ut his relictis castris/equis/ & impedimentis,uita tm̃mõ supstite abire concederetur/ Timebant enim ne Scãderbegus eis transitus/ & itinera/qua transituri erant occludi faceret/quo oẽs trucidarent. Ex quo statim

Scanderbeg omnes principes/& milites ſuos in concionē aduocauit/ut quid ſuper hoc faciendū eſſet, decernerēt/& ſua capita proferrent. Qui omnes pariter hoſtem aggrediendum, & cū eo acerrime dimicandum exclamauerunt. Verū Scandebeg eos ſic breuibus allocutus eſt.

NOVI Iampridē uiri fortiſſimi/& Cōmilitones mei uirtutē/Noui ſatis fortitudinem/& conſtantiā ueſtrā, qua ſemper barbarū acriter perteruiſtis/debellaſtis/in fugam cōuertiſtis/Neq; uereor hodie uobis animū deeſſe hunc quóq; hoſtem, quē in conſpectu habemus expugnatum à uobis profligatūq; iri, Sed animaduertendum eſt milites optimi animo ſępius reuoluendū ſapientis illud, In trāquillo tempeſtatē aduerſam optare demētis eſſe / Sanioris uero qua uis ratione ei occurrere cū tempus/aut neceſſitas urget, Deus cęlitus nobis uictoriā ſine ferro/ſine pugna/ſine cæde demiſit. Vrbs ab obſidione liberata eſt. Ballabanus hoſtis noſter, qui tot mala edidit, & indies minabatur nobis extinctus eſt. Exercitus eius fugā arripuit, Sumus in pace/Sumus in quiete/omnia arrident. Cur bellū quæramus? Cur aduerſam exoptemus tempeſtatem? Cur fortunā cęcam/& incertam tentemus? Noſtis enim Milites q̄ineme̅dabilis q̄ incorrigibilis ſit martis error. Nā aliis in rebus ſiquidē erratū eſt quidpiā corripi tamen/emendariq; poteſt, At uero poſt prælioꝝ delicta locus emendationi minime cōceditur, Ex quo ueteres illi Duces glorioſiſſimi nō tā numeroſos exercitus/q̄ armis eruditos eſſe uoluerūt. Dubius enim eſt pugnæ euentus/incerti belloꝝ exitus, qui nō in manu noſtra, ſed fortunę magis repoſitus eſt. Hoſtis ſemp timēdus eſt/nunq̄ paruipendendus aduerſarius/nūq̄ cōtemnendus, Quin et poſt conſumatū bellum/poſt conſequutā uictoriā nō minori/q̄ in principio diligentia utendū eſt. Neq; unq̄ cū hoſte temere confligendū/aut pugnādum. Quare ſi nos bellū cū hoſte hoc, quē in oculis habemus experiri uoluerimus/ſi fortunā tentabimus, ſalutē, & rem noſtrā, quæ iam in tuto/& in portu eſt, in ſummo (quod abſit) diſcrimine, & periculo adducemus. Cohibete itáq; impetū iſtum/Inhibete animi feruorē/ſatis uictorię eſt adeptū/Multū iā de hoſte triūphauimus/cōtenti eſſe debetis tot cædibus/tot cladibus de hoſte ſumptis/ Tantiſq; afflatibus fortunæ, qua ſemp tam obſequenti uſi eſtis. Videtis prętera has barbaroꝝ copias innumeras/ac pené infinitas/néq; eſt hominū certe colluuies/ſed eximius flos atq; robur uniuerſi Meumethis exercitus / Viri electiſſimi/ fortiſſimiq; bello accincti atq; inſtructi/Neceſſitate prętera armati, quæ ultimum telum, ac maximum eſt. Nihil præter pugnā cupientes, quo uindinctam de morte Ballabani ductoris ſui, & aliquid præclari facinoris ad Ottomanum principem perferrant/atq; reportēt. Simulant enim Barbari (mihi credite) ſe nobis dedere uelle, fingūt timorē/& pauorem/ Noui cōmenta/& fallacias eoꝝ/ Noui inſidias/dolos/& fraudes in quibus maxime huiuſcemodi hominū genus ſemper uerſatur. Nihil profecto magis q̄ pugnandi copiā expetunt/q̄ ex nobis ultionē ſumere. Itáq; milites cauendum (ſi fieri poteſt) cū his bellum cōmittere/fortunā tentare. Sed age nihil ſit doli/nihil fraudis. Rabidi feré ſunt omnes, Spe omni deſtituti. Ignominie cladiſq; pleni/Omnia timentes nihil timēt. Nihil periculoſius/q̄ cū eis manus cōſerere/quibus una tantū

Oratio Epirēſis ad principes/ prę fectos/& uniuerſum exercitum.

Criminatio/ ſiue detractio eoꝝ in Scāderbegum.

ſalus eſt, nullam ſibi ſalutē ſperare. Audacter dimicat/qui nihil ſibi reliquit/nihil in ſpem ponit. Quid & ſi omnes illos uel deleamus/uel in fugā conuertamus/& nō ſit iſtud ipſum ſine malo ueſtro/ſine naufragio/ſine cruore/ſine uitæ diſpendio. Omnis ea uictoria eſt mihi luctuoſiſſima futura. Quas ob res Milites Amantiſſimi/Si me audieritis/ſi cōſilia mea capeſſeritis, profecto ſine pugna/ſine ferro eos ſuperabimus. Laborant enim Barbari rerꝫ omniū penuria, & maxime re frumentaria/ſine qua exercitus abſq; ferro uincitur. Occludamus uias/& itinera, ne quicq; ſubſidii/cōmeatuſúe quoquomodo ad eos perueniat. Nos interim urbem noſtram Croiæ fortiſſimo milite, omniq; præſidio cōmuniemus. Hi uero ſic occluſi/& obſeſſi fame teterrima omnino peribunt/& funditus ſine ferro/ſine pugna euertent. His à Scanderbego dictis militū animi oratione eius ſedari minime potuerunt/quin audatiores/ferocioréſq; in hoſtem effecti/magiſq; in furorem uerſi atq; magis elati/excitatiq; ſunt. A quibus ingens poſtea tumultus/ſtrepitus/& clamor undiq; exoritur, & per omnia caſtra exclamatum eſt, In hoſtem omnino fugientem, & iam iam profligatum intrepide eundum, & in eum acerrime irruendum. Nec Scanderbego principi, qui iam hoſtē timere oſtendit in hoc parendū eſſe/Quandoquidē ex acerrimo bellatore cunctator factus/Arma iuris ad arma natis/& arma frementibus uelit auferre, Et Imperator exercitui/non exercitus ipſi imperatori deſit. Quorum uis/& impetus uix à Ducibus/& caſtrorum præfectis inhiberi comprimiq; potuit/Quibus permiſſum eſt/ut cūprimū urbs Croiæ frumento/cōmearúq; communita fuiſſet, hoſtem ex animi ſententia inſequeretur/eiúſq; caſtra aggrederetur. Mandauerat autem Scanderbegus/ut tranſitus/uiæ/& itinera Barbaris occluderentur, ne pertranſire poſſent/néq; ad eos cōmeatus/aut ſubſidium aliquod comportaretur. Interea dum Scanderbegani milites triduo circa urbem cōmuniendam ſedulo inſtarent. Scanderbego nunciatur Barbaros, qui in Tyrāna caſtrametati fuerant extrema fame compulſos inde caſtra nocte illa ſigno ſecūdæ uigiliæ, per quod tēpus mortales ſomno altiſſimo premuntur clam amouiſſe, néq; tamen cuſtodias fallere potuiſſe, ſed maximā cū eis/atq; incolis pugnā cōmiſſam tandem ſibi ferro iter aperuiſſe, Ingenti tamen ſuorꝫ clade/& cede/& maxima impedimentorꝫ amiſſione diſceſſiſſe/Quo audito Scāderbegani milites locis omnibus fementes ægre tulerunt, & maxime de Scanderbego conqueſti omnē in eum culpam reiecerunt/q; Barbarus impune euaſiſſet/Quibus tandē multis illecebris, & donis placatis Scanderbeg uniuerſam obequitans prouinciam turcaica, & barbara præſidia, quæ illic aderant omnia aut cæpit/aut trucidauit. Poſtq; uero uniuerſa prouincia paccata/tranquilláq; reddita eſt. Scanderbeg ſociis multū collaudatis/muneribúſq; illis q;pluribus exhibitis omnes à ſe ſereno/hilariq; uultu dimiſit/Qui barbarorꝫ præda onuſti, læti/alacréſq; domū reuerſi ſunt. Ex quo inſignis ille annus/& lętus Scanderbeganis fuit.

# MARINI BARLETII DE GESTIS SCANDERBEGI LIBER TERTIVSDECIMVS ET VLTIMVS.

OMMISSA impręsentiaq; Scãderbegana re, quæ satis florida/satis iucũda & trãquilla erat, Ad Meumethẽ principẽ me cõuertã, Qui recenti Ballabani p̃fecti sui interitu, & fęda suoq; fuga/& strage uehementer indoluit, Afflictans se/& macerans supramodũ. Quod obsidio urbis Croiæ dissoluta esset, Et quomodo ipse de tanta ignominia aduersus Scãderbegũ se ulcisci posset assidue cogitabat, animóq; dies ac noctes uoluebat. Statuit tandẽ, ut coacto undíq; ingenti ualidóq; exercitu ipse iteq; in Epiq; cõtra Scãderbegũ rediret. Quo audito Scãderbegus delectum accuratiorẽ q̃ ad alia bella unq̃ haberi solitus esset fieri iussit/& omnia loca & urbes pręmuniit atq; firmauit. Peracto igit̃ anno expectato ueris tpe, quod expeditionibus est magis aptũ, quo cuncta in campis germinantia rident, ipse innumeris copiis/uario tormentoq; genere artificibusq; in omni arte peritissimis in Epiq; proficiscitur/Qui ut primũ uenit, in quadã lata & ampla planicie, quã incole Saurã appellant propé Scombinũ flumen castrametatus est. Vbi Princeps Hỳaranites cõminatus Scãderbegi socer præerat. Eáq; tempestate Ottomanus quodã in angulo iuxta populos, qui Iates/Bratescosagni/Cherabi/Buserſechi, & Sopotani dicti sunt. Vrbẽ Valmoq; iãdudũ à Gallogręcis/& Barbaris funditus euersam, quã nũc nostri ciuitatẽ nominant, Instaurauit atq; reędificauit, qua fortissimo milite/omníq; p̃sidio munita firmatáq; castra sua inde ammouẽs ad urbẽ Dỳrrhachinã expugnãdã profectus est, putãs illã ex improuiso ĩmunitã/imparatãq. adoriri/sed eũ sua fefellit opinio. Nã tũ Veneti ipsi/tũ Scãderbegus Princeps tã terrestri/q̃ maritimo milite omniq; p̃sidio eã munierant, A qua Ottomanus princeps cũ multa cęde suoq; turpiter repulsus atq; reiectus est. Cętęq; eo imp̃sentiaq; omisso pauca de laudibus huius urbis in mediũ afferre decreui, Dỳrrhachiũ, quod prius Epidamnũ dicebat, Vrbs est Epiri/Ab Epidãno quodã (ut nõnulli uoluere) iã primũ cõdita. A quo & nomẽ assumpsit. Hui⁹ ex filia nepos Dỳrrhachus noĩe portũ adiecit quod Dỳrrhachiũ appellatũ ẽ. Veq; ut aliis placet. Dỳrrhachiũ urbs Epiri maritima est caput Taulantium/piręoq;/& pratinoq; inter Lỳssum & Apolloniã posita/Quæ cũ prius Epidãnũ uocaret, pp mauspicatũ nomẽ (qa uelut in dãnũ ituris omen esse uidebat) A Romanis postmodũ Dỳrrhachiũ est appellata, A Cheroneso in quo sita est sumpto uocabulo, A Corcỳreis (ut quibusdã placet) Cõdita/quã potius ab iis instauratã dixerim/Nã hęc si antiquissimis Auctoribus, & famæ credimus inter cęteras urbes uetustissimas cõnumerat. Cuius laudes & pręconia magna/multáq; extãt/Nã (ut inqt Lucanus) Dỳrrhachiũ opus est nõ manufactũ, sed natura munitũ, in ruppibus adéo altissimis positũ, ut qui nauigãt suspiciẽtes mœniũ altitudinẽ, nõ solũ admiratiõe quadã/sed pĩculi timore attoniti fiant. Ea.n. mari circũdata pręruptis ruppibus ab una parte qua collis est cõtinenti

Dolor & cõflictatio Ottomani principis ex morte Ballabani & dissolutione obsidiõis Croiæ.

Delectus eiⁿ in Scanderbegum.

Prouisio Castrioti p loca.

Aduẽtus tỳrãni ad expugnationem Dỳrrhachii cũ descriptione eiusdẽ urbis illiusq. fũdatõis/& causę nominis.

terrę cõiungitur. Hinc portũ habet tutissimũ cõmodissimũq;, Illinc campos latissimos amœnissimosq;/ Agrũ fertilẽ/& omnibus rebus copiosum. In ea sunt ędes sacræ/ Templa augusta atq; magnifica/ Ibiq; cõspiciuntur imagines Regũ & Imperatorũ. Ibi uisuntur antiquissima Principũ monumẽta. Ibi statua Adriani Cęsaris/ seu potius Collossus ingẽs ex metallo cõflatus/ in editum locũ erectus est ad portã Caballinã septẽtrionẽ uersus. Arena pręterea/ siue Amphiteatrum mira arte ingenióq; cõstructum. Muri urbis munitissimi, Turribus/ aliisq; insignibus opibus ornati/ decoratiq;, Spectanda quóq; ea ciuitas est maxime in maritimarũ specie/ salinarũ ac merciũ cõmoditate. Hæc est Dyrrhachina urbs illa/ quæ Romanum uidit Senatum/ ac perbenigne suscepit ciuili sanguine/ atq; intestinis bellis non insignis minus/ q̃ infœlix. Quæ demum qualis/ quantáq; fuerit, Ipsa ruina docet.

Abscessus Meumethis ab urbe Dyrrhachina refecta ad obsidionẽ Croiæ.

Erruptio croiensium.

Inuasio Castrioti in castra hostiũ.

Discessus tyrãni ex urbe Croię & Epiro. Euersio Chiurili.

POstq̃ igitur Meumethes à Dyrrhachinis tã male habitus est/ & oĩs eius conatus in irritũ ceciderunt, Credidit Scãderbegũ urbis pręsidio adesse, propterea q; milites eius plęrosq; ibi esse nouerãt. Quare retrocedens ad urbem Croiæ ire cõtendit, eamq; in modũ coronę undiq; cinxit, Et primũ petiit ab oppidanis ut urbẽ/ séq; in eius potestatẽ traderẽt. Quibus ẽt multa dona/ & munera ꝓmisit/ cui cũ Croiensesuariis tormẽtorũ/ ac telorũ generibus respõsum dedissent/ postea errũpẽtes ex urbe acerrime cũ eo decertarũt/ Victoresq; cũ gaudio & multis hostiũ cæsorũ capitibus in urbẽ redierũt. Verũ Scãderbeg, qui & ipse in campo cũ suis aderat. Qui nec latere/ nec quiescere nouerant/ Barbarũ impune ire nõ ꝓmisit. Nã eius castra aggressus die noctúq; eũ infestabat, uarias cędes/ & dãna ei inferẽs, Adéo quod Meumethes animaduertẽs nihil se aduersus Scãderbegũ ꝓficere posse, inde discessit, & locũ quendã ad littus Adriatici maris nõ longe à Dyrrhachio positũ petiit/ qui nunc ab incolis caput redoni dicitur. Vbi Princeps Scãderbegus nuperrime urbẽ, quã Chiurilũ appellauit, ponere cœpat. Quã quũ Ottomanus nondũ habitatã nec ꝓfectam reperisset, funditus euertit. Dehinc ad expugnationẽ quorũdã populorũ Scãderbego subditorũ accessit. Scãderbeg aũt assidue illum infestãdo sequebat, Qui montana etiã, & aspera loca incolebãt/ eum die/ noctúq; assidue lacessebãt/ à qbus cęde/ & ignominia maxima affectus inde discessit. Ad extremũ uero desperata de Scanderbego uictoria (Qui prius oĩa munierat atq; firmauerat) relicta Albania/ & Epiro mœstus/ ac tristis turpiter discedẽs Bizantiũ unde uenerat, petiit. Post cuius discessum illico Duo ex suis ꝓfectis Ali, & Aias uenere missi ab ipso ad turandos dũtaxat/ saluãdósq; fines suos, ne à Scãderbeganis infestarent. Quos nullatenus ad bellũ prouocarẽt/ Qui cũprimũ uenere Barbara arte usi/ quo Scãderbegũ in suã attraherẽt amicitiã/ sibiq̃ conciliarẽt, Multa Xenia/ dona & munera ad illũ clam admodũ ab Ottomano facere fingẽdo miserũt. Quibus Scãderbeg, quo animi sui magnificentiã cognoscerẽt/ & ne à Barbaris gratitudine atq; bñficiis superaretur, pulcherrima uicissim munera dedit. Interea uero Scãderbeg iussit undiq; delectum fieri/ ut maximo coacto exercitu ad urbẽ Valmorũ expugnãdã, quã nup Meumethes fundauerat, proficisceret. Morbo tñ graui implicitũ (proh dura fati potẽtia) ab ea expeditione eũ fortuna subtraxit/ Nã quũ uniuersam prouinciã ad

Aduẽtꝰ Ali, & Aias ꝓfectorũ Meumethis ad fines.

recenſenda capita obequitaſſet/& Lyſſum tandē pueniſſet (Ea enim urbs Veneto imperio parens Scāderbego peculiaris,& percara erat) ut ibi ſocios/& cōfęderatos ad conciliū congregaret, In grauem incidit febrem/Vnde morbo indies inualeſcente magis timens ſibi & iam extremū uitę tempus aduentaſſe ratus omnes ſocios/& principes,qui ad eū uenerant/cōuocari iuſſit. Prętera Venetorꝫ ēt legatos/ quibus cū maxima erat neceſſitudine/atq; beniuolentia deuinctus/ Ad hæc duces ſuos/ & caſtrorꝫ præfectos, Omneſq. ſic benigne alloquutus eſt.

SVmmā uerāq. uirtutē atq; relligionē. P. optimi uoſq. Cōmi. amantiſſ. eſſe arbitror deū ſummū/optimūq. imprimis iuſte/ſancte/pieq. uenerari/colere/obſeruare/ Dehinc patriā/remq. pub. in qua natus quiſq; educatúſq; eſt/nō amare ſolū/tutari/ ſemperq. prę oculis hēre/ſed ēt ad ſanguinē uſq; protegere/atq; cōſeruare. His. n. oibus/qui hoc faciūt/propriū in cęlo locū diffiniuere ſapiētes/Quæ quidē oia quę ſemp mihi cordi fuerint, ad eáq; omni ingenio/totiſq; uiribus cōtenderim Deū imprimis/uoſq. optimos mihi teſtes adduco. Iam trigeſimus pactus eſt annus/Cōmi. mei quod impias/atq; nepharias Amurathis turcarꝫ pricipis manus euaſi,& in regnū meū auitū/ac paternū cōfugi. Ex quo bella aſſidua/cū pro rei totius noſtrę tutela/Tum xpianę reipub. dignitate aduerſus pfidā gentē/& Ottomanā rabiē geſſi ſemp/atq; ſuſtinui, Omniáq; propitio deo fauſte fęliciter/& ex animi ſnia ceſſerūt nobis, nec uictū unq̄ iuſta acie/aut pfligatū me Principē/& cōmilitonē ueſtrū/ſed uictorē ſemp de hoſte (liceat hoc & mihi dicere) excepiſtis/neq; memini unq̄ me pterq̄ ſemel ſagitta in pede dextero à barbaro quoddā ictū fuiſſe. Quē illico in totius exercitus cōſpectu obtruncaui, capútq; eius cruentū ante pedes ueſtros pieci/ Aliás qdē nūq̄ (ut noſtis) mēbra hæc/corpúſq; meū tot bellis/tot piculis expoſitū uel ferrū hoſtile ſenſit, uel uulnere aliquo indoluit, Nūc uero (ſic rerꝫ humanarꝫ ordine pcedēte) reuoluto tertio & ſexageſimo ętatis meę anno iā in ſeniū uergens/ Ecce ó ſocii/ecce cōmilitones chariſſ. morbo graui correptus/& totus naturali uirtute/& robore deſtitutus iā iā deficio/Sentio iā Cōm. mei/ſentio inq̄/diuina ſic iubēte puidētia/qua cuncta cōſtare/regíq; nō imerito fatemur, depoſita fragili hac/ mortalíq; ſarcina ad alia loca cōcedendū, uitæq. huius breuitatē/atq; erūnas cū iis quæ uera ſunt cōmutandum eſſe mihi/neq; cogitatio me hęc/aut neceſſitas potius (deū teſtor) aliquo mō pturbat/Non inuitus iugū hoc ſubeo/quod naſcētibus nobis fata dedere/Nihil dolendū eſt/nihil ingemiſcendū quod pter legē nō patimur/ At ea ſumus lege nati/ut oēs in hac mortalitatis neceſſitate poſiti ſimus, Scio aūt, quod oibus neceſſe eſt/id ne miſerꝫ eſſe uni pōt. Reddenda eſt tandem terra terrę/ Obtēperādū naturæ/Reſtituēda ęterna hæc/imortaliſq; anima/cęleſtiſq; ſpūs illi/ qui tradidit/cōmodauitq; nobis/Neq; tñ hāc moriēdi ſortem idcirco ita ęquo nūc animo ſubeo/amplector ò ſocii/& Cōmilitones dulciſſimi/quo picula illa fugiā/labores euitē/erūnis me abſtrahā, in qbus hucuſq; pro xpianę reipu. dignitate/& fide annos oēs expoſui/& uitā peregi, Quippe quū & plura/& maiora ſemp/pro ea ſubire paratus ſim, Sed uideo/uideo iā hāc eſſe diuini numinis uolūtatē/Sentio deū/ clarēq; pſpicio/Cui oino eſt parendum/ut ex hac terrena fece/ac infęlici ergaſtulo

Teſtm/& uerba qbus Scāderbeg ad ſuos Duces/ & præfectos caſtrorꝫ uſus ē.

tandem recedam/Satis præterea naturæ indulsi/ uixi iam satis/& quē dederat cur sum fortuna peregi. Verum anteq̄ & spiritus me / & uos ipse deserā/atq; relinquā, illud occurrit imprimis/de quo uos alloquendos/ac cōmonendos putaui/ut solitus sum semper/dū per melioris ætatis annos integrū fuit mihi / ut christianæ reipub. ac catholicę fidei/salutē/atq; dignitatē/sicut pro ea hucusq; uiuēte me tanto omniū christianorꝝ principum fauore/& admiratione ad extremū usq; spiritū elaborastis, insudetis/ Ita impostexꝝ mortuo quóq; unam semper in animis/unā prę oculis habeatis. Habebitis autē (mihi credite) facillima semp omnia uobis/fęlicissimáq; si primū mutuā inter uos pacē/& concordiā/Qua uel minima quæq; maxima fiunt, fidemq̄./atq; beniuolentiam inuicē seruetis, Omniáq; semper infra cōmune bonū/ & utilitatē publicā ducetis/Nullū est enim tā potens/ualidumq̄. imperiū/quod nō corruat quādóq;/atq; dilabatur/ubi mutuis odiis/atq; dissidiis præbeas locū / Vbi priuatā utilitatē/propriumq̄. cōmodum publico bono anteponas. At uero si cōcordes inuicē/& coniuncti eritis/neq; hostis ullus/neq; aduersarii impetus obesse poterit uobis/Regna/Imperiáq; uestra durabunt semp pmanebunt/Populos/gentes/ uxores/liberos/fortunásq; uestras/in quiete/ & fęlicitate ppetua collocabitis/ Non Ottomani rabiem/non barbarum furorē timere poteritis/Non doli eius artes/uel insidię aduersus uos quicq̄ proficient/Qui ut uos/uirèsq; uestras separet atq; seiungat/dies/noctésq; molitur/atq; laborat/Quo uestrum unūquēq; ita seorsum/ sigillatimq; oppressum/ex animi sui uoto deleat/atq; euertat. Præter hęc socii/& milites fortissimi / Ioānem filiū meū quo maiore possum studio/diligentia/cura comendo uobis/fideíq; atq; uirtuti uestrę/dedo atq; trado, Qui propter ætatē infirmus/& balbutiens ferē adhuc/neq; ad pręuidendā/neq; ad propulsandam calamitatē est satis idoneus/Ne ferę/& rabidę tigrides eū deuorēt/atq; dilaniēt/Ne Meumethes perfidus/& cōmunis hostis illum/regnūq̄. eius opprimat, (ad quod semp anxius est) & ei rabido atq; cruento ore omni tempore insidiatur/Et obtinebit (proh dolor) obtinebit/opprimet misellū ni uirtus uestra/armáq; eū protexerint/atq; conseruauerint. Quod primū eni sentiet truculentissimus Tyrānus me ab humanis adēptū nō stabit uel tēporis momēto/aduolabit q̄ ocissime tāq̄ rabida bellua/ut tot mala/ tot clades tot iniurias à patre acceptas in paruulo/infęlicíq; filio ulciscatur/atq; resarciat, edátq; in eo (heu me miserꝝ) oia efferacissimi animi/atq; crudelitatis exēpla/Amplectimini igitur Socii/& Cōmilitones amantissimi rem / & imperiū eius ea fide/ea diligentia / qua ipse cuncta cōmoda/& ornamēta uestra (Si uera fateri uelitis) omni uitæ meæ tempore sum amplexus/Qui nō mihi uixi solū/ sed uobis omnibus/liberísq; uestris, Itáq; laboraui/ insudaui/ut neq; dies/neq; noctes à laboribus/& uigiliis cessarē/Non ocio/non quieti superfuit mihi tēpus aliquod in uniuersa uita. Non locus certus/nō tēpus cibi/somniúe sumendi fuit unq̄, Noctes pares diebus insomnes ducebā/cura/& incolumitas regni/& imperii uestri nō minus cordi mihi/q̄ propria erat. In quos (deū testor) ut nūc saltē/postq̄ in hūc incidi sermonē animū meū aperiā uobis, nihil unq̄ fraudis/ nihil doli aut feci/aut machinatus sum, Vosq̄. nō ut milites/satelites/aut ministros/sed ut socios/& fratres semp ha

bui/& dilexi. Nemo uestrum à me unq̃ (quod meminerim) nõ modo manu uiola tus/sed ne uerbo quidẽ inclemẽtiori appellatur. In castrensi cura/& labore/in militari officio/in excubiis/in uigiliis nunq̃ uobis inferior eram/ sed tãq̃ unus ex cõmilitonibus me habebam/& facta mea non dicta sequi uolebã, nec disciplinã modo, sed exemplũ a me peti. Nullum unq̃ laborẽ/nullum discrimẽ/aut periculũ recusabam/siue aliqua simulatione/aut tergiuersatione fugiebam. In hoste aggrediendo (Absit inuidia uerbo) inter primos uersabar/E prœlio/& pugna cũ ultimis redibam/Exuuias/ & hostium spolia/prædásq; barbarorũ uobis imprimis imptiebar/diuidebamq̃./Nihil mihi de his retinebam/Regnũ/ imperiũ/fortunas/mea deniq; omnia cõmunia faciebam uobis, Nihil propriũ erat mihi/aut certũ/nihil diuisum à uobis/nihil sepatum/Nunc Comi. chariss. Ecce morior/Ecce uos desero/Quare rogo omnes/obsecróq;/ut hanc fidem beniuolentiã/charitatem/quã in me uos uel nullo temporis momento desiderare potuistis/Eam in Ioannẽ filium/regnũ & imperiũ eius ultro exhibeatis/atq; impendatis/ quẽ ego effigiem/ atq; imaginẽ meã/uicarium pro me uobis do/dicóq;. His dictis continuo ad se filium suũ aduocans sic blandis uerbis cõmonendo eum alloquitur/Fili mi Ioãnes fili mi/ecce iam morior, & te infantulum/ac tenellum relinquo. Equidẽ tibi ego regnũ/& imperiũ tra do firmũ/& stabile/si bonus eris/si uero malus debile/& imbecille, Stude igitur fili mi. Innitere/Vt bonitatem/& uirtutem solam rebus cæteris omnibus anteponas/ His enim & teipsum cõseruabis, & regnũ/atq; imperiũ tuũ/ nõ tranquillum solũ/ & quietum efficies/sed augebis quottidie in maius proueches/atq; illustrabis. Verũ qa nunc per ætatẽ impotẽs es fili/ neq; idoneus satis ad habenas imperii tui suscipiendas/Præterea sunt hostes undíq; tibi sunt ferę pessimę/quæ te continue deuorare/atq; dilaniare studẽt. Est.n. Meumethes ille tyrãnus cõmunis omniũ christianorũ hostis. Qui, si modo fili mi ita paruulus/ & infirmus paterni regni tui curã suscipias te omnino opprimet/atq; euertet, Ideo animę mi q̃primũ oculos paternos cõtexeris atq; cõpresseris/& corpus meũ tumulo tradideris, cõfestim cũ matre tua in Dauniã traiicito, & ad urbes/ciuitatesq̃. tuos q̃mature properato/ Ibíq; usq; ad puberes annos morã trahito/Quoad impii tui regendi/gubernãdíq; idoneus efficieris. Postq̃ uero adoleueris/Venetũ adeas imperiũ/ut tibi regni tui auiti/& paterni sceptrũ reddat/atq; restituat/Sub cuius nũc tutela/atq; regimine/illud relinquo, fideiq̃. cõmitto/ut curã illius gerat, ab hoste ptegat, tibiq; seruet. Manẽt.n. sic inter me/& Venetos fędera, sic leges pacta/& conditiones initę sunt/ut regnũ tuũ ab hostibus/& inimicis tueantur, tibíq; seruent, atq; in eo te cũ aptus ad id muneris fueris reponant, De quoq; fide/& diligẽtia in rebus tuis nihil dubito/Cum soli sint Veneti inter cęteros christianos principes (pace omniũ dixerim) Qui cũ grauitate/prudentia/& req; gestaq; magnitudine nemini cedant/Tum fidei maxime/ & bonitatis præstantia imprimis amandi/obseruandíq; sunt/Quod ego toto imperii mei, & uitæ tẽpore/in omni actionũ genere/tantis req; experimentis unus melius/q̃ alius quispiã cognoui cõprobaui, & expertus sum. Qui & Socii mihi/ac cõfędérati/locóq; charoq; parentũ semper fuere/Eosdẽ tibi igitur fili/parentes/eosdẽ

principes/eosdem tutores relinquo/Ab eorꝫ monitis/consiliis/præceptis/nunq̃ di/scedas,Soli sunt Veneti Patres Iustissimi/Sanctissimi/Catholicę fidei/& relligiõis tutores assidui pupillorꝫ/uiduarꝫ/ & omniũ imbecilliũ/ ac miserarꝫ personarꝫ pro/tectores,Adeo præterea charissimi mihi,ut res eorꝫ,& imperiũ/curę mihi/cordiq̃ perinde atq̃ meũ semp extiterit,Tanta nostra in eos fides/ & beniuolentia/Vt ur/bium/ciuitatũq. suarꝫ ius/ atq̃ arbitriũ in manu mea omni tẽpore reliquerint,cõ/miserintq.,Easq. ita (propitio deo) dum licuit mihi maxima semp fęlicitate tuta/tus sum,& ex animi eorꝫ sententia cõseruaui. Itáq̃ fili mi tutus esto,& sub eorum umbra/atq̃ tutela securus uiuito,Ad eósq̃/quũ ætas tua patietur/hilaris,& intre/pidus accede,quia in sedem te uel cupide reponent,Vrbes,ciuitatésq̃,regnum,& imperiũ perbenigne reddent tibi, atq̃ restituent,In quo/si bonus/& fidus eris/ab omni hostiũ ui/& impetu ab armis & telis aduersariorꝫ protegẽt te semper,illudq̃ tibi incolume seruabunt,Vtpote qui principes potentissimi/ sapientiss. terra/ma/ríq̃ inuictiss. nullum sociũ sibi fidum/nullum amicũ deserunt/aut destituunt/Ne/minẽ fraudant/aut circũueniunt unq̃. Quũ uero fili mi in regnum tuũ pacatum, & tranquillum reuersus sederis,Illiúsq̃ curã,& regimen susceperis.Iusticiã impri/mis cole/quæ omniũ uirtutũ apprime est clarissima.Equitatem serua,Faciei pau/peris,Diuitis & potentis nullo habito discrimine,patruũ uti magnũ ęqualance/ac examine perpende,In omnibus modestia, & temperantia utare,Regnũ tuũ ami/citia uallato,stabilitóq̃,Nam neq̃ thesauri,neq̃ exercitus sunt pręsidia regni,uerꝫ amici,quos neq̃ armis/ neq̃ auro habere queas,officio, & fide parantur / Quare extat diuina illa Philippi patris in Alexandrũ regem obiurgatio,Quę te fili ratio in hanc tam uanam spem induxit,ut eos fideles tibi futuros existimares,quos pe/cunia ad amorem tui pellexisti/à charitate istud præstatur / Veluti enim terra ista hunc solem/quẽ uidemus,maxime desiderat,Ita uita humana amicitia plurimum indiget/Comparabis igitur fili cuncta hæc cõparabis (mihi crede)Deuinces tibi obligabis omne hominũ genus si præcepta mea seruaueris/ Quũ sola quippe hu/manitas/sola beneficẽtia sit/Quæ deo gratæ/hominibus acceptę/tutę ubiq̃/& ex/tra periculũ positæ mirabiles in omniũ animis sui amores generant,& cęteras fa/cile superant uirtutes,ac longo post se interuallo relinquũt. Solę uel singulari sa/pientum testimonio,atq̃ cõsensu cũ omni hominũ genere/Tum principibus ma/xime necessariæ,habent enim omniũ ingenia in sua manu/possident omniũ ani/mos in sua potestate.In arduis demũ/& aduersis fortis esto/fili. In secundis uero/& prosperis ferentem fortunã uirtute moderaberis/ atq̃ domabis mollis, Quietis/atq̃ effœminati ocii impatiens quantũ fieri possit,Inde enim mala omnia proue/niunt/Fomes omniũ malorꝫ ocium est. Milites tuos ignauia/ uel desidia tabescere non permittas,Sed laboribus/ uigiliis/sudoribus assiduis exerce,eos tamen nõ ut ministros/ sed ut socios/ & cõmilitones tractes,In Castrensiq. labore/& cura mili/tari/nõ imperatorẽ te tm̃/Verũetiam militẽ exhibeas/Delicias maxime abhorre/ Luxuriam fugæ/quibus fortissimi etiam/ & robustissimi uiri moles/effœminatiq̃ fiunt/Seueritatẽ quóq̃ nimiã/& crudelitatẽ/ quæ proprie ferarꝫ est,euitato/In la/

boribus patiens/& periculis intrepidus esto, Rerꝫ uicissitudinem/& uarietatē/fortitudine/atq; prudentia moderare/Molestiorē fortunā ita feras/ut celato/dissimulatóq; uulnere, Nihil habeat hostis/quod de te glorietur/nihil q; calamitati tuę insultet, Quid enim minus est cōstantis/& recti impatoris, q̄ cuius animi motū uultus detegit. Barbarorꝫ insidias præter cætera, in quibus maxime huiuscemodi hominū genus uersatur, ut fugias semper præ oculis habe/ Fuge perfidiā/fuge dolos perfidę gentis/Cōtemne amicitiā/abhominare societatē/& beniuolentiam nefandissimi tyrāni/Sperne munera/blandicias/& promissa eius/ne dum allicere cupit/& incautū te opprimat/& in æterna mala detrudat, Ideo consiliarios tibi notos/fidos charos omni tempore adhibeas, Hæc sunt lux mea fili mi præcepta / & instituta/quæ ipse à parēte meo haud penitendo magistro accepi/& didici, quibus delectatus sum semper/his me instruxi/his edocui/his ætatē/ & uitam oēm formaui. Ex his denique fructus maximos cępi/ Igitur ut ea nunc tu quóq; te ipsum doceas/ amplectaris/imbibas/obserues te maxime hortor/admoneo, & (si pateris) parēs/parens inquā rogo/oro/obsecróq;, Dum hęc Scāderbegus dixisset, Interea rumor ingens per uniuersam urbē excitatur/ Tumultúsq; repens ex agris allatus pronuncio fuit/ Turcas iam adesse/agros uicinos pcurrisse incendisséq;. Quo audito Scāderbegus/& si in lecto graui laboraret morbo/Tamen animū illum pristinū & inuictum/spiritus illos uiuaces & martiales. Cōprimere/aut cohibere nequiuit/Quū é lecto assurgens membris iam uacillantibus/& tremebūdis arma/Clypeumq; suū peteret/& equū sibi sterni iuberet/ita uegetum ingeniū in uiuido pectore uigebat. Sed quū membra eius iam uiribus/& uigore suo destituta debilitatáq; fluitarent. (Heu bone deus quis est tā excelsus & sublimis/Quis tā strenuus etiā & fortis/nō dicam humilis/& debilis ac imbecillis/qui mortē effugere possit?) Procidens in lectum/ad milites cōuersus/hæc uerba inquit/Egredimini/egredimini/milites in hostes/& barbaros/præite/præite/me, Quia uos statim sequar/Quorꝫ nonulli equites urbē egressi ad castra barbarorꝫ puenerūt, Qui Scodrēsem agrū deprędati/ iuxta torrentē q Clirus dr̄ prope urbē Scodrę castrametati fuerant, Venerat.n. Ahamathius p̄fectus cū. XV. milibus ad agrū Scodrēsem depopulādū/ Quos/ut barbari uiderūt/Scāderbegū adesse arbitrati, Cōtinuo undiq; castris tumultuātibus trepidātibúsq; relicta maxima parte prædę per aspera/& ferē inuia nocturno tempore aufugerunt. Erat enim mensis ianuarii/Niuésq; totā tellurē cooperuerāt, Qui quū per ardua/& montiū cacumina transirent à regulis & incolis qui ea loca inhabitabant oppressi sunt/qui funestam eis populationē/& cruentā prædā fecerunt/Nam plures fuere capti/multi cæsi/prędam ferē omnem amiserūt. Scanderbegus uero/ eadem nocte qua Turcaicus & barbarus exercitus aufugit post sacrā confessionis pœnitentiā/cæteráq; ecclesiastica sacramenta qua decet ueneratione percepta cōtinue se animūq; suū Deo Maximo tradens decimosexto Klen. Februarias Anno Dñi. M.CCCCLXVI. extremū diem suū obiit/ fertur Igitur Scanderbegus tres &. LX. annos natus. XXIIII. sui imperii Anno/è uita migrasse/Auguratus est aūt Scanderbegus prima auspicia imperii sui Quarto Klen. Decembris Anno eiusdē

Irruptō Ahamathi Turcarū p̄fecti cū .XV. milib⁹ eqtū in agrū Scodrēsē, & repētina eiꝰ fuga ad nomen/ famāq; aduētus Scāderbegi contra eum.

De morte Scāderbegi.

De duratiōe imperii.

De ętate sua.

De loco sepulturę eius, ac de his quę in obitu suo cōtigere.

Dñi.CCCC.XLIII.Quem Lechas Duchaginus regulus Epirota de quo ſuperius mentio facta eſt.Cũ mortuũ conclamari audiſſet/in publicũ ſe proripuit,mœſtoq. uultu/& uoce cõfuſa barbara ſibi euellens & capillos/Concurrite/cõcurrite inquit Reguli omnes & principes Albani/Hodie clauſtra Epiri & Macedoniæ perfra/cta ſunt.Hodie præſidia & mœnia noſtra corruerunt/Hodie robur omne/& uires noſtræ defecerunt/Hodie ſedes & imperia noſtra collapſa ſunt/Hodie omnis ſpes noſtra cũ hoc homine penitus extincta eſt.In eius quóq; obitu Equs quẽ ipſe equi tabat cũ pugnaturus eſſet/ferus/rabidus/& indomitus factus eſt/ ita ut nullũ am/plius dorſo ſuo perpeti uellet qui paulopoſt extinctus eſt. Sepultus aũt eſt Scan/derbegus in urbe Lÿſſi in eccleſia maiori diui Nicolai/Cuius exequię/& ferię mo re maioꝝ ingenti pompa/luctúq; militũ ſuoꝝ & omniũ principum/& ducum do/lore maximo/patrio ritu/deductę ſunt/Eóq; loco oſſa eius repoſita in pace quieue runt/Quoad Meumethes Turcaꝝ princeps in Albaniã/& Epirum ad oppugnan/dam urbẽ Scodræ uenit/De qua oppugnatione ſiue expeditiõe iam in alio libello quẽ edidimus/diffuſius ſcripſimus/Quo tẽpore Turcę & barbari potiti urbe Lÿſſi corpus Scanderbegi ſummo deſiderio repertũ de tumulo extraxerunt/ & quẽ tan topere uiuũ reformidabant & ad eius tm̃ auditum nomen fugiebant, Mortuum/ & iam diſſolutum(neſcio an id diuina diſpenſatione factum ſit)uidere/Summo/pere cupierunt/ne dicam uenerari/& adorare oſtenderunt. Nam omnes quidẽ ita ad eius cineres oſſáq; certatim confluebant/ut fęlix/& perbeatus is fore exiſtima/retur,qui ea uidere/& tangere/fęliciorq. tamen / qui minimam ex illis particulam uendicare ſibi poſſet/quã alii argento/auro alii recondere atq; exornare faciebant/ & ad collum appendebant ſibi / tanq̃ rem diuinam ſanctam & fatalem, & ſumma ueneratione/ac religione obſeruabant/exiſtimantes illos omnes qui eas ſecũ relli/quias ferent/Cõſimili quóq; fortuna/& fęlicitate in uita uſuros eſſe/qua ipſe Scã/derbegus à Diis immortalibus impetrata ſolus ex omni hominum memoria dum uiueret ſemper uſus eſt.

## REGISTRVM.

AA.abcdefghiklmnopqrstuxyz&ꝯ.
ABCDEFGHIKLMNO.
Omnes ſunt Duerni.

¶Impreſſum Romę per B. V.

An 159

KONTROLL
1979

S
V 97-98